


21



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16



Dealong de Jerez de granada villa el licenciado Mangasso. B. 1581

SERMONVM DOMINICALIVM, EX EPISTO^L ET EVANGELIIS TOTIVS ANN^I GRANADA

Pars æstiuialis.

Authore R.P.F. GUILLEMUS BEPPIN

Theologo Parisiensi, Ord. Preparatorum.

EX QVORVM LECTIO^NE NON MODO
uerbi D^e i Prædicatores, uerum etiam Sacrae Theo-
logie, & Sacrorum Canonum professores.

ANIMARVM QVE CVRÆ PRÆPOSITI
admirabilem uilitatem sibi, & alijs proferent, &
spiritualem profectum sentient.

CVM INDICE LOCUPLETISSIMO.



VENETIIS, MDLXXXVIII.

Ex Iohannis Antonij Bertani Typographio.

T Y P O G R A P H V S
Christiano Lectori S.



ORVM Scriptorum, qui Scho-
laſtico cōcionandi genere ſe exer-
cuerunt, & fidelibus populis ſim-
plici dicendi genere, impexo, &
nullis fucis ornato verbum Dei
proponere ſoliti ſunt, magnum eſ-
ſe numerum, te haud ignorare ar-
bitror, Christiane, & pie Lector. Quorum unuſquisq;
propriam meretur laudem, & singulari dote aliqua
præcelit: verum qui plures ſimul habeat dotes, aut
pluribus extolli laudibus debeat, quām bic Guillielmus
Pepin, quem noſtris Typis ferè ſitu, & ſqualore obſi-
tum tibi nunc pulcherrimè expreſſum damus, haud fa-
cile eſt reperire. Namque ut ſolers apicula ita omnes
ſacrarum ſcripturarū, ſacrorum Canonum, & ſancto-
rum Patrum hortos depaſſitur, vt nihil intactum re-
linquat, & cum ſolam hominum ſalutem ſibi pię ante
oculos ſtatuerit inquirendam, arduas, & diſſuiles que-
ſtiones, præter huinſmodi ſcriptorum plerumque mo-
rem, miſſas faciens, eos flores oculis interioribus ſpe-
ſandos exhibet, qui animos allicere poſſint ad cœleſ-
tia tantum meditanda, & exoptanda. Mirum certè
videri poterit, nunquam in eo aliiquid ſuperuacaneum
eſſe, nunquam quicquam deficere, quod ad rem, quam
traſtandam aſſumpſit, direcťe ſpectet. Dabimus Deo
fauente, & te noſtrōs labores gratiè excipiente alia
eiuſdem auctoris, que non minorem uitilitatem affe-
rent, & maiorem präfeſerēt induſtriam; licet in illis

idem sit scribendi genus, eadem elocutio, at maior diligentia, & doctrina specimen. Hac verò dixisse volui, ut cum multoties in hoc opere ipse auctor eorum meminerit, ne suspenso feraris gradu, sed illa quamprimum ex nostra officina proditura scias, ex qua meliora etiam in dies aliorum auctorum opera expectes, ad nostram probandam soleritiam, & ad tuam excitandam pietatem, quae si se mutuò fouverint, uberes fructus producturas tecum credas.

INDEX RERVM MEMORABILIVM QVAE IN HOC VOLV MINE CONTINENTVR.

a, primam faciem designat, b, verò secundam.

A

- | | |
|--|--|
|  Braham iniuitat pauperes ad hospitium ideo meruit recipere angerecipes. fol. 245.b | riali. 19.2
Animabus defunctis prodeunt sepultura in locis sacratis. fol. 229.b |
| Abraham dictè sunt reprobationes multe, & à Deo datæ. 181.a | Appropinquant Deo multi per diuersas vias. 49.b |
| Abraham opera, & fides initia da sunt. 182.b | Acquisitum illicite dicitur esse triplex. 132.a |
| Abraham semen dicuntur imitatores ipsius. 183.b | Arbor dicitur genus humatum, & haber uarios ramos. 124.2 |
| Adam profugatus est à Paradiso terrestri. 194.b | Arbores dicuntur homines fructificantes multipliciter. 343.b |
| Adulatores sunt intus lupi rapiaces. 122.a | Arma militiæ Christi multas habet proprietates. 298.b |
| Amare est trium partium orationis. 8.a | Armare nos, debemus cōtra pugnam. 299.a |
| Ambulare spiritu quid sit: & quomodo spiritu ambulare debemus. 210.b | Armatorū diuersitas. 301.a |
| Ambulandum est cautè in hoc mundo pp multa. 281.b | Armatura triplex, s. Dei: dialoli, & mundi. 297.a |
| Angeli sunt debitores Deo. fol. 111.b | Argumenta iudeorū cōtra Christianos. 146.6 |
| Anima patitur ab igne mate- | Attendere debemus multa in operibus nostris. 119.b |
| | Auari concupiscunt bona vtilia. 126.a |
| | Auari sunt surdi. 176.a |
| | Auaritia regnat in oīb. 24.a |

INDEX

B

- B**aptismus plures habet effectus. 83.a Baptismi necessitas, & facultas. 11.b Beatitude est duplex. 187.a Beati oculi exponit multiplex expositione. ibid. Boni permiscetur cum malis in isto mundo. 117.b Boni possunt tutè conuersari cum malis. ibid.b Bonum triplex. 169.a

C

- C**adere faciūt multa corporaliter, & spiritualiter. 129.b Caro concupiscit aduersus spiritum. 197.b Caro est falsus propheta 121.b Charitas acquisita, & infusa. fol. 287.a Charitas creata quid sit. 15.b Charitas Dei patris appetit multipliciter. 15.a Charitas īcreata qd sit. 14.b Charitas infusa vocatur ueſtis. 187.a Charitas quam debemus habere ad proximum. 313.b Charitatis commodum. 15.a Charitatis Dei ppetuitas. 4.b Charitatis dimēſiones. 225.a Charitatis immeſitas 15.b Charitatis perfectio. 17.a

- Charitatis signum. 14.b Charitatis subiectum. ibid. Charitatis tres gradus. 17.b Charitatis utilitas. 5.a In charitate consistit efficacia merendi. 16.b Christus, quere infra Chīs. Christus docuit nos exēplū humilitatis. 167.a Christus fecit cœnam magham, maiorem, & maximam. 35.a Christus indutus fuit tripli ciueste. 269.b Christus mittit suos prædicatores. 39.b Christus ponit rationē cum seruis suis duobus modis. fol. 319.a Christus sanauit ægrotos. fol. 179.a Christus sollicitè prouidit mīlitibus suis. 296.b Christus uocatur filius hominis. 34.b Christus uoluntariè se obtulit iudeis. 195.a Ad cœnam agni quidam ueñiunt libenter. 35.b Ad cœnam agni quidam ueñiunt quasi uolenter træti. 33.b Cœna agni significat hominē misericordię. ibid. Ad cœnam agni multi inuitantur. ibid. Ad cœnam agni uolunt ueniretia hominū gñā. 37.b Christiani optimè cognoscunt Deum

INDEX

- Deum. 1.b Clamor animarum in purgatorio existentium. 360.b Clerici ditati de patrimonio crucifixi. 21.b Clerici sunt absoluti à tributis dandis. 332.b Cognoscere debemus triano bis necessaria. 341.b Confessionis bonæ conditio nes. 206.b Confidentialia quam debemus habere de Christo. 310.b Confiteri cuilibet sacerdoti quando licet. 202.a Confiteri laico quando lici tum est. 201.b Confiteri sacerdoti in lege gratia est necesse. 202.a Coniugatus debet facere tria si vult saluari. 194.a Conuersatio hominum in cœlis dāt fieri tripliciter. ibi. Cōuersatio perfectorū cū maliis prodeit utriusq;. 117.1 Corpus peccati quomodo de struitur. 84.b Corpora sepeliuntur differē ter apud iudeos, paganos, & christianos. 229.b Contrito dimittit peccatum fol. 375.a Crux Christi comparatur arbori. 78.a Crucis inimici. 235.a Crudelitas regnat in diuitiib. 24.3.28.b Curatus manens in ciuitate est diues epulo. 21.b

† 4 scitur.

D

- D**amnati iacent debilita ti. 23.a Damnati patiuntur famem, & siti. ibid. Damnati replerunt ulceribus. fol. ibid. Damnati sunt in extrema ne cessitate constituti. ibid. Damnati torquentur à démonibus. ibid. Damnatis obest sepultura ecclæstica. 230.a David fuit multum mansuetus. 238.a Debemus corpori nostro tria fol. 322.a Debtores sumus animab. nō stris, quibus tria reddere debemus. 321.b Debtores sumus Deo, cui reddituri sumus rationē. fol. 320.b Debtores sumus proximo, & de quib. ei tenemur. 320.b Demon est falsus propheta. fol. 120.b Demones sunt Deo debitores. 111.b Deus à multis peccatis præseruat. 59.b Deus est pater habēs multos filios. 288.b Deus est unus. 6.a Deus exigit rationem in iudicio de multis. 317.b Deus fuisse ab ēterno cognoscere.

INDEX

- scitur. 7.a
 Deus permittit bonos , & iustos penuriam pati. 105.b
 Deus peccatorem in uita preseruat. 60.a
 Deus habuit semper cultores ueros. 138.b
 Deus peccatorem praeuenit, fol. 61.a
 Deus peccatorem flagellat, vt ad eum redeat. ibid.
 Deus peccatores penitentes benignè recipit. 62.a
 Deus quare peccatores recipit. 51.a
 Dilectio Dei debet habere multas conditiones. 260.b
 Diligendus est proximus triclicher. 28.b
 Diligendi Dei modus 260.b
 Diligere debemus Deum in primis, & super omnia 257.a
 Diligere debemus quatuor per ordinem ibid.
 Dilectio proximi habet plures modos 263.a
 Discipuli Platonis mysterium Trinitatis cognouerunt fol. 9.b
 Dies triplices 353,6
 Discordantes debemus pacificare 86.a
 Desideria carnis non debemus perficere 197.a
 Detractores sunt intus lupi rapaces 122.a
 Dispensator bonus debet habere tria 138.a
 Diues diffamatur multipliciter
- E
- E** Brietas facit tria mala fol. 283.b
 Ecclesia cōparat nauim. 277.a
 Ecclesiæ renouatio quantum ad tria 267.a
 Ecclesiasticus, ut salutem, tria facere debet 292.a
 Aegrotus dicitur cecidisse inter latrones 195.a
 Eleemosyna quādo cadit sub praecepto 31.a
 Eleemosynæ tres sunt species fol. 68.a
 Episcopatum desiderare quādo bonum, uel malū 242.b
 Euangeliū est firmiter credendum 154.b
 Excommunicatio separata multis bonis 143.b
 Exemplum hominis damnati in ecclesia sepulti 230.a
 Exempla inducentia ad manu suetudinem 238.b
 Exhortari quid est 3.a
- F
- F** Ebris calida, lenta, acuta, corporalis, & spiritualis fol.

INDEX

- fol. 308.a
 Febris corporalis tribus modis curatur 309.b
 Febris spiritualis curatur per differentias horarū 308.b
Filij in partibus cognoscuntur. 354.a
 Flere debemus, & quæ prouocant nos ad fluctum. 149.b
 Fleuit Christus super Ecclesiam propter multa. 151.a
 Fidei symbolū frequenter dicendum. 326.a
 Fiducia ponenda est in Deo. fol. 168.b
 Fiducia triplex. ibid.
 Filatio damnable, virtuosa, & criminalis. 116.b
Filius est nō venit biectionis, dilectionis, & utilitatis, ibi.
Filij Dei sunt multiplices. fol. 188.b
Filius nobilis, & potentum citius agrotant, & moriuntur rusticorū filii. 304.b
Filiae nubiles auferunt Deus per mortem propter quartuor. fol. 348.a
 Fornicatio interdicit. 127.b
 Fructus iustitiae in multiplici differentia. 314.b
 Fructus sunt duplices. 123.b
- G

Gaudere debemus in aduersitatibus. 2.a
 Gaudendum in celo, & non in terra. ibid.

HErba cuiusdam miraculosa efficacia. 352.a
 Hæreditas triplex, ad quam uocat nos Christus. 71.b
 Hæretici

INDEX

- Hæretici sunt uitandi. 119.a
 Homo est debitor Deo multipliciter. 112.a
 Homo nascitur dupliciter. fol. 12.a
 Homo renascitur in uitrum alterum. ibid.
 Homines in hoc mundo degentes sunt in multiplicitate differentia. 342.b
 Hieremias predixit quatuor de Christo. 355.b
 Hierusalē triplex sup quam Christus fluit. 148.a
 Hypocrisia à Deo multū detectatur. 77.b
 Hypocritæ sunt intus lupi rapiaces. 123.a
 Hospitalarij assimilantur diuiti epuloni. 20.b
 Hospitalarij faciunt se uocari priores. ibid.
 Humilitas diabolo multum displaceat. 70.a
 Humilitas multum Deo placet. 69.b
 Humilitas triplex. 237.a
 Humilitas utilis est multum actori suo. 70.b
 Humiliari Deo debemus multis rationibus. 41.a
 Humiliat̄ homines sub manu Dei differenter. 42.b
- I**
- Acob uidit scalam cœlum tangentem. 3.a
 Idololatre⁹ decipiuntur in ido lis, & simulachris. 139.z
 Ignis infernalis quomodo agit in animam. 19.a
 Impletio Spiritus Sancti est diuera. 285.a
 Incarnatio filij Dei assimilatur matrimonio propter multa. 291.b
 Infirmitates corporales infinguntur à Deo humiliibus propter multas causas. fol. 279.z
 Iniuria est remittenda propter multa. 63.a
 Innocentes sunt Deo debitores. 114.a
 Infructio bona ijs, qui præfunt. 105.b
 Inuidia fraterna displaceat Deo, valde placet diabolo, & nocet actori suo. 25.a
 Inuidia regnat in tribus. ibi.
 Ira habet tres gradus. 94.b
 Ira per uitium alia mortalis alia uenialis. ibid.
 Ira per zelum est bona. ibid.
 Irascitur Deus contra sex genera hominum. 293.b
 Irascitur Deus tribus differentijs hominum. ibid.
 Iudicium Dei triplex. 356.b
 Iustitia Christianorū & phariseorum differunt. 89.a
 Iustitia feruida, que est optima. 91.a
 Iustitia. 90.b
 Iustitia perfecta habet multas

INDEX

- tas conditiones. 91.a
 Iustitia repida. fol. 63, col. 3.
 fol. 90,b
 Iustitia transitoria non introducit in cœlum. ibid.
 Iustus gaudere debet de gratia imperacione, de peccatorū remissionis, & de gloria cœlestis expectatione. fol. 2.a
 Iuuenes rapiuntur per mortem. 227.b
 Imago Dei quid sit. 336.b
 Imago diaboli. 337.b
 Imago nephandorū uirorū, ac mulierum. 338.b
 Imago sanctorum. 338.a
- L**
- Aborare manibus est vitale propter tria. 273.a
 Latrones sunt in curia. 195.a
 Legis gratiae promulgatio. fol. 154.b
 Legis nouę excellentia. 173.a
 Legis nouę ministri sunt alijs excellentiores. ibid.
 Lepra spiritualis quid sit, & unde causatur. 203.b
 Lex civilis quid sit. 185.a
 Lex diuinialis posita est. ibid.
 Lex Ecclesiasticalis. ibid.
 Luxuriosi concupiscunt delectabilia. 126.a
- M**
- Anus Dei dicitur habere quinq; digitos. 41.a
 Martha-hemorroissa Euanglica putata est. 352.a
 Mediator fuit Christus inter multa discordantia. 165.b
 Mendacium est fugientium propter tria. 270.b
 Mensura bona, confera, & coagitata. 63.b
 Mensuram bonam. ibid.
 Minister iustitie tenerit tria adimplere pro sua salutem. fol. 193.a
 Milites huins seculi de tribus confortari solent, sic etiam Christi milites. 296.a
 Misericordia aliquando est uirtus, & aliquando non. fol. 58.b
 Misericordia Dei ostenditur in sex. 59.b
 Misericordia est necessaria ad salutem. ibid.
 Misericordia, quā facit Deus animabus in purgatorio. fol. 360.a
 Misericordia, quā facit Deus peccantibus. ibid.
 Misericordia, quam peccatoribus Deus facit. 359.b
 Modus cautè ambulandi. fol. 228.a
 Modus diligendi Deū. 261.a
 Modus seruandi Deo. 101.a
 Modus ueniendi ad uitam cœlestem. 72.a
 Mori peccato, in peccato, & per peccatum. 82.a
 Mundus est deceptivus, illaqueatiuus inuolutiuus, amarica-

INDEX

- maricatiuus, infatuatiuus,
& inquinatiuus. 29.a
Mundus est. 162.a
Murmurare cōtra Deum est
grauiissimū peccatū. 128.b
Murmuratio est grande ma-
lum. ibid.

N

- Naus designat p̄eniten-
tiam. 276.b
Naus duplex, scilicet Petri, &
diaboli. 76.a
Naus eundi ad cōclum. 77.a
Naus est Ecclesia, in quam
Christus ascendit. 277.a
Negociator debet facere tria
in uult saluari. 193.b
Nequitia dicitur esse quadru-
plex. 127.a

- Nicodemus quis erat, & qua-
re uenit ad Iesum nocte.
fol. 10.b

- Nobiles debent præ cæteris
intendere operibus pietatis.
245.b
Nuptiæ sunt à Deo substitutæ
propter tria. 289.a

O

- Ociostas est grande ma-
lum. 127.a
Oculi multipliciter dicuntur
beati. 186.b
Opera carnis faciunt multa
mala. 200.b
Opera carnis, licet occulte

operentur: tamen sunt mā
nifesta Deo, angelis, & ho-
minibus. 199.b

Opera carnis uitare debe-
mus. 196.a

Opera hominum sunt diuer-
sa. 197.a

Opus bonum triplex est à
Deo. 311.b

Oratio est actus religionis.
fol. 67.a

Orationis bone conditiones
fol. 162.a

Orationis modus congruus.
fol. 163.b

Orant sine intermissione tria
genera hominum. 340.a

P

Pax est donū Dei, & Deus
est, ubi pax est. 3.b

Pax habet multa commoda.
fol. 241.a

Pacis incitamenta. ibidem &
fol. 241.a

Pharisiæ iactantia damnabi-
lis. 165.a

Placere Deo possumus. 342.b

Panis in multiplici differen-
tia. 108.a

Panes duodecim, qui inue-
niuntur in Sacra Scriptu-
ra. 363.a

Parentes in filijs cognoscun-
tur. 12.b

Passiones martyrij, purgato-
rij, & aduersitatis presen-
tis disponunt ad gloriam
futuram.

INDEX

- futuram. 55.b
Passiones temporales nō sunt
condigne ad futuram glo-
riam. 54.b

- Pastor debet facere tria, ut
possit saluari. 191.b

- Patientia nostra debet esse ge-
neralis, realis, & persona-
lis. 239.a

- Paulus docet nos armare con-
tra diabolum. 297.b

- Paulus uocauit se minimum
Apostolorum. 157.a

- Paulum imitari debemus in
sex uirtutibus. 325.a

- Peccatum mortale perducit
ad mortem temporalem,
spiritualem, & æternam.
fol. 199.a

- Peccata semel dimissa nunq
simpliciter, & secundum se
redeunt. 315.a

- Peccator debet esse mutus.
fol. 177.b

- Peccator debet esse surdus.
fol. 175.a

- Peccatoris resuscitatio. 232:a

- Peccatores sunt Deo debito-
res. 114.b

- Pœna damni, quam habent
animæ in purgatorio.
fol. 362.a

- Pœna ignis purgatoriij. 361.b

- Poenitentia est nauis propter
tria. 276.a

- Poenitentia intelligitur per
crucem Christi. 328.a

- Plantari contingit homines
multipliciter, quidā in ter-
fol. 226.a

Reddere

- Q** Vatuor cōditiones ope-
rum pietatis. 216.b

- Quatuor debemus
firmiter expectare. 255.a

- Quatuor pericula maris, que
significant quatuor uita
animas perire facientia.
fol. 9.a

- Quare Christus uoluit come-
dere in domo pharisiæ.
fol. 246.b

- Quidam querunt regnum
mundi. 222.a

R

- R** Adicati, & fundati in
charitate, qui sunt.

- fol. 226.a

I N D E X

- R**eddere rationē Deo oportet de multis. 317.b
Redepti sanguine Christi multo plus alijs sunt Deo debitores. 115.a
Renouatio mentalis quomodo debet fieri. 267.a
Refurrectionis Christi probatio. 149.b
Refectionis Christi multiplex apparitio. ibid.b
Relurgere debent citō, quo mortui sunt peccato. ibid.
Retributio habet sex species. fol. 70.b

S

- S**acrificium boni operis. fol. 95.b
Saducci à Iudeis differunt. fol. 259.b
Sanctitas uitę consistit in tribus. 266.b
Sancta Trinitas uenit ad nos per dilectionem. 6.a
Sancti incessanter orant pro nobis in celo. 340.b
Scandalum clericorum, & religiosorum. 113.b
Septultura honorabilis quomodo prodest defunctis. fol. 231.a
Sequuntur Christum tria genera hominum propter cōmodum. 104.b
Seruire Deo debemus multis modis. 101.a

Super-

I N D E X

- S**eruire Deo debemus ppter tria. 215.b
Seruitus peccati est fugienda propter quatuor. 99.a
Seruitus peccati est subiectio mirabilis. 87.a
Seruitum diaboli uitare debemus. ibid.
Symbolum fidei frequenter dicendum. 326.b
Sobrietas est concupiscentiae repressiua. 46.a
Sobrietas est intellectualis luminis conseruativa. fol. 45.b
Sobrietas est senilis etatis de coratiua. 46.a
Solicitud humanalis, criminalis, & virtualis. 44.a
Solicitud temporalium potest esse damnoſa tripliciter. 220.b
Silencium est in multiplici differentia. 260.a
Spiritussanctus communicat se creaturis multipliciter. fol. 6.a
Spiritussanctus fiat ad tria bona procuranda. 12.a
Spiritussancti personę exprefſo. 11.b
Stagnum Genezareth quid sit, & significatio eius. fol. 75.a
Status mali diuitis. 20.b
Status pauperis mendici. fol. 22.b
Sufficientia nostra ex Deo est fol. 160.b
- T
- T**emporalia bona sūt im pertienda. 68.a
Tentatio diaboli est nobis utilis. 131.a
Tentatio dēmonis est facilis resistenter in principio. ibid.
Thobias fecit prādium in domo sua. 36.b
Timere debemus anathematizari à Christo Iesu. fol. 143.a
Timor quem excludit Christus euangeli. 220.b
Tolerare debemus aduersa tripliciter. 345.a
Tres scētē in communī uita, differentes. 258.b
Tres sunt falsi prophetæ. fol. 120.b
Tria genera beneficiorum nobis contulit Deus. fol. 252.a
Tria sunt incitantia ad gratias agendum Deo. fol. 251.a
- V
- V**Anagloria regnat in diuitibus. 24.b
Vanitas naturalis communis omnibus. 57.a
Vanitas personalis, quæ est peccatoris hominis. ibid.b
Vanitas temporalis, quæ est mundanorum. ibid.
Via, qua tenditur uersus cœlum, est quadruplex. fol. 236.b
Via per quas ambulare debet iustus. 196.b

Vitam

INDEX

Vitâ exponere debemus pro dilectione proximi.	30.b	Voluntatem Dei cognoscere possimus.	341.a
Vifio duplex.	186.b	Vtrum confessio sit necessa- riò sacerdoti facienda .	
Vocantur multi ad uitâ eter- nam.	32.b	fol.	201.b

FINIS.



SERMONVM DOMINICALIVM,

QVI EX EPISTOLIS
ET EVANGELIIS
TOTIVS ANNI AD POPVLVM
HABERI SOLENTE,

Pars æstivalis.

Authore Reuer. P.F. Guillielmo Pepin
Theologo Parisiensi ordinis
Predicorum.

In die Sanctissimæ Trinitatis, Sermo primus
de Epistola.



RATIA Domini nostri Iesu Christi, &
charitas Dei , & cōmunicatio,&c.2.ad
Cor.13. Gregorius super Ezechielem
homil.16.dicit , quid per incrementa
temporum crevit scientia spiritualiū
patrū circa sanctissimę Trinitatis my-
sterium , ut ibidem pulchre deducit.
Pro quo notandum, quod circa hoc multi
uarijs modis locuti sunt . Primo enim aliqui negauerunt
Deum esse,iuxta illud Psalmiste. Dixit insipiens in corde suo,
nō est Deus. De talibus etiā loquens Apost.ad Rom.1.dicit,
Quid obscuratū est insipiens cor eorū . Et bene dicit obscu-
ratum,quia tales ceteris grauius errauerūt, & à veritate lon-
Ser.Do.G.Pep.Pars Aestiu. A gius

In die Sanctissimae Trinit.

gius elongati sunt. Secundò aliqui optimè cognoverunt Deum esse, ut Philosophi. Vnde Arist. 12. Metaphys. cocludit dicens. Est igitur unus Deus nobilitatis infinite. Verum tales non cognoverunt omnia, quae sunt de Deo, sed solum ea, quae ratione naturali comprehendendi possunt, de quibus loquens Apostolus ad Rom. 1. dicit, quod id, quod notum est Dei, manifestum est in illis. Et est sensus, quod noxia, quae potest haberi de Deo naturaliter, fuit non infesta in dictis Philosophis, & hoc ductu rationis, uel etiā per creaturas. Vnde Sap. 13. dicitur, quod à magnitudine speciei, & creature cognoscibiliter poterit eorum creator uideri, iuxta illud Iob. 12. Interroga iumenta, & docebunt te, & uolatilia celi, & indicabunt tibi. Et hoc est, quod ait Apostoli supra, cum subdit dicens. Inuisibilia ipsius Dei, id est, potentia, sapientia, & bonitas Dei, conspicuntur intellecta à creatura mundi, id est, ab homine, per ea, quae facta sunt, id est, per creaturas. Ecce quomodo antiqui Philosophi cognoverunt unū esse Deum. Tales tamen non cognoverunt omnia, quae dicuntur de Deo, ut pote ea, quae sunt supra humanam rationem, & inuestigationem. Tertiò, ut pote ueri christiani, quoru cognitioni adiuta per diem ascendit supra humanā rationem, cognoverūt per diuinam reuelationem in scripturis sanctis illis factam multa de Deo, ad quae se non extendit humana ratio, iuxta illud Apostoli uerbum. 1. ad Corin. 2. Nobis reuelauit Deus per Spiritum Sanctum, quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in eorū hominis ascendit. Inter autem ista maximè continetur mysterium Sanctissime Trinitatis, quia ut dicit Athanasius in Symbolo fidei, quod incipit. Quicunq; Hęc est fides catholica, ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate ueneremur. Quam etiam Trinitatem expressit Apostolus in hodiernis Epistola, prout in themate præmissum est, cum ait: Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, &c.

In presenti ergo Epistola, quia legitur hodie secundum usum fratrum prædictoriū, quamvis nonnulli alii alias legant, quae sumunt ex libro Apoc. 4. cap. de tribus principaliiter fit mentio. Nam primò præmitit Apostolus multiplicem exhortationem in principio Epistole. Secundò tangit Trinitatis expressionē, ibi: Gratia Domini nostri, &c. Tertiò implorat eiusdem gratitūdinem inhabitationē, ibi: Sit semper cum, &c.

Sermo. I. de Epif.

2

PRIMÒ igitur Apostolus præmitit multiplicem exhortationem, & illa est quintuplex, secundum quod nos hortatur.

Ad gaudium.

Ad perfectionem.

Ad exhortationem.

Ad concordiam.

Ad pacem.

PRIMÒ igitur hortatur nos, seu inuitat Apostolus ad spirituale gaudium dicens. Fratres gaudete. Circa quod queruntur tria dubia, quae breueriter soluentur.

PRIMÒ igitur queritur, de quo est gaudendum. Ad quod responderetur, quod de multis. Primò quidem debet iustus gaudere de peccatorū remissione: Da exemplū de homicida, aut fure, qui in carcere detentus ualde gaudebat, cum audit remissionem suam à rege imperatam, & remissam uenisse, ita in proposito. Vnde ueri penitentes meritò dicere possunt illud Psal. In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, id est, penitentis animę, facti sumus sicut consolati. Tunc repletum est gaudio nostrum. Item quilibet eorum potest dicere illud uerbum eiusdem Psal. Conuertisti planctum meū in gaudiū mihi, considisti facuum meum, id est, reparasti conscientiam meam, gratiam & uirtutes mihi per peccantiam restituendo, & circundisti me letitia, scilicet pro tanto beneficio. Secundò debet iustus gaudere de gratia impreratione, siue collatione: Da exemplum de homine, qui multum gaudet temporaliter de thesauri magni inuentione, seu repertione, postquam scilicet, fuerat perditus. Pro quo facit parabola de muliere, quae perdiderat drachmam unā. Quam cum postea diligenter inquisisset, & tandem inuenisset, conuocans uicinas suas ait illis: Cōgratulamini mihi, quia inueni drachmā, quam perdidoram. Luc. 15. O' quam preiosa drachma est gratia Dei. O' quam maximè gaudendum est de illius reperzione. Tertiò debet iustus gaudere de glorię cœlestis expectatione. Pro quo etiam debet gaudenter ferre queque aduersa, iuxta illud Apostoli ad Roma. 12. Spe gaudentes in tribulatione. Da exemplum de clero redeunte gaudenter de curia Romana cum bulla de prouisione primi beneficij uacantis in collatione talis, uel talis Episcopi, uel Abbatis. Ecce de quibus meritò gaudere debent sancti Dei amici.

In die Sanctissimæ Trinit.

Secundò queritur, quando gaudendū est. Ad quod respondetur, quòd tunc maximè gaudendū est, cum insurgunt aduersitates huius sèculi, ut sunt corporales egritudines, amissio parentum, & amicorum, distractio temporalis bonorum, iniurie, & opprobria inimicorum, & huiusmodi. Nam gaudere in talibus nos admonet Christus Matt. 5. dicens: Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & cù separauerint vos, &c. Sequitur: Gaudete in illa die, & exultate. Ad idē etiā nos admonet beatus Iacobus. 1. ca. suę canonice dicens: Omne gaudiū existimat fratres, cum in variis tentationes incideritis. Taliter etiam gaudebant Christi Apostoli, de quibus legitur Actuū. 5. q postquam flagellati sunt ad præceptū principis sacerdotū, postmodū ibant gaudentes à cōspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

T E R T I ò queritur, ubi est gaudendū. Ad quod responderetur, q summè gaudendū est in celo. Nam illud gaudium, quod ibi habetur, est uerum, purum, & perpetuum gaudium. (Practica singula) de quo Christus electis loquens ait: Gaudiū uestrum nemō tollerat a uobis. Iohann. 16. In præsenti n. potius lugendum est, quam gaudendū. In celo verò nō erit tempus lugendi, sed potius gaudendi. Nam ibi absterget Deus omnē lachrymā ab oculis sanctorū, & iam nō erit amplius, neq; luctus, neq; clamor, sed nec ullus dolor, quoniā priora transierunt, ut canit Ecclesia de cōmuni martyrum, & trahitur ex Apoc. 11. Hinc Salomon Eccl. 3. ait: Omnia tempus habent, tempus flendi, & tempus ridendi. Non est ergo gaudendū in præfenti, nisi forsitan in Domino, & in rebus diuinis, ac salutibus, non aut in uoluptatibus huius sèculi, nō in diuitijs terrenis, non in gloria, & honore præsentis uirtutis, non in crimini bus, aut malefactis, & huiusmodi. Aliás extrema huiusmodi gaudiū luctus perpetuus occupabit, ut habetur Proverb. 14. Est enim maxima secundū Aug. in lib. de contemptu mundi, quòd nemo potest gaudere cum sèculo, & regnare cum Christo, sed necesse est alterū perdere. Vnde idem Aug. ad fratres in eremo sermo. 11. qui intitulatur de lachrymis. Scitote (inquit) fratres mei charissimi, q post mundi gaudia sequentur æterna lamenta, quia nemo potest hic, & in futuro gaudere. Ideo necesse est, ut unam cōsolationē amittat, qui alia uoluerit possidere. Hæc ille. Et sic patet de prima hortatione.

S E C U N D Ò

Sermo. I. de F. BIBLIOTeca UNIVERSITARIA

S E C U N D Ò Apostolus hortatus nos ad perfectionē, cum ait: Perfecti estote, supp. in fide, ne dicit iustificati. Vel perfecti estote, id est, ad perfectionē consequendā tendite. Nam (ut dicit Thomas in postilla sua super huc psalmū) quavis homo nō tenetur esse perfectus, teneret tamen tendere ad spiritualē profectum, & ad hoc conari. Alias de facili cadet per peccatum. Et dat ibi exemplū de naui posita in aqua fluenti, quæ semper tendit deorsum, nisi remiges conentur eam reducere surfum, ita in proposito. Vnde in uia uitæ nō progressi, regredi est, ut dicit deuotus Ber. sermo. 2. de Purificatione Domini. Ad idem etiā propositū, scilicet de spirituali profectu loquens Psal. dicebat, Ibunt de uirtute in uirtutē. In figuram denique huius Iacob uidit scalam surfum erectā, & angelos ascendentēs, & descendētes per eam, sed nullū corum uidit stantem, aut sedentem in ea. Per quod innuitur, quòd necessitate est, ut ascendamus, vel ascendamus. Quod si attentamus stare, necesse est, ut ruamus. Bene ergo, & salubriter nos admonet Apostolus in hodierna Epistola, dices, Perfecti estote. Vbi etiā notandum, quòd duplex est perfec̄tio, scilicet sufficientiæ, & consumatae iusticiæ, sive excellentiæ. Prima nobis præcipitur, secunda consulit. Videtur tamen ista secunda perfec̄tio cadere sub præcepto quo ad maiores prælatos, ut sunt Episcopi, & superiores, qui dicuntur esse in statu perfectionis acquisiſtæ. Religiosi autem in statu perfectionis acquirendæ, id est, tenentur tendere ad perfectionem.

T E R T I Ò Apostolus monet nos ad exhortationē, supple, alijs dandam, cum subdit dicens, Exhortamini. Est autem exhortari, valde hortari, utpote feruenter, benignè & charitatib[us] aliqu[is] admonere de salute sua, & de emendatione uite suę. Hoc autem competere potest nō tantū maioribus in ordine ad inferiores, uerum etiam inferioribus in ordine ad superiores, sicut & correctio fraterna, quia vt habetur Eccl. 17. Nisi quis mandauit Deus de proximo suo, ut scilicet, eum hortetur, & prouocet ad bonum agendum. Casus est talis. Est aliquis proba mulier, quę uidens insolentias, & prauitatem cuiusdam diffoluebat vicinę suę, monet filias suas, sive ancillas, ne propter Deū frequentent multū cum tali, ne similes illi fliant. Hæc monitio propriè vocatur exhortatio. Pone etiam casum de patrefamilias quo ad filios, & seruos suos, quos

In die Sanctissimae Trinit.

monet ne frequentent cum lusoribus , brigosis , lubricis , & dissolutis garrisonibus , dicens eis illud , quod legitur Petrum Act . 2 . dixisse quibusdam nouiter conuersis de iudaismo ad fidem , Exhortabatur (inquit textus) eos dicens . Saluamini à generatione ista prava .

Q V A R T ò Apostolus monet nos ad concordiam mutuò habendā , quantum ad interiora , dicens . Idem sapite . Pro quo notandum , quod sapientia est cognitio altissimarū causarum . ut pote de diuinis . Idem ergo supere , est in eadē fide de Deo , & in eadē charitate de eo , ipsum super omnia diligendo conuenire . Dicit ergo Apostolus nobis Christianis loquēs , Idem sapite , sex parte intellectus per fidē idem credendo . Item ex parte voluntatis per amorem idem diligendo , ut sic supple , unanimes uno ore honorificetis Deū , ut dicitur ad Ro . 15 . Et hoc est , quod ait idem Apostolus . 1 . ad Cor . 1 . Id ipsum , inquit , dicatis omnes , & nō sint in uobis schismata . Huius autē contrariū multi faciunt , ut sunt monopoliatores , schismati ci , brigosi , & similes , qui seminant inter fratres discordias , & qui uolunt semper in opinionibus , & deliberationibus suis esse singulares , etiā quantumcunq; ceteri benē , rectē , iustē , & sanctē deliberent , Propter quos multe congregations bone , & sancte multa patiuntur . Sed de hoc haec tenus .

Q V I N T ò Apostolus monet nos ad mutuā , pacem , quantum ad exteriora , cum ait , Pacem habete , idest , sitis cōcordes , & unanimes , quantū fieri potest , quantū ad exteriora , iuxta illud ad Heb . 12 . Pacem sequimini cum omnibus , quod ubi feceritis , Deus pacis , idest , dator , & amator pacis , & dilectionis , erit uobis . Ecce premiū , huc retributio pacē habentū in presenti . Si Dei presentia per gratiā , qui tandem dabit pacem , sempiternā , iuxta illud . 1 . ad Theſſ . 3 . Ipse Deus pacis det uobis pacē sempiternā . O' quantū igitur debemus laborare ad pacē , & amare eam , atq; rogare Deū pacis pro ea imperanda , iuxta illud Psal . Rogate , quę ad pacem sunt Hierusalem . Et est sensus . Rogate uos fidèles , ut Hierusalē inferior , idest , Ecclesia militans habeat pacē . Vel sic . Rogate , ut Hierusalē , idest , anima deuota habeat pacē cū Deo . Pacē quidē peccatoris in presenti , & aternitatis in futuro . Meritō autē rogandus est Deus pro vtraq; p̄dīcta pace , q̄a ipse solus eā cōfert , iuxta ilud Iohan . 14 . Pacē relinquo uobis , pacē meā do uobis . Hinc orat

Sermo . I . de Epif.

4

orat Ecclesia in missa dicēs , Agnus Dei , qui tollis pētā mūdi , doma nobis pacē . Et sic pater de prima parte plenitē Epistole .

S E C U N D ò principaliter Apostolus in hodierna Epistola tangit Trinitatis expressionē , cum ait : Gratia Domini nostri Iesu Christi , idest , Christus gratis condonans peccata , per quod iustificamur , & saluamur . Et charitas Dei , idest , Deus pater dans charitatē . Et cōmunicatio Sancti Spiritus , idest , Spiritus Sanctus cōmuniſus Patri , & Filio , sit &c . Vel dic secundū glo . ord . quod Apostolus in præſenti textu optat totā Trinitatē benedicere predicatoris , qui opere , & facto impleuerunt exhortationes ipsius , dicens . Gratia Domini nostri Iesu Christi , idest , quę attribuitur Christo , iuxta illud Iohan . 1 . Gratia , & ueritas per Iesum Christū facta est . Et charitas Dei , supple patris , qui ex immensa charitate sua , quam habuit ad humanū genus , misit filium suum in mundū , iuxta illud Iohan . 3 . Sic Deus , supple , pater , dilexit mundū , idest homines in mundo habitantes , ut filium suum unigenitū daret . Et cōmunicatio Sancti Spiritus , idest , per quę fit cōmunicatio omniū honorū in Ecclesia Dei , uel qui nobis cōmunicat dona sua sit semper , &c . Ecce ergo quo modo Apostolus optat totam Trinitatē nobis esse propitiā , & semper quantū ad attributa sua nobiscū permaſuram .

Q V I A ergo in præſenti textu cōformiter ad diem festū fit mentio de sanctissima Trinitate , uidelicet de gratia Christi , de charitate patris , & de cōmunicione Spiritus Sancti , ideo de singulis aliquid breueri dicendum est . Et primō de gratia Domini nostri Iesu Christi .

P R O quo notandum , quod p̄dīcta Christi gratia est .

Memoriter commendanda .

Deuotè suscipienda .

Studiosè exercenda .

P R M O igitur gratia Christi est memoriter cōmendanda , & hoc propter utilitatē , quam nobis attulit . Propter quod sapiens Ecl . 29 . unquamqueq; nostrū admonet dicens : Gratiam fideiūſſoris ne obliuſcaris . Iste autē fideiūſſor est Christus , qui se fideiūſſore constituit erga Deum patrē pro tota Ecclesia . Vnde hunc fideiūſſore implorabat Rex Ezechias

In die Sanctissima Trinit.

pro se, cum dicebat : Dñe uim patior, responde pro me. **E**t nō ta, q̄ sicut fideiūsor soluit debitū in defectu principalis debitoris, ita & Christus soluit debitū pro homine apud Deum Patrē, eo q̄ ipse homo nō poterat ipsū debitū soluere, idest, pro peccato condigne satisfacere. Proper quod in persona ilius loquitur Psal. dicens : Quæ nō rapui, tunc. s. in cruce moriendo exsolubā. Ac si aperte diceret. Alius rapuit, & furtū cōmisit. s. Adam, qui quantum in se fuit, rapuit diuinitatē, uo lens esse, ut Deus. Et ego/inquit Christus) suspensus sum pro eo. De hac etiā fideiūsione loquēs alibi idem Psal. ait. Dñs retribuet pro me. Bene ergo, & rationabiliter unīquemq; nostrum admonet sapiens vbi supra, dicens: Gratia fideiūsoris ne obliniscaris. Cuius causa, & ratio subditur, cum dicitur. Dedit. n. pro te animā suam, idest, uitā suam corporalē expōsuit morti pro te, iuxta illud Hierc. 1. 2. Dedi dilectā animam mēā in manus inimicorum meorum. In quo quidē factō ipse Christus ostendit maximā charitatē, quam habuit ad humānum genus, iuxta illud Iohan. 15. Maorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animā suā ponat quis pro amicis suis. Patet ergo, quid̄ gratia Christi est memoriter cōmendanda.

S E C V N D O gratia Christi est deuotē suscipienda. Quod quidē uerbū intelligitur de gratia, quā ipse Christus ostendit nobis in sua glorioſa incarnatione, de qua ad Titū. 2. Apparuit (inquit Apostolus) gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, ut &c. In quibus verbis tria tanguntur, propter quę gratia Dei est deuotē, & reuerterē suscipienda. Primiū est emanationis illius authoritas, & dignitas, quia Dei, & Saluatoris nostri, secus aut̄ de gratia huius mūdi, quia uocatur fallax Prou. 3. 1. Secundū est eiusdē generalitas, quia oībus hominibus. Tertiū est ipsiusmet utilitas, quia erudiens nos, ut abnegātes, &c. Dicta ergo gratia erudit nos de tribus. Primiū quid uitādū, quia ut abnegātes impietatē, &c. Secundū quid agēdū, q̄a ut sobriē, iustē, & piē viuamus, &c. Tertiū qđ sperandū, quia expectātes beatā spem, & aduentū glorie, &c.

T E R T I O gratia Christi est studiosē exercenda, ita ut meritō dicere possumus cum Apostolo illud. 1. ad Corin. 15. Gratia Dei sum id, quod sum, & gratia eius in me uacua non fuit, sed abundātius omnibus laborant. Tūc aut̄ gratia Christi studiosē exercetur, & uirtuosē, cū quis se occupat sanctis opribus

Sermo. I. de Epif.

5

operibus propter Deum. Ad quod etiam faciendum nos admonet idem Apostolus. 2. ad Cor. 6. dicens, Hortamus uos, ne in uacuum gratiam Dei recipiatis, idest, inutiliter, & infructuosē. Cuius proh dolor or contrarium faciunt multi poenitentes, qui post Pascha statim redeunt ad uomitum. Et sic patet de gratia domini nostri Iesu Christi.

S E C V N D O uidendum est de charitate Dei patris, de qua tria sunt notanda, quae sunt illius.

Perpetuitas, Immenſitas, Utilitas.

P R I M U M igitur notandum de charitate Dei patris in ordine ad nos miseros peccatores, dicitur perpetuitas. Ipse nempē est, qui de hoc loquitur Hierc. 3. 1. dicens. In charitate perpetua dilexi te. Et nota, quid̄ dicit, perpetua. Et hoc est contra multos mundanos homines, & fictos amicos hujus mundi, qui non diligunt alios, nisi quādū percipiunt bona ab eis, aut sperant illos, esse sibi utiles. Et tales comparantur lupis, muſcis, & formicis, quae sequuntur prēdam. Vnde Sene libro de remedij fortitorum. Multi, inquit, aliquem comitantur, ut mel inusq; cadauera lupi, frumenta formicę. Prēdam sequitur turba ista, non hominem. Hęc ille. De unoquoque ergo tali fallaci amico loquitur scriptura. Eccl. 6. dicens. Est amicus socius menſe, & non permanet in tempore necessitatē. Econtra autem de uero, & fideli amico dicitur Proverb. 16. quid̄ omni tempore diligit, qui amicus est, sup. uerus, & frater in angustijs comprobatur. Ex quo ergo in charitate perpetua dilexit nos Deus pater, consequens est, ut uice uera ipsum sincerè, & in perpetuum diligamus. Sic enim nos admonet Beatus Iohannes in sua prima canonica cap. 4. dicens. Diligamus Deum, quantum ipse prior dicitur, scilicet, nos ab ēterno prædestinando, & uocando. Et sic intelligitur illud uerbum Apostoli ad Rom. 9. dicensis de Iacob, & Esau. Cum nondum nati fuissent, aut aliud boni egisset, aut mali, ut secundum electionem propositum Dei manereret, dictum est, maior seruiet minori, sicut scriptura est, sup. Malach. 1. Iacob dixi: Esau autem odio habui. Ecce quomodo dominus Deus prior dilexit nos. Patet ergo, quid̄ charitas Dei est perpetua.

S E C V N D O notandum de dicta charitate est illius uelitatis. Est enim Dei patris charitas, qua nos diligit ab ēter-

In die Sanctissimæ Trinit.

no, ualde nobis utilis , quia sic per eam eligimus ad uitam æternam , & tandem illuc trahimur . Vnde cum premissis est dominus ubi supra dicens . In charitate perpetua dilexi te , mox subiunxit dicens . Ideo attraxi te miserans tui . Nā charitas , qua Deus electos diligit , est quasi uinculum , quo illos sursum trahit . Propter quod sponsa in canticis rogas ab eo illuc tali uinculo trahi , dicens . Trahe me post te . Can . i . Ve rūni aliqui illuc trahuntur multiplici aduersitate . Alij uero beneficiorum uarietate . De primis loquitur Greg . dicens , q̄ mala , quę nos hic premunt , ad Deum ire compellunt . Item in psal . Multiplicatę sunt infirmitates eorum , postea accelerauerunt , sup . in cēlū currere . Da exemplum de equo , qui eum calcaribus compellitur uelociter incedere . De secundis dat Greg . in quadam hom . similitudinem de ramo uridi , qui si ostendatur oui , statim trahitur ad ostensorē . Et de isto duplice modo trahendi homines uersus cēlū simili seribitur Osca . i . i . ubi loquitur dominus dicens . In funiculis Adam traham eos , in uinculis charitatis traham , inquām , eos . Vbi notandum , quod funiculi , quibus fuit ligatus Adam post peccatum , fuerunt sitis , & fames , frigiditas , & caliditas , egritudine , & debilitas , & tandem misera mors . Cum istis itaque funiculis dominus multos patientes trahit in cēlū . Vincula uero charitatis sunt illa beneficia , quę nobis largitur dominus , uidelicet fortuna , nature , gratia , & gloria in futuro . Cū talibus etiam uinculis dominus multos post se trahit sursum . Ecce igitur manifesta utilitas charitatis Dei patris .

TERTIUM notandum de huiusmodi charitate dicitur illius immensitas , & hoc ex parte filii sui , quem misit in hanc uellem miserie pro nostra salute , ad Ro . 5 Commendat , id est , commendabilem reddit , & ostendit charitatē suā Deus , supp . pater in nobis , quando cum inimici essemus , reconciliati sumus Deo per mortem filij eius . Item eiusdē . 8 . Proprio filio suo non pepercit Deus , supp . pater , sed pro nobis omnibus tradidit illum . Ii super . 1 . Iohan . 4 . sic legitur . In hoc apparuit charitas Dei in nobis , scilicet per affectū , quando filium suum unigenitum misit Deus , supp . pater , in mundum , ubi non est nisi labor , ut uiuamus per eum , scilicet , uita gratiae in præsenti , & uita gloriæ in futuro . Et nota , quod non dicitur Deus pater misisse in hunc mundum Angelum ,

aut

Sermo . i . de Epist.

6

aut hominem purum , seu serum , sed filium sunum sibi consubstantiale , & coerternum , in quo exprimitur immensitas charitatis Dei patris ad nos , qui nobis nisi tantum donū , & tantum precium redēptionis animarum nostrarum . Et sic pater de secundo :

TERTIÙ uidendum est de communicatione sancti spiritus , de qua pauca dicemus . Hic ergo spiritus sanctus communicat se creaturis rationabilibus dupliciter . Primum quidem per gratiam gratum facientem , secundum quod scribitur Luc . 2 . de Simeone , quod erat homo iustus , & timoratus expectans consolationem Israel , & spiritus sanctus erat in eo . Secundò uero per gratiam gratis datum , sive per dona illius . Vnde 1 . ad Cor . 11 . Diuītiones gratiarum sunt , id est autem spiritus . De qua diuītione autem huiusmodi gratiarum loquitur ibi diffusè Apo . quibus enumeratis tandem concludit dicens . Hac autem omnia operatur unus , atque idem spiritus , diuidens singulis prout vult . Notandum tamen , quod huiusmodi gratia , seu dona non dantur ad utilitatem singulorum particulariter , sed potius ad utilitatem totius ecclesie , prout innuit idem Apo . ubi sup . ita dicens . Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem , scilicet , ecclesiæ . Et ideo nullus ex huiusmodi donis debet superbire , aut inaniter gloriari , seu illa sibi soli retinere , ne efficiatur similis illi seruo , qui abscondit talentum domini sui in sūario , de quo parabolice legitur Luca . 19 . Et sic patet de secundo principali .

TERTIÙ principaliter Apostolus in præsenti epistola implorat Sanctissimam Trinitatis gratuitam inhabitationem , cum subdit . Sit semper , supp . dicta Trinitas , eum omnibus uobis . Amen . Modus autem , & uia , per quam ad nos uenire poterit sanctissima Trinitas per gratiam , est dilectio Iesu Christi , prout ipsemet testatur Iohan . 14 . dicens . Si quis diligit me , seruonem meum seruabit , & pater meus diligit eum , & ad eum ueniemus , & mansioem apud eum faciemus . Circa quod notandum , quod ipsa dignissima Trinitas ad ali quos nunquam uenit , ut sunt infideles , qui nihil de ea credunt . Item Heretici , qui male de ea sentiunt . Ad aliquos autem uenit , sed citò inde recedit , ut sunt illi , qui ad tempus credunt , supp . fide formata , & in tempore tentationis recesserunt ,

In die Sanctissimæ Trinit.

dunt, ut habetur Luc. 8. Ad alios autem uenit, & nunquam inde recedit, ut sunt iusti, & electi, in quibus manet Trinitas, in presenti per gratiam, & illi cum ea in futuro per gloriam. Quam nobis prestatre dignatur pater, & filius, & spiritus sanctus, qui est unus, & trinus Deus. Amen.

In die Sanctissimæ Trinitatis, Sermo. 11. de Evangelio.



V O D scimus, loquimur, & quod uidimus, testamur, & testimonium, &c. Io. 2. Pro introductiōne præsentis sermonis mouetur quaestio talis. Vtrum sufficienter possit probari mysterium sanctissimæ Trinitatis? Pro solutione huius dubij ponam tres ueritates.

P R I M ò igitur ueritas. Naturali ratione possumus cognoscere, & concludere Deum esse unum. Ita ueritas probatur tripliciter, uidelicet, autoritate, ratione, similitudine.

P R I M ò quidem autoritate. Nam Philosophi innentes naturali rationi, ita cognouerunt, & conluserunt. Vnde Aristoteles, qui fuit princeps Philosophorum, concludit. 6. Phisic. unum esse primum principium, sive ens omnino immobile, & inalterabile, quod uocat primum motorem. Similiter 12. Metaphy. in fine ita concludit dicens. Entia non sunt male disponi, neque pluralitas principiantur bona, unus ergo princeps. Multæ aliae authoritates Philosophorum adduci possent, quas pertransco.

S E C U N D ò idem probatur ratione, & hoc sic. Si enim essent plures dij, aut essent pares, aut impares. Si primum, tunc neuter esset Deus, eo quod Deus non habet parem, cum sit maximus. Ut enim dicit Aug. li. 1. quæstionum noui, & ueteris testamenti, q. i. ubi querit, quid est Deus. Deus inquit, hoc, est quod nulla attingit opinio. Plus enim est Deus, quam quicquid dici, aut cogitari potest. Si secundum, tunc unus esset maior, & aliis minor, & tunc minor non esset Deus, cum Deus sit maximus. Nam secundum eundem Aug. lib. 1. de doctrina christiana, Deus secundum omnes est illud, quo melius aliquid non est. Igitur, &c.

T E R T I ò idem intentum probatur similitudine. Videamus enim inter celos unum esse supremum, quod uocatur primum

Sermo. 11. de Euang.

7

primum mobile. Item inter septem planetas Solem obtinere primum. Insuper uidemus in Politia ciuili unum esse Monarcham supremum, qui ceteris imperat, & presertim ubi est regimen regale, quod est ceteris regiminibus perfectius. Idem etiam uidemus in Politia ecclesiastica, in qua regnat unus solus Pontifex summus. Ex quibus omnibus similitudinibus concludere possumus unitatem Dei. Et sic pater prima ueritas.

S E C U N D A ueritas. Ratione naturali possumus cognoscere Deum fuisse ab aeterno, sic argumentando. Si Deus non fuit ab aeterno, ergo processit ex tempore, aut ergo a se ipso, aut ab alio. Non a seipso, quia nihil potest sibi ipsi esse causa effendi. Alijs idem praecedere seipsum. Non etiam ab alio, quia si ab alio, tunc sequitur, quod Deus haberet causam efficientem. Hoc autem repugnat huic, quod est esse Deum. Nam per hoc nomen Deus intelligimus id, quod maius excogitari non potest, ut dictum est. Necesse est ergo concludere Deum esse ab aeterno, & sine principio sui esse. Item si Deus processit ab alio, ergo habet aliquid maius seipso. Quod si sic, tunc sequitur, quod Deus non sit Deus, ut prius deductum est. Igitur, &c. De hoc uide B. Tho. 1. parte. q. 2. artic. 3. per totum.

T E R T I A ueritas. Ratione naturali, non possumus cognoscere mysterium sanctissimæ Trinitatis. Probatur sic hec ueritas. Ratio naturalis non cognoscit Deum, nisi ex creaturis, iuxta illud Apo. ad Ro. 1. Inuisibilia Dei à creatura mundi, id est, ab homine, per ea, quæ facta sunt, id est, per creaturas, intellecta conspiciuntur. Modò sic est, quod creaturæ magis ducunt nos in cognitionem unitatis Dei, quam Trinitatis in personis, quia non procedunt ab eo secundum quod est trinus, sed magis secundum quod est unus. Nam uirtus creativa in Deo est communis toti Trinitati. Vnde pertinet ad unitatem essentia, & non ad distinctionem personarum. Ex quibus omnibus concluditur, quod per rationem naturalē possumus cognoscere deo ea, quæ ad unitatem essentia pertinent, & non ea, quæ pertinent ad Trinitatem personarum.

Q U A R T A ueritas. Quicunque naturali, ratione nititur probare mysterium sanctissimæ Trinitatis, dupliciter derogat,

In die Sanctissimæ Trinit.

rogat fidei catholicae, ut dicit Beatus Tho. i. parte q. 3. 2. at. t. i. Primo quidem quantum ad dignitatem ipsius fidei, que est, ut sit de rebus invisibilibus, quæ humanam rationem excedunt. Vnde Aposto. ad Hebr. 11. dicit, quod fides est de non apparentibus. Secundò uero, quantum ad utilitatem trahendi alios ad fidem. Cum enim quis adducit rationes naturales ad probandum ea, quæ cadunt sub fide, cum illæ rationes non sint cogentes, hoc cedit in irrisione infidelium, qui credunt, quod huiusmodi rationibus innitamus, & propter eas credamus. Nullus ergo debet tentare per rationes naturales, ut probet ea, quæ fidei sunt, est cuiusmodi mysterium Trinitatis, sed tatum per authoritates sacre scripturæ; & hoc quantum ad eos, qui dictas authoritates suscipiunt. Apud uero alios, qui authoritates non recipiunt, sufficit defendere, non esse impossibile, quod fides catholica prædicat hęc d. s. ubi sup.

QUINTA veritas. Ad declarandum sanctissimam Trinitatis mysterium esse possibile possumus rationabiliter adducere aliquas persuasiones, & similitudines.

D e persuasionibus autem, que multæ sunt, hec tres sequentes uidentur efficaciores, seu apparentiores. Prima est talis: Secundum omnes rectè sentientes, Deus pater est omnipotens. Igitur potuit in aternitate sua generare filium sibi co-substantialem. Ex quo ergo potuit, aut uoluit, aut noluit. Si uoluit, ergo ita fecit, quia teste psal. Omnia quæcumque uoluit, dominus fecit. Si noluit, ergo iniudus fuit. Et similis ratio currit de patre, & filio respectu processionis spiritus sancti. Secunda ratio est talis. Bonum secundum Dionysium, & secundum rectè sentientes est communicativum sui ipsius. Ergo quanto aliquid est melius, tanto plus seipsum communicat. Etsi fuerit summum bonum, summè seipsum communicat. Cum ergo de se sit summum bonum, & summè bonus, consequens est, quod seipsum summè communicat. Non potest autem seipsum summè communicare ad extra, quia creatura non est capax tantæ communicationis, restat ergo, quod summè seipsum communicat ad intra. Hoc autem fit, cum pater generat filium consubstantialem sibi, & coeterum. Item cum pater, & filius spirant spiritum sanctum, igitur. Tertia ratio est, talis maxima est apud

Philo-

Sermo. II. de Euang.

8

Philosophos, quod unumquodque tunc perfectum est, cum potest sibi simile in specie generare. Deus ergo pater non reputaretur perfectus, nisi posset generare filium sibi similem in specie, in deitate illam sibi per generationem aeternam, & diuinam communicando. Haec sunt igitur rationes persuasives, per quas ostenditur probabile Trinitatis mysterium.

I T E M ad idem adduci possunt multæ similitudines, sed de multis tantum de tribus dicemus. Prima igitur similitudo sumitur ex Grammatica, & signanter ex hac dictione amare, que cum sit una secundum uocem, nihilominus potest esse trium partium orationis, uidelicet nominis, uerbi, aduerbij. Primo quidem nominis, ut ibi. Sancte, & misericors salvator amare morti ne tradas nos. Secundò uero uerbi, ut ibi. Omnia prætereunt præter amare Deum. Tertiò autem aduerbij, ut ibi Luc. 27. Egressus Petrus fleuit amare. Ita, & Deus quamvis sit unus in essentia, nihilominus est trius in personis. Secunda similitudo sumitur ex naturali Philosophia, & signanter in Sole, qui quamvis sit unus secundum substantiam, nihilominus in eo reperire est tria, uidelicet, substantiam, splendorem, calorem, ita in propofito. Vnde Aug. in lib. de cognitione uerae uitę dicit, quod sicut ex luce procedit splendor, ex luce autem, & splendore procedit calor, quæ tamen tria, sunt unum in substantia, ita ex patre, qui est uera lux, procedit filius, qui est splendor substantia eius, & ex utroque procedit spiritus sanctus, qui est calor, id est, amor amorum, secundum quod de eo dicitur Deut 4. quod Deus noster ignis est. Et tamen hi tres unum sunt in essentia. Tertia similitudo sumitur ex Geometria, que considerat de mensuris, & quantitate. Vnde sicut uidentur, quod idem corpus numero mensuratur secundum longum, latum, & profundum, ita eadem unitas diuinæ essentiae secum patitur Trinitatem personarum. Et sic pater intentum:

SEXTA ueritas. Mysterium sanctissimæ Trinitatis, quod non est ab humano intellectu curiosè inuestigandum, sola fide tenetur. Prima pars huius ueritatis pater ex illo textu sapientia Eccl. 3. dicens. Altiora te ne queſieris, & fortiora te neſcrutaris fueris. Nam frequenter compertum est, quod illi, qui curiosè uoluerint inuestigare tantum mysterium, & uolare supra, se tandem turpiter in multos errores lapſi sunt

In die Sanctissimae Trinit.

Sunt. Hinc Proverb. 2.5. dicitur. Sicut , qui mel multum comedit, non est ei bonum, sic qui scrutator est maiestatis, optimetur à gloria. Nam sicut nimia per scrutatio maiestatis, & secretorum Dei obsecrat intellectum. Et ideo Apostolus ad Ro. 12. salubriter confulit. Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Vnde Aug. ad fratres in eremo ser. 15. qui intitulatur de fide trinitatis expponens illud uerbum. Psal. Nolite multiplicare loqui sublimia gloriarum, quæ sunt huiusmodi sublimia, de quibus non licet nobis multum loqui. Et responderet, quod illa sunt Dei patris omnipotentia , unigeniti, eius coeteritas, spiritus sancti magnificientia . Hæc igitur discutere non curremus . Et post pauca . Veniat, inquit, contra uolentes scire ultrâ, quam necesse est, sanctus ille Salomon , & reprehendendo dicat . Altiora te ne quaesieris , & fortiora te ne scruteris . Surgat etiam Paulus columna fidelium , & lumen orbis terræ , & uoce sua confundat omnes Philosophantes nomen Christi portantes, uolentes sapere, plusquam oportet sapere. Non dico fratres, quod omnino non queratis , sed quæstiones in diuinis, uos qui grossi estis, multiplicare non debitis. Quæreret ergo tantum, quomodo præcepta Dei seruare possitis, quomodo diabolum , superare possitis, quomodo patientiam , quam Christus docuit esse obseruandam , amplecti in aduersis possitis. Hæc ille. Et si patet probata prima pars predictæ ueritatis, quæ dicit, quod mysterium sanctissimæ Trinitatis, non est ab humano intellectu curiosè inuestigandum. Secunda autem pars, quæ dicit, quod dictum mysterium sola fide tenetur, pater ex dictis, & signanter extertia ueritate, quæ dicit, quod naturali ratione non possumus cognoscere dictum mysterium. Relinquitur ergo, quod sola fide ipsum tenemus . Vnde Athanasius in symbolo . Fides autem catholica hæc est, ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate ueneremur.

SEPTIMA ueritas. Sobriè prudenter , & discretè, loquendum est de mysterio sanctissimæ Trinitatis . Patet hæc ueritas ex uerbis Augu. qui ad fratres in eremo, ser. 15. dicit, quod ubi cunq; queritur de unitate Trinitatis , magna adhibenda est cautela, quia nec periculosius aliquid erratur, neque laboriosius aliquid queritur, nec fructuosius aliquid inuenitur.

Sermo. I I. de Euang.

9

tenitur. Idem etiam in forma dicit de Trinitate lib. I. cap. 3. Pratermittit tamen ibi aliquid dicens. De hac re summa, & excellentissima cum modestia, & timore loquendum est, vbi queritur unitas Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Dei, & subdit rationem dicens: quia nec periculosius aliquid queritur, &c.

O ET A V A veritas , circa cognitionem mysterij sanctissimæ Trinitatis profercent fideles magis , ac magis secundum temporum varietatem, & successionem. Hoc autem de clarat Greg. super Ezech. homi. 16. ubi sic ait. Sancti illi patres quos per sacram scripturam ante legem data in fuisse cognoscimus, unum quidem omnipotentem Deum, sanctam videbilem Trinitatem esse nouerunt . Sed eandem Trinitatem, q̄ cognoverunt, aperte minimè predicauerunt. Data autem legi crudis ille hebraeorum populus i mandata decalogi sibi ruare conatus est, sed tamen de cognitione Sanctissimæ Trinitatis eruditus non est. Et quis hæc spirituales patres perfectè cognouissent, multitudo tñ synagogæ, nec inuenire mysterium Trinitatis potuit, nec querere sciuit . Superueniente autem gratia per testimoniū nouum, omnis fidelis populus unum Deum Trinitatem esse cognouit. Deinde concludit dicens. Pater, ergo, q̄ per incrementa temporum crevit scientia spiritualium patrum. Plus nanque Moyses, q̄ Abraham, plus sequentes prophetæ, quam Moyses, plus Apostoli, q̄ prophetæ in omnipotenti Dei scientia eruditæ sunt. Ecce n. propheta David, qui dicit, sup senes intellexi: Itē de Apostolis ait Chrs Lu. 10. Multi reges, & prophetæ voluerūt audire, & videre, q̄ vos auditis, & uidetis, & nō audierūt, neq; uiderūt, hæc Grego. ubi supra.

NON A ueritas. Circa cognitionem mysterij sanctissimæ Trinitatis nullus adeo, proficit, ut ipsum perfectè cognosceremus. hoc enim ad statum gloriae & beatiorum pertinet, quāuis nec ipsi beati ipsius mysterium cōprehēdere ualeat ; unde refert Aug. in epistolis suis, epistola 22.5. de beato Hiero. qui in die obitus sui illi cogitati aliquid de hac materia scribere, apparuit cū immenso lumine dices ei. Augustine Augustine ne quid q̄ris: Putas ne in breui vasculo imittere mare totum, aut includere breui pugillo orbē terrarū ? Cœlū firmare, ne usitatos exerceat motus? Quæ oculus nullus hoīm videre potuit , tuus solus uidebit ? Similiter quæ auris nulla per sonum

Ser. Do. G. Pep. Pars Actiua.

B num

In die Sanctissimæ Trinit.

num hausit, audiet tua? Quæ cor hu'manum nullatenus intellexit, existimus te posse intelligere? Infinitæ rei quis erit finis? Potius totum mare in artissimo clauderetur uasco. Potius orbem terrarum parvulus teneret pugillus. Potius cœlum à motu continuo desisteret, quām gaudiorum, & gloria, quibus animé beatorum potiuntur, minorem intelligeres particulam, nisi, uti ego, experientia edocererit. Impossibilia ergo facere ne conteris, donec impleteatur uita tuæ cursus, sed hic talia fatigare exercere opera, ut postmodum, quæ hic aliquiter intelligere cupis, in eternum habeas. Hæc omnia Hiero. ad Augustinum. Deinde in eadem epistola sequitur, quomodo ipse Augu. fuit specialiter edocitus ab ipso Hiero. sive ab anima illius, de mysterio predicto sanctissimæ Trinitatis, item de Hierarchijs, & ordinibus angelicis, & humanismodi. Si ergo ipse Aug. non potuit perfectè dictum mysterium cognoscere, qui tantus doctor fuit, multo minus nos hoc poterimus.

DECIMA, & ultima ueritas. Quāuis naturali ratione ad cognitionem mysterij sanctissimæ Trinitatis nullus Philosophorum peruenire potuerit, non repugnat tamen quin aliquo modo aliqui eorum, quāuis per aliam viam, ipsi sunt cognouerint. Prima pars huius ueritatis patet ex dictis in teritia ueritate supraposita.

SECUNDA uero sic patet. Nam Aug. li. 7. confit. sic refert dicens. Legi in libris Platoniconum, non quidem his uerbis, sed hoc idem omnino multiplicibus suader rationibus, qd. in principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Visque ad illum passum, & tenebre eam non comprehendenderunt, Refert idem Augu. lib. 10. de ci. Dei. c. 29. de quodam Platonico, qui dicebat, quod principium illius euangelij. In principio erat uerbum, usque ibi, & tenebre cā non comprehendenterunt, deberet literis aureis inscribi, & per omnes ecclesiæ in locis eminentissimis affigi. Hæc ille. Hoc idem etiam cognovit Porphyrius quāuis paganus. Vnde eum alloquens idem Aug. ubi supra, dicit sic. ò Porphyrii prædictas Deum patrem, & eius filium, quem uocas paternum intellectum, seu mentem paternam, & horum mediū, quem putamus te dicere spiritum sanctum. Hæc ibi. Sed in contrarium obiicitur ex dictis diui Hiero, qui in epistola ad

Pau.

Sermo. I. de Euang.

IO

Paulinum presbyterum, exponendo prædictum uerbum, in principio erat uerbum, dicit qud hoc doctus Plato nesciuit. Hoc eloquēs Demosthenes ignorauit. Oportet ergo aut Aug. aut Hiero. falsum dixisse. Responsio. Vt que uerum dixit. Quod enim Hiero. dicit Platonem mysterium trinitatis non intellexisse, intelligendū est perfectē, eo modo, quo per fidem cognoscitur, quia constat Platonem fidē non habuisse. Insuper parte ex altera Aug. non dicit se legisse in libris Platonis dictum textum. In principio erat uer. &c. Sed in libris Platoniconum, idest, aliquorum discipulorum Platonis, idest, sc̄latores doctrinæ sua, aliquid de sanctissima trinitate cognoverint, & scripto tradiderint, qd ipse ignorauit.

QVAERITVR autem circa hoc, quō discipuli Platonis, idest, imitatores doctrinæ sive cognoscere potuerunt tam sublimē mysterium, quod non nisi per lumen fidei, aut diuinæ revelationis cognosci potest. Respondeat ad hoc Aug. lib. 2. de doctrina christiana dicens, qd Ambrosius considerata gentium historia, cum Platonem reperisset temporibus Hieremias prophete profectum fuisse in Aegyptum, ubi tunc propheta ille erat, probabilius esse ostendit, qd ipse Plato potius nostris literis per Hieremiam fuerit imbutus, ut illis posset docere, uel scribere, quæ iure laudantur. Hæc ille. Deinde infert qud multo credibilius est Platonem, & similes potius de litteris nostris habuisse quæcunque bona, & uera dixerunt, qd de proprio sensu loquentes. Hæc ille. Non refert ergo, quin fuerint aliqui Platonici, qui post euangelium illud editum. In principio erat uerbum, quod scriptis lo. uiderunt, & legerunt dictum euangelium, atq; ex eo aliqua sumpererunt, quæ in suis libris redegerunt, & ita per hunc modū mysteriū sanctissimæ trinitatis cognoverunt, quāuis non naturali ratione ducit, nec simillimi per fidem illuminati, sed per modum prædicti. Et sic pater solutio ad dubium de discipulis Platonis. Patet deniq; diffusè solutio questionis adductæ in principio sermonis. Quā quidē questionē prolixè deducere curauit, tñ propter materiā subiectā. Tum quia euangeliū hodiernū, qd legitur ēm usum fratru prædicatorū, & multorū aliorū, parum uñ loqui de mysterio hodiernē festiuitatis, uidelicet de sanctissima Trinitate, de quo loquitur thema præassumptū, cū

B 2 dicitur.

In die Sanctissime Trinit.

dicitur. Quod scimus, loquimur, & qđ uidimus, testamur, &c.
In præsenti ergo euangelio exprimitur trinitatis mysterium, quāmis diuersimodè. Nam exprimuntur. Primo pater, & filius, ibi. Scimus quia à Deo uenisti magister.

Secundò spiritus sanctus, ibi. Spiritus ubi vult, spirat.
Tertiò tota trinitas, simū sub expressione baptizimi.

PRIMUS igitur pater, & filius in diuinis exprimuntur in præsenti euangelio à Nicodemo Princeps Iudeorū, Icū ait ad Christū. Scimus, quia à Deo sup. patre, uenisti magister. Ecce, persona filij sub nomine magistri. Ipse .n. factus est magister noster in assumpta humanitate. Sic .n. sepe se uocat in sacro euangelio, ut patet Mat. 23. cū ait discipulis suis. Vnus est magister uester Christus. Itē eiusdem. 26. cū misit duos de discipulis suis, ut parent Pascha, precepit illis, ut dicerent dño dominus, magister dicit. Tempus mēti prope est, apud te facio &c. Io. 13. Vos uocatis me magister, & dñe, & bñ dicitis. Sum etenim. Bene ergo à Nicodemo dī iste magister noster Christus à Deo sup. patre uenisse, tñ per eternā gnationē ex parte diuinitatis, tum per temporalē nativitatē ex parte humana nitatis, prout ipfmet testatur iudeis Io. 8. dicēs. Ego ex Deo processi, scilicet, per eternam generationē. Habens eandem essentiam, cum eo. Item per missionem temporalem in carnē, ideo sequitur. Et ueni in mundū, s. carnē assumēdo humanā. Neque .n. à me ipso ueni, i nō sum, sine genitore ēm qđ Deus. Neq; inquantū homo sine mittente, sed illi me misit. Patet ergo quō in illis verbis Nicodemus ad Christum dicenti. Scimus, quia à Deo uenisti magister, exprimuntur due personæ Trinitatis. s. pater, & filius. Essentiæ unitas exprimitur, cum subdit. Nemo enim potest hæc signa, facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo, scilicet, pater, & hoc per essentiæ unitatem. Item persona eiusdem filij exprimitur in fine euangelij, cum dicitur. Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium, &c.

CIRCA aut̄ hæc litera pñt moueri aliqua parua dubia.

PRIMUM igitur dubium est, quis fuerit iste Nicodemus princeps iudeorum, idest, unus ex principibus iudeorum. Respondetur, quod ipse est, qui aliquando pro Christo locutus est, ut patet Iohan. 7. Hic enim intelligens, quod alii principes iudeorum miserent ministros, ut cape-

Sermo. I I. de Euangelio.

I I

rent Iesum, & occiderent eriam inauditum, & inhexamina-
tum, ait illis. Nunquid lex nostra iudicat hominē, nisi prius
audierit ab ipso, & cognoverit, quid faciat? Hic est etiam ille
Nicodemus, qui Christum sepeluit una cum Ioseph ab Arimathia, Iohan. 19.

SECUNDUM dubium est, quare iste princeps nenenit ad Iesum nocte, & non potius clara luce. Ad hoc est responsio triplex. Prima est literalis. Non .n. clara luce audebat uenire ad Christum, ne forsitan derideretur ab alijs Pharisēs, & prin-
cipibus. Sic, & hodie multi timentes derideri a mundanis,
& malis omittunt multa bona facere, & aperte uenire ad Christum, quod tamen non licet. Secunda ratio est moralis. Nam nox, in qua ille uenit ad Christum, designabat noctem infidelitatis, & ignorantiae, in qua ille adhuc detinebatur. Non enim tunc credebat de Christo, quod esset uerus Deus, sed tātu aliquis propheta magnus, & uerus Dei amicus. Tertia ratio est allegoricalis. Nox enim illa designabat, qđ ipse Nicodemus adhuc detinebatur obscuritate literæ legalis.

TERTIUM dubium est de sensu illius propositionis Ni-
codemi ad Christum. Nemo potest hæc signa facere, quæ tu
facis, nisi, &c. Hoc enim uideatur falsum. Nam multi malitiae
multa signa faciunt, utpote prophetando, demonia eiicien-
do in nomine Christi, & uirtutes alias multas faciendo, ut
patet Matth. 7. Propter quod ipse Christus Luc. 10. ait No-
lite gaudere, quia spiritus immundi subiiciuntur uobis. Le-
gitur etiam Actu. 19. quod erant Scœuq Principi, Sacerdo-
tum, idest, homini Scœuq appellato septem filij, qui demona
eiiciebant ab obſessis. Responsio. Nullus potest facere
signa, qualia faciebat Christus, nisi Deus sit cum eo per gra-
tiā gratis datā. Non tamen est necesse, ut sit cum eo per gra-
tiā gratum facientem. Insuper nullus potest facere signa,
quæ fecit Christus, quantum ad modum operandi, scilicet,
imperatiū, & authoritatiū, nisi fuerit Deus cum eo per
vniōne hypotheticā. Propter qđ dicebat ipse Christus Io. 5. itē
eiusd. 10. Opera, que ego facio, ipsa testimoniū perhibet de
me, scilicet, qđ mecum sic Deus per predictam uniuersitatem, & si
non quantum ad rem operatam, tñ bene quantum ad modū
operandi, ut dictum est. Et sic patet ad dubium. Et per conſe-
quens de prima parte presentis euangelij.

In die Sanctissimae Trinit.

SECUNDÒ principaliter in praesenti euangeliō exprimitur persona spiritus sancti, & hoc in tribus locis.

PRIMÒ ibi. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Et est sensus. Nisi quis renatus fuerit ex aqua baptismali exterius abluite, & spiritu sancto, id est, gratia spiritus sancti interius mundante, non potest introire in regnum Dei. In quibus verbis patet facilis, & necessitas sacramenti baptismi. Facilitas quidem ex parte materiae, qua est aqua, qua faciliter potest ubique haberi. Secus de uino, aut alijs liquoribus. Nec necessitas autē huius sacramenti ostenditur, cum subditur. Non potest introire in regnum Dei, scilicet, qui renatus non fuerit ex aqua, & spiritu sancto. Quod quidem uerbum intelligitur de parvulo. Adultus autem in necessitate, & non habens copiam baptizantis potest saluari, dummodo habeat baptismum in uoto, & desiderio. Est etiā alius casus in quo tam parvulus, quam adultus potest saluari absque baptismo aquae, scilicet, martyrum, quod etiam est quidam baptismus. Nam ubi parvulus, siue in utero matris, siue extra occideretur in odium Christi, nulli dubium, quin in sanguine suo baptizatur. De hoc habes de confit. dist. 4. ca. baptismi, item cap. Cathecumenum, item, ca. baptismi uicem. §. quantum itaque.

MORALITER. Sicut nullus potest introire in regnum Dei, qui non fuerit renatus ex aqua elementari, & spiritu sancto, ad sensum datum, ita nullus adultus habens mortale peccatum potest introire in regnum Dei, nisi prius fuerit, quodammodo renatus ex aqua penitentia, & compunctionis peccatorum suorum. Qui autem taliter regeneratus fuerit, dictum regnum possidebit, dicente Christo. Matt. 4. Peccantium agite, appropinquabit regnum celorum. Qui uero sic regeneratus non fuerit, eternaliter peribit, dicente eodem Christo. Lucas. 13. Nisi penitentiam habueritis, omnes peribitis. Haec est igitur illa aqua, de qua Ezech. 36. Efundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquiumentis uestris.

SECUNDÒ exprimitur persona spiritus sancti in praesenti euangeliō, & signanter ibi. Quod natum est ex spiritu spiritus est. Vbi notandum, quod contingit hominem nasci duplicitate, uidelicet carnaliter, & spiritualiter. Quod ergo natum est

Sermo. II. de Euang.

I 2

sicut carnaliter, caro est, ut dicitur in praesenti euangeliō, id est, talis est carnalis, mortal is, & corruptibilis. Quod uero natum est ex spiritu, supp. sancto, per gratiam, spiritus est, id est, spirituale. Et est sensus, quod spiritus sanctus facit illos, ad quos uenit per gratiam, esse quodammodo spirituales, attrahendo affectum, & desiderium eorum à terrenis, & eundem elevando ad coelestia, iuxta illud Apo. Col. 3. Quae sursum sunt sapientia, non quae super terram. Vnde in proposito spiritu sancto sic, canit ecclesia de eodem. Qui das spiritu essemus esse homines.

MORALITER. Assumptio alicuius viri ad dignitatē pastoralē est quidam regeneratio. Talis enim renascitur quodammodo in uirum alterum, nihilominus contingit tales duplicitate renasci, uidelicet, carnaliter, & spiritualiter. Tunc autem, quis renascitur carnaliter ad dignitatē pastoralē, quā assumitur ex sanguinibus, & voluntate carnis. Non mirū ergo si talis factus pastor, & rector aliorum uiuat carnaliter uolu ptuosè, & lubricè, quia iuxta domini sententiam, quod natu est ex carne, caro est. Tunc uero quis renascitur spiritualiter ad dignitatē ecclesiasticā, quando assumitur ex Deo, id est, quia bonus, & utilis ecclesiae, uel ab electoribus, qui sunt uiri spirituales, & qui querunt honorem Dei, & salutem animarum. Et qui assumitur, est communiter totus spiritualis, & deditus rebus diuinis, quia ut dicit Christus, quod natum est ex spiritu, spiritus est.

TERTIÒ exprimitur eadem persona spiritus sancti in praesenti euangeliō, cum dicitur. Spiritus sup. sanctus, ubi vult, spirat, id est, liberè operatur, in quibus vult, & quando vult operari, cum sit omnipotens, & uocem eius audis, id est, operationem aliquo signo ore interiori percipis, sed nec sis, unde ueniat, i. quia de causa hunc sanctificet, aut eligat ad vitam aeternam, aut quod uadat, id est, quia de causa illum permittat cadere in peccatum, aut eternaliter reprobat.

MORALITER. Spiritus sanctus spirat, siue fiat ad tria bona procuranda. Primū est lachrymarum effusio. Vnde in Psal. fluit spiritus eius, & fluent aquæ. Item Gen. 1. Spiritus domini cerebrum super aquas. Secundum est ardoris libidinis extincio, aut saltē diminutio, iuxta illud Dan. 3. Spiritus domini descendit cum Azaria, & sociis eius in fornacē, &

In die Sanctissime Trinit.

excusit flāmā ignis de fornace, & feci mediū fornacis, quasi
uentū roris flantē. Tertiū est charitatis inflāmatio Iob. 37.
Nonne uestimenta tua calida sunt, cū perfīta fuerit terra
austro.i. spiritu sancto? Ventus.n. australis est calidus, & ca-
lefacit aerē. Sic, & spiritus sanctus calcificat humanā membra
in dilectione Dei, & proximi. Nec quidē mirū, quia de eo fcri
ptū est Deuteronomio. 3. Deus noster ignis consumens est. Patet
ergo, qūo spiritus sanctus ubi vult, & quādō vult, & quibus
vult, spirat ad plorandum, ad extingueendum, ad inflammandū. Se
quitur. Et uoce eius audis, i. præsentia eius per gratiā aliquo
modo interius percipis, quamuis multum imperfecte, & du-
biè, ideo sequitur. Sed necfis, unde ueniat, aut quo uadat. Vn
de Iob. 10. Si uenerit ad me, non uidebo eum. Si abierit, nō
intelligam. Et est sensus ēm magistrum Nicolaū de Lyra. Si
uenerit, supple, spiritus sanctus ad me, per suam gratiam, nō
uidebo eum, idest, talem aduentum non percipiā. Si abie-
rit, retrahendo suam gratiam, non intelligā, sūp. huiusmodi
subtractionem, quia, ut habetur Ecl. 9. Necfis homo utrum
odio, uel amore dignus sit. Patet ergo ex dictis, quomodo in
præsenti euangelio ex primitur persona spiritus sancti specia
liter tribus modis. Et sic patet de secundō principali.

T E R T I O principaliter in codem euangelio exprimuntur tota Trinitas simul, & hoc iterum dupliciter. Primo qui
dem sub expressione baptismi, de quo fit mentio cum dixit
Christus Nicodemo. Nisi quis natus fuerit denuo, idest, spi-
ritualiter regeneratus per baptismi sacramentum, nō po-
test uidere regnum Dei. Item, cum postea loquitor eidem dī-
cens. Amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spi-
tu sancto, non potest introire in regnum Dei. Sed quæres for-
san, quomodo sub expressione baptismi insinuat̄ur Trinitas
mysterium. Respondeo, & dico, quād optimē, per hoc,
scilicet, quād baptismi sacramentum folet conferri cum ex-
pressione Trinitatis, prout statuit Christus. Matth. 18. ubi
loquens discipulis suis, simulque dans formam baptismi, ait.
Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine pa-
tris, & filii, & spiritus sancti. Propterea de cons. dist. 4. si reue-
ra, item cā. in synodo, dicitur, quād sine invocatione Trini-
tatis non est baptismus. Secundō in præsenti enangeliō, ex-
primuntur simul Trinitatis mysterium, saltem in implicitū sub
illis

Sermo. II. de Euang.

13

illis uerbis. Quod scimus loquimur, & quod uidimus testa-
mūr, & testimonium nostrum non accipitis. Quā quidē uer-
ba possunt esse uerba eiusdem sanctissimæ Trinitatis, ita ut
sit sensus. Nos pater, & filius, & spiritus sanctus, quod sci-
mus, loquimur, idest, Trinitatem ipsam cum unitate essen-
tiæ nobis notissimam loquimur, & testamur. Loquimur, in
quam, pér ora Prophetarum¹, Euangelistarum, atque Apo-
stolorum, de hoc loquentes in Christi baptismo, utpō rē pa-
ter in uoce, filius in assumpta humanitate, spiritus sanctus
in specie colubæ, ut patet Lucæ. 3. Sed uos, supple, infideles,
& Heretici, testimonium nostrum non accipitis, qui dictam
Trinitatem nō creditis, quinimmo cā impossiblē reputatis.

I E M p̄dicta uerba p̄nt esse uerba Prophetarū, & Pa-
triarcharum loquentium aduersus infideles, & incredulos.

P R I M ò igitur Prophetæ, qui hoc mysterium per reuelā-
tionem spiritus sancti congoerunt, meritō dicere possunt.
Quod scimus sup. de hoc mysterio loquimur, scilicet, scri-
pturis quas reliquimus, & uos infideles testimonium no-
strum non accipitis. Da exemplum de illo textu Psalmistæ
dicentes. Benedic nos Deus, Deus noster, benedic nos
Deus, ecce personarum Trinitas. Et metuant eum oēs fines
terrae. Ecce essentiæ unitas. Da Et exemplū de illo textu. Pro-
ufer. 30. Tria sunt mihi difficultia ad cognoscendum, ecce per-
sonarum pluralitas. Et quartum penitus ignoro, scilicet, quo
modo pluralitate personarum possit stare essentiæ unitas.
Da deniq; exemplū de illo textu. Hiero. 1. Ah, ah, ah, ecce
personarum Trinitas, Domine Deus ecce essentiæ unitas.
Et sic de multis alijs Prophetijs.

S E C U N D O Patriarchæ, qui idem mysterium in figuris,
& enigmatibus uiderūt rationabiliter dicere possunt id, qđ
sequitur, uidelicet. Et quod uidimus, testamur. Prima figura
est de Noe, qui cum tribus filiis suis salvatus est intra arcā
tempore diluvij. Gen. 7. Per quod designatur, quād in arca ec-
clesiæ catholicae salvatus fides unitatis diuinæ essentiæ, cum
Trinitate personarū. Secunda figura est de tribus puteis, quos
fodit Iacob, in Geraris, ut legitur Gen. 26. Per quod designa-
tur, qđ debemus fodere cū uomere fidem Trinitatē persona-
rum diuinarum cum unitate diuinæ essentiæ. Tertia figura
est de scala, quam uidit Iacob in somnis, per cuius gradus
angeli

Dominica I. post Trinitatem.

angeli ascendebant, & descendebant, & Dominum innixum scalæ. Ad propositum predicta scala designat mysteriū Sanctissimæ Trinitatis. Cuius gradus sunt tres personæ. Dominus autem innixus scalæ, unitatem designat diuinæ essentia. Ecce ergo quomodo sancti Patriarche testantur, quod sub figuris, & enigmatis viderūt de predicto mysterio. Sed profectò tam prophete, quām Patriarche merito conqueruntur de multititudine infidelium tamen uerax mysterium credere nolentium, dicentes id, quod sequitur. Et testimoniu nostrum non accipitis. Non simus ergo charissimi de numero predicatorum incredulorum, sed testimoniu tantorum uiororum in presenti accipiamus per fidem sinceram, ut tandem ipsum certe ualeamus in futuro per apertā uisionem: Prestante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre, &c.

Nostra quod de hodierno festo inferui alium sermonem uersus finem sermonis imitatione sanctorum, in quo probatur ueritas indiuiduæ Trinitatis quinque modis, uidelicet auctoritate, ratione, figura, similitudine, exemplo.

Dominica prima post Trinitatem. Sermo primus de Epistola.

De s. charitas est. Iohann. 4. Solent boni, & diligentes præceptores parvulari scholasticorum pluries illius eandem repeterè lectionem, ut eam fortius, & indelebilius animis eorum imprimant. Similiter fabri solent pluribus ierbis persecutore clauum, ut profundius subintret lignum. Sic & beatus Iohannes in Epistola hodierna pluries loquitur de charitate, nomen illius sepius repetendo, & hoc totum, ut illam per amplius imprimat cordibus nostris, & ad eam nos magis, ac magis inflamerit. Ipsa enim olim prefigurata fuit Leuit. 6. in illo igne, qui semper ardere iubebatur à Domino in altari illius. Vbi per altare in quo solent sacrificia offerri Domino, rectè intelligitur cor humanum, super quod offeruntur Domino sacrificia bonorum operum, dummodo ibi ardeat ignis charitatis. Huiusmodi autem ignis est fons eius cōtinuo exercitio bonorum operum. Quod si quis aliter fecerit, indubie grauitate punietur. Vnde satis ad propositū legitur in Vale quo Maximo lib. I. cap. I. de Romanis, qui colebant deam Vestam,

Sermo. I. de Epist.

14

Vestam, in cuius templo seruabatur ignis perpetuus. Ad cuius quidem ignis continuationem statuebatur aliqua virgo Deæ Vestæ dedicata, uno quidem die vina, & alio alia, que uigilando obseruaret, ne aliquo casu dictus ignis extingueretur. Semel autem accidit, quod una somno oppressa ipsum ignem extingui permisit. Quod cum Pontifici deorum nunciatu fuisset, flagellis fermè tota cōfecta est. Ad propositum, per ignem designatur charitas, ut dictum est, quam debet habens eam continuò fouere uacando bonis, & sanctis operibus. Quod si secus factum fuerit, tunc gratissimè punietur homo pro negligentiā sua. De hoc ergo igne charitatis cōformiter ad Epistola lām præsentem nobis loquendum est.

Pro quo notandum, quod in dicta Epistola fit summaria mentio de duplice charitate, uidelicet.

Increata. Et creata.

Primum igitur fit mentio de charitate increata. Et iterum de hac charitate tanguntur tria: quae sunt.

Subiectum. Signum. Commodum.

Primum igitur tanguntur subiectum charitatis increata in principio Epistole cum dicitur: Deus caritas est, scilicet, per essentiam, sicut dicimus, quod filius in diuinis est imago Dei Patris, uidelicet per essentiam. Item haec predicatione, Deus caritas est, est similis istis sequentibus, Deus est sapiens, Deus est omnipotens, Deus est bonus, & huiusmodi. Pro quo notandum, quod charitas increata potest sumi dupliciter, uidelicet, essentialiter, & personaliter. Cum ergo accipitur essentialiter, tunc designat totā Trinitatem, secundū quod canit Ecclesia in hymno illo, qui incipit, Adepto Sancta Trinitas, dicens, Tu charitas, tu puritas. Item loquētis tota Trinitas hōmini prædestinato ad uitā aeternā dicit sic, In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans tui. Hier. 1. Nec est intelligendū, quod ita charitas sit accidentis in Deo, sicut in nobis, sed est ipsa essentia Dei, quia secundū Boetium, accidentis translatum in Deum, transit in substantiam. Nihil enim est in Deo accidentale. Cum uero charitas in diuinis accipitur personaliter, tunc stat pro Spiritu Sancto, sicut in proposito, cum dicitur, Deus caritas est. Quod quidem uerbum expōnit beatus Augustinus de Spiritu Sancto. Dicitur autem Spiritus Sanctus charitas propter appropriationem, et quod procedit per

Dominica. I. post Trinitatem.

per modum amoris. Vnde Greg. in quadam homil. dicitur, q̄ Spiritus Sanctus amor est, scilicet Pater ad Filium, & Filius ad Patrem. Et sic patet de subiecto charitatis increatae, quod Deus est. Large tamen, & impropter caput hic subiectum, & non secundum quod capitur a logicis.

S E C V N D O in presenti Epistola tangitur signū charitatis increase, cum subditur: In hoc apparuit charitas Dei, sup. patris in nobis, quoniam filium suum unigenitū misit Deus in mundum, ut uiuamus per eum.

V B I notandum, q̄ in predictis uestibus ostenditur, & appetet charitas Dei Patris in ordine ad nos multipliciter.

P R I M O quidem, quia non spreuit opus manū suarum, etiam quantumcumq; esset pollutum luto peccati, & iniurias, scilicet hominū, sive genus humanum, sed redemptiōnem ad eum misit, iuxta illud Psal. Redemptionem misit Dominus populo suo. Et hoc est, pro quo orabat idem Psalm. Dominum dicens: Domine misericordia tua in seculū, opera manuum tuarum ne despicias, quia scilicet à te creati sumus, & ad imaginem tuam formati.

S E C V N D O appetet charitas Dei Patris ad nos, quia misit primo Patriarchas, & Prophetas. Illi tamen nō valuerunt liberare genus humanū. Quod etiam figuratū fuit. 4. Reg. 4. in Giez, qui ueniens cum baculo Heliſeī, idest, Prophetæ, nō potuit suscitare filium Sunamitidis, idest, genus humanum. Similiter Moyses missus in hunc modū cum lege, & suis scripturis, nō potuit liberare ipsum genus humanū, quia ut dicit Apostolus ad Heb. 7. Nihil ad perfectū adducit lex, idest, neminem iustificat. Et hoc intellige de lege veteri, quæ neminem ex opere operato iustificabat. Nam ut dicit idem Apostolus ad Galat. 3. Si data esset lex, quæ posset iustificare, nē ex lege esset iustitia.

T E R T I O appetet predicta charitas Dei Patris in hoc, q̄ post Patriarchas, & Prophetas misit tandem filium suum uni genitū nō ex multis filijs unum, sed unigenitū, & ideo plus dilectum, & hæredem uniuersorū, per quem fecit, & secula, vt habetur ad Heb. 1. Hoc autē uoluit innuere Christus in illa parabola, de qua legitur Mat. 21. vbi dicitur, quod Dominus uineq; cum appropinquasset tempus fructuum, misit seruos suos ad agricolās, ut acciperent fructus uineq;. At illi appr̄ hensis

Sermo. I I. de Epist.

15

hensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt. Item misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissimè autē misit ad eos filium suum, dicens: Forstan uerebuntur filiū meū. Agricolę autē uidentes filium dixerunt intra se. Hic est hæres, uenite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Et hoc est, quod loquitur, Apostolus ad Rom. 8. dicens, Proprio filio suo non pecperit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Q V A R T O appetet charitas Dei Patris, quantum ad locum, ad quem misit filium suū, quia misit eum in mundum, ubi nō est nisi labor. Hoc autē p̄figuratum est Gen. 3. ubi dicitur, q̄ Ioseph missus est à Patre suo Iacob, vt videret quid agerent fratres sui. Quos tandem inuenit in Dothaim, quod interpretatur sufficientia defectionis. Per quod designatur mundus plenus omnibus defectionibus, in quo inuenit Christus fratres suos, idest, illos, qui crediderunt in nomine eius.

Q V I N T O appetet predicta charitas Dei Patris in ordine ad nos, quantum ad finem, propter quem misit filium in hunc mundum, quia ut uiuamus per eum, scilicet uita gratiæ uiuificati. Vade ad Eph. 2. Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, scilicet Deus Pater, cum effemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia saluati sumus. Patet ergo ex predictis verbis presentis Epistolę, quā multipliciter apparuit charitas Dei Patris in ordine ad genus humanū.

T E R T I O in presenti Epistola tangitur charitatis increatae cōdomini, sive fructus, & utilitas, cum subditur. In hoc est charitas, scilicet Dei Patris ad nos, quod filium suum misit, per quem ad se nos traxit, iuxta illud Iohan. 1. 2. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum, & Hier. 3. 1. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans tu. Nō quasi nos dilexerimus Deū, scilicet prius, vt quasi meritō nostrę dilectionis ipse nos diligenter, sed quoniam ipse prior dilexit nos, scilicet prædestinando, & uocando. In hoc ergo manifestatur charitas Dei, quia gratis se dedit, & non meritis nostris. Et misit filium suum propiciationem pro peccatis nostris, idest, per quem Deus Pater propitiatus est, sive misertus peccatis nostris, iuxta illud. 2. ad Corin. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans homini.

Dominica. I. post Trinitatem.

hominibus peccata ipsorum. Et paulopost. Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit Deus, id est, hostiam pro peccatis nostris. Pater ergo fructus charitatis incretae, quae Deus est, & per consequens de primo principali.

SECUNDÒ principaliter in presenti Epistola fit mentio de charitate creata, quia diligimus proximum, aut saltem, quia debemus eum diligere, cū dicitur in textu. Charissimi, si Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Tanquā aper tè diceret Iohannes. Si Deus nos dilexit, si pro quia, qui nec nobis, nec nostris indigebat, multo fortius debemus nos inuicem diligere, qui nobis inuicem indigemus. Est ergo sensus. Ex quo Deus dilexit nos iuxta illud ab Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis, & nos alterutrum debemus diligere, ut simus imitatores eius ambulantes in dilectione, iuxta illud Iph. 5. Estote imitatores Dei, sicut filii charissimi, & ambulate in dilectione, sicut Christus dilexit uos. Vnde Iohan. 13. Exemplū, inquit, Christus dedi uobis, ut & uos ita faciatis. Sicut ergo Christus non expectauit, ut eum diligeremus, ita & nos non expectemus, ut alij nos diligāt, sed priores diligamus. Deinde beatus Iohan. assignat aliam rationē, sive motiuum dilectionis proximi, cum subdit. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est, id est, sufficiens ad salutem. Tandem in fine Epistola Apost. Iohan. ostendit necessariam connexionē dilectionis Dei, & proximi, ita ut qui diligit Deum, diligat & proximum, dicens. Hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Aliás, inquit, si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est: Multa pertransico de textu, eo quod quantumcunq; lucide exponantur, patruam utilitatem, sive adificationem afferre possunt rudi, & simplici populo, cui prodeesse cupio pro viribus.

CIRCA ergo hanc materiā de charitate mouenda sunt aliqua dubia pro informatione auditorum.

PRIMÙ m̄ igitur dubium est tale. Vtrum sit ponenda charitas creata, tanquā aliqua perfecta qualitas inhærens anima, sive potentia uolitivæ? Pro solutione huius dubij adducam duas opiniones. Prima est magistri Petri Lombardi, qui editit

Sermo. I. de Epist.

16

editid libros sententiarum. Hic ergo ex intentione dicit dist. 17. primi senten. quod charitas non est aliquid creatū in anima, sed est ipse Spiritus Sanctus mentem inhabitans. Non est tamen de mente sua, q; motus dilectionis, quo diligimus Deum, si ipse Spiritus Sanctus, sed quod talis motus est inmediatè, & sine aliquo habitu medio à Deo. Secus autē est de alijs actibus uirtuosis secundum eum, utpote, de actu credendi, aut sperādi. Nam tales actus sunt ab ipso Spiritu Sancto mediante aliqib; habitibus, utpote actus credendi mediante habitu fidei, & actus sperādi mediante spe. Et idem iudicium est de ceteris actibus uiuuosis. Hoc ergo singulare est de actu diligendi, quod nō est ab aliquo habitu creato, sed immediate à Spiritu Sancto, & hoc propter dicti actus excellentiā. Sed, ut inquit beatus Thom. 2. 2. quest. 23. art. 2. si quis recte considereret, hoc magis redundat in detrimentum charitatis, quam in commendationē illius. Non enim ita procedit actus diligendi charitatiè à Spiritu Sancto mouente humanā mentem, quod ipsa mens sit tantum mota, & nō sit aliquo modo principium humani motus, sicut cum aliquod corpus mouetur ab exteriori móuente. Hoc enim effet contra rationē uoluntarij, cuius oportet principiū esse in ipso. Vnde sequeretur, quod diligere nō effet uoluntarium, quod implicat contradictionē, maximè cum amor de sui ratione importet, quod si actus uoluntatis. Similiter etiam non potest dici, q; Spiritus Sanctus sic moueat uoluntatē ad actum diligēti, sicut mouetur instrumentū inanimatū. Nam quāuis huiusmodi instrumentum sit principium actus, tamen nō est in ipso agere, uel non agere. Si enim Spiritus Sanctus moueret ipsam mentē ad actum diligendi, sicut mouetur instrumentum à principali agente, tolleretur ratio uoluntarij, & excluderetur ratio meritū, cum tamen charitas sit radix merendi. Relinquitur ergo, quod uoluntas humana taliter motetur à Spiritu Sancto ad actum diligendi, quod etiā sit causa efficiens saltem parialis huiusmodi actus. Non potest autem humana uoluntas producere talē actum per se solā, sed oportet, quod perficiatur per aliquem habitum supernaturalem, sicut & ipse actus diligendi est supernaturalis. Talem autem habitū vocamus charitatem. Relinquitur ergo ex omnibus predictis, quod necesse est ponere charitatē creatam. Hoc

Dominica. I. post Trinitatem.

Hoc autem est contra magistrum sententiam prius patuit, quod in hoc non tenetur. Et sic patet solutio ad dubium.

S E C V N D V M. dubium est tale. Vtrum efficacia merendi consistat principaliter in charitate creata? Ad hoc respondeatur, quod sic. Istud autem probatur triplici, autoritate. Primo quidem authoritate Apostoli qui. i. ad Cor. 13. dicit, quod donum linguarum non prodest absque charitate. Similiter nec donum prophetiae. Item nec fides. Similiter nec elemosyna, aut martyrii toleratus valeret absque charitate. Secundum idem probatur authoritate Augustini qui de uestibus Domini ser. 50. dicit sic. Adde charitatem, profundit omnia. Detrahe charitatem, nihil profundit cetera. Item in eodem lib. ca. 12. dicit, quod sicut radix omnium malorum est cupiditas, secundum Apo. 1. ad Tit. 6. ita radix omnium bonorum est charitas. Extirpa ergo, inquit, cupiditatem, & planta charitatem. Hac ille. Insuper idem Augustinus ser. 2. Dominicę secundum post Epiphaniam, dicit, quod sicut arbor, quantumlibet si pulchra, non potest uiuere absque radice, ita neque opera absque charitate perseverare possunt. Tertiò probatur idem intentum authoritate beati Gregorii hom. 27. dicentis, quod sicut ex una radice arboris multi rami prodeunt, sic multe uirtutes ex una charitate generantur. Nec habet aliquid uiriditatis ramus boni operis, si non manet in radice charitatis. Hac ille. Quemadmodum ergo à radice arbitris procedunt multa, scilicet medulla, flos, folium, & fructus, ita à charitate procedunt medulla, com passionis, flos bone affectionis, folium bone locutionis, & fructus bone operationis. Patet ergo multiplici authoritate, quod efficacia meriti consistit principaliter, & radicaliter in charitate creata.

T E R T I V M dubium est tale: Vtrum eadem charitate creata diligatur Deus, & proximus? Ad hoc respondeatur, quod sic. Ratio enim dilectionis proximi est Deus. Modò ubi unū propter aliud, ibi unum tantum. Relinquitur ergo, quod eodem actu, & habitu charitatis diligatur Deus, & proximus, quāuis diuersimodè. Nam Deus diligitur propter se, proximus autē propter Deum. Insuper finis charitatis est unus, scilicet diuina bonitas, ut dicit beatus Tho. 2. 2. quest. 13. art. 5. ubi tractat hanc materiam. Quid si quis obiectat in contrariū, quod habitus distinguuntur penes obiecta, modò obiecta charitatis sunt

Sermo. I. de Epist.

17

sunt duo, scilicet Deus, & proximus, igitur habitus charitatis sunt distincti. Ad hoc respondeatur, quod assumptū est uerū, quando obiecta ex equo distinguuntur. Modò Deus, & proximus nō ex equo distinguuntur. Nam obiectū principale, & primariū charitatis est Deus sub ratione boni, qui diligitur propter se. Proximus autē diligetur minus principaliter, scilicet, propter Deum. Vna ergo sola ratio diligendi attenditur principaliter, scilicet diuina bonitas. Non desunt tamen aliae rationes Deum diligendi, utsi potest, quia creator, quia benefactor, quia gubernator, quia redemptor, quia glorificator, nihilominus huicmodi rationes sunt minus principales, & quasi secundariæ, utsi potest consequentes, & descendentes ex prima, quae est ratio bonitatis, ut dictum est. Et sic patet ad dubium.

Q U A R T V M dubium est tale. Vtrum charitas creata possit esse in aliquo adeo perfecta, ut in ea proficiere non possit? Pro solutione notandū, quod de charitate creata possimus loqui duplíciter secundū duplícē statū, scilicet Patriæ, & uicis. Si ergo loquamus de charitate Patriæ, tunc dicendum, quod illa est in termino augmenti, nō quidem simpliciter, quia nō repugnat eam augeri in ratione charitatis, aut qualitatibus. Poteſt enim Deus facere de potestate sua absoluta, ut minimus beatus aequaliter diligat eum, sicut ille, qui est supremus inter omnes, & similiter, ut supremus, siue inter angelos, siue inter homines, perfectius diligat eum. Insuper cum quilibet charitas creata sit qualitas finita, potest Deus omnem talem intendere in ratione qualitatis. Et simile iudicium est de gratia creata. Patet ergo, quod charitas Patriæ nō est simpliciter in termino, sic scilicet, quod nō possit intēdi à Deo, & perfici. Est tamen quilibet talis in termino augmenti, tum ex potentia Dei ordinata, quia Deus nō decrevit aliquā talē intēdere. Tum ratione status. In alio enim seculo est status merendi quo ad bonos, & demerendi quo ad malos. Nam utriq; sunt in termino, & in statu recipiendi à Deo premia, uel supplicia iuxta opera sua. Si uero loquamus de charitate uicis, tunc dicendum, quod regulariter quilibet habens eam potest in ea perficiere. Notanter autē dico regulariter, & hoc ppter Christum, qui ab instanti siue conceptionis habuit tam excellētissimā charitatem, quod nō potuit in ea proficiere, quod intel-

Ser. Do. G. Pep. Pars Actiu.

C ligen-

Dominica. I. post Trinitatem.

lignum est per augmentum illius. De ceteris autem hominibus uiatoribus dicendum est, quod nullus talium adeo perfectus est, aut bonus, qui non possit esse perfectior, & melior. Dicere autem oppositum est incidere in haeresim eorum, qui dixerunt, aliquem posse esse adeo perfectum in presenti uita, ut ultius proficere non possit, sicut neque peccare.

Quintus in tertio dubium est tale. Quomodo intelligenda est perfectio charitatis, cum doctores distinguunt eam in charitatem incipientem, proficientem, perfectam, ut patet de p. dist. 2, si quis haberetur, & trahitur ex Augustino super Epistolam canonicam. Iohannes ubi dicit, quod charitas, cum fuerit nata, nutritur, cum fuerit nutrita, roboratur, cum fuerit roborata, perficitur. Ad hoc responderetur, quod charitas uia vocatur perfecta in tribus casibus. Primus est, cum quis cor suum habituauerit totaliter in Deo, ita ut nihil uelit, aut desideret, quod sit diuine dilectionis contrarium. Item cum quis dolet de commissis peccatis, & proponit cum hoc in futurum abstinere ab omnibus mortalibus peccatis, & hoc totum propter Deum summe dilectum, & non timore paucem. Vnde ad hoc propositum facit illud uerbū presentis Epistolae. Perfecta charitas foras mittit timorem, scilicet seruilem, qui non stat cum charitate, etiam quantumcumq[ue] minima. Huiusmodi tamen seruile timor, qui incutitur ex consideratione paucem, potest esse occasio charitatis introducendae, qua tamen adueniente mox recedit, & illi succedit timor filialis, qui optimè stat cum charitate. Et ad hoc propositum solet dari exemplū de acu, & filo. Nam acus aperit viam filo, quo introducto acus transfit. Secundus casus in quo charitas uia vocatur perfecta, est, cum quis ex amore Dei obligat se ultra præcepta ad obseruantias consilio, utpote paupertatis, castitatis, & huiusmodi. Et de hac perfecta charitatē loquitur Christus Matth. 19, cum ait cuiusdam adolescenti. Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, &c. Vnde propter hanc charitatis perfectionem religio uocatur status perfectionis. Tertius casus est, cum quis totum studium suum depudat ad uacatidum Deo, & rebus diuinis, etiam omnibus alijs prætermissis, nisi in quantum necessitas uite presentis requirit. Et est perfectio charitatis possibilis haberi in via ista, de qua etiā dicit Augustinus, quod charitas, cum ad perfectum vencit,

Sermo. I. de Epif.

18

sit, dicit: Cupio dissoluī, & esse cum Christo. Et ad hanc perfectionem charitatis paucissimi perueniunt: quia hec ausa rara est in terris. Ad eam tamen peruenierunt sancti Patriarchæ, & Prophetæ. Similiter Apostoli Christi. Item multi sancti patres in desertis commorantes, & huiusmodi.

Sextus in tertio dubium est tale. Quomodo intelligitur illa diuisio graduum charitatis in incipientem, proficientem, & perfectam? Responderetur, quod hoc diuisio sumit penes similitudinem augmentationis corporalis hominis. Nam quemadmodum homo exterior potest habere triplicem statum, ita & homo interior. Primus, ergo status hominis exterioris uocatur ætas infantilis, antequam scilicet, incipiat habere discretionem, seu rationis usum. Secundus status dicitur ille, in quo incipit loqui disertè, & uti ratione. Tertius status dicitur pubertatis, cum scilicet, incipit peruenire ad illam ætatem, in qua generare potest, & sic procedendo quoque perueniat ad perfectam ætatem.

Si militer primus status hoīs interioris, siue charitatis primus gradus dicitur, cum quis studeat resistere peccato, & concupiscientiis insurgentibus. Et hoc pertinet ad incipientes, in quibus charitas est adhuc fatis remissa, & parua. In quibus etiam concupiscentia quandoque notabiliter insurgunt, & hoc propter assuefactionem, & habituationem in malo, antequam infundatur charitas. Et ideo tales opus habent fouere, & nutritre ipsam charitatē per sancta exercitia ne corrumpatur ab insurgentibus concupiscentiis. Da exemplum de paruo igne, cui opus est apponere frequenter parua ligna ad ipsum nutriendum, ne extinguitur. Tales etiam habent frequenter ieiunare, & carnem suam uigilijs, disciplinis, atque abstinentijs domare ad reprimendum huiusmodi concupiscentias. Hinc Mat. 11. dicitur Regnum celorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Quia quidem uiolenta consistit in resistendo passionibus, concupiscentiis, & tentationibus, quæ insurgunt, ut dictum est. In cuius figuram legitur in Exodo per plura capitula, quod filii Israel egressi de Aegypto, & de dura seruitute Pharaonis post transitum maris rubri, occurrerunt illis Amalechites pugnantes contra eos. Sie ueris per pententibus recedebitis à seruitute Diaboli post transitem maris contritionis, ecurrunt tentationes, & phan-

Dominicā. I. post Trinit.

taſie varię, quæ uincunt per carniſ macerationem. Exemplū habemus de beato Benedicto, qui cū tentaretur à carne, protecit ſe intra uepſes, & urticā, ſicquē per uulnera carniſ ciecit à ſe uulnera mentis.

S E C V N D V S gradus charitatis confiſtit in hoc, ut homo principaliter intendat ad hoc, quid in bono proficiat. Et hoc pertinet ad proficiētes, qui ad hoc principaliter intendunt, ut charitas in eis roboretur per augmentum: iuxta illud Psal. Ibunt de uirtute in uirtutem. Vnde anima deuota Can. 2. loquitur dicens. Fulcite me floribus, id est sanctis defiderijs, ſtipate me malis, id est uirtutibus: quia amore languo. Et de hoc habemus figuram in lib. Eſdræ de Iſraelitis, qui reuerſi de Babylonia rēdificabant muros Hierusalem, tenentes una manu gladium ad defendendum ſe contra aduersarios, & alia manu rēdificabant. Ad idem etiam facit exē plū de beato Antonio, qui diſcurrebat in uifitando ſanctos patres Aegypti, ſicut apis eligendo à ſingulis flores uirtutum.

T E R T I V S gradus charitatis confiſtit in hoc, ut homo ad hoc principaliter intendat, ut quantum fieri potest, Deo inhāreat, & eo fruatur: hoc autem pertinet ad perfectos, qui cupiunt diſſolui, & eſſe cum Christo. Ad hunc autem gradum charitatis peruererat ſanctus ille Propheta Dauid, qui dicebat in Psal. ad dominum. Sicut defiderat ceruus ad fontes aquarum, ita defiderat anima mea ad te Deus. Situit anima mea ad Deum fontem uiuum, quando ueniam, & appaſebo ante faciem Dei mei? Similiter ad hunc gradum peruererat ſanctus ille ſenex Simeon, de quo legitur Luc. 3. quid postquam uifcepit Christum in ulnas suas, ait ad dominum. Nunc dimittis ſeruum tuum domine ſecūdum uerbum tuū in pace, quia viderunt, &c. Infuper ad eundem gradum charitatis peruererat Apostolus Paulus, qui de ſeipſo loquens Rom. 7. ait. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Pater ergo de tribus gradibus charitatis creatę, qui ſunt incipientium, proficientium, & perfectorum. Quos nobis largiri dignetur largitor omnium bonorum, qui in Trinitate perfecta uiuit, & regnat. Amen.

Sermo. I. de Epift.

19

Dominica prima poſt Trinitatem Sermo ſecundus
de Euangeliō.



R V C I O R in hac flamma. Luc. 6. Pro introductione preſentis sermonis mouetur queſtio talis. Utrum anima rationalis poſſit pati ab ardore ignis materialis? Pro ſolutione hu- ius qōni ponā aliquas ueritates per ordinē.

P R I M A igitur ueritas. Aīa coniuncta corpori, ſue in preſenti, ſue in inferno, utpote poſt generalē refureſtationem corporum, poſteſt pati, & de facto patitur ab igne mate- riali. Conſtat enim totum compositum, cuius anima eſt pars pati ab igne. Ridiculouſum enim eſſet dicere, quid ſolum cor pus ſit capax ſenſibilis ardoris ignis: Alias corpus, mortuū ſenſibiliter pateretur, quod eſt absurdum dicere. Ergo totum compositum patitur, & per conſequens anima patitur.

S E C V N D A ueritas. Ignis materialis & corporeus, cuius modi eſt ignis inferni, non habet ex uirtute ſua naturali, ut poſſit affigere aīam à corpore ſeparatā, hec ueritas patet ſic. Nā fm philoſophū primo de generatione, illa, q̄ agūt, & patiū tur naturaliter adiuuicē, neceſſe eſt cōicare in materia. Sic eſt aut̄, quid aīa ſeparata, & ignis corporeus nō cōicant in materia: qui conſtat, quid ſpiritualia, & corporalia nō cōicant, neque ſymbolizant in materia, igitur, intentum.

T E R T I A ueritas. Firmiter tenēdū eſt, quid aīa ſepara- ta poſt pati, affligi, & cruciari ab igne corporeo. Patet ſic hec ueritas. Eadē rō vñ eſſe de dēmonib. & aīabus dānatorū quo ad paſſionē ignis inferni, maximē cū ſint utriq; ſpiritualles ſubſtatię, & in tali ſpūlalitate equaliter cōueniāt. Sic eſt aut̄, q̄ ipſi dēmones de facto patiunt ab igne īfernali. In cuius rei testimoniū Chrs supremus index diſturus eſt in diſtriictō iudicio oīb. reprobiſ illud Mat. 25. Itē maledicti in ignē eternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius. Propretrea Greg. li. 2. dialogorū dicit ſic: Si Diabolus & eius Angelī cū ſint incorporei, corporeo igne ſunt cruciādi, quid mirū, ſi eīt aīa, anteq̄ recipiāt corpora ſua, poſſint corporeo lignē cruciari? Itē idē intentum probatur tali rōne. Peccata debet cor- respondere culpa. Sed aīa dānata ſubiecit ſe corpori per cul- pā, ſue per prauā cōcupiſcētia. Ergo iuſtu eſt ut in peccātū ſub- iaciāt rei corporeę p̄ paſſione, & cruciatū. Et ſic patet intētū.

Dominica. I. post Trinit.

QUARTA ueritas. Ignis infernalis non agit in anima separata propria uirtute, sed in quantum est instrumentum diuinæ iustitiae. Prima pars huius ueritatis iam patuit. Secundam item restat probare. Pro cuius probatione supponendum est, quod ignis inferni, prout est instrumentum diuinæ iustitiae, habet aliquam uirtutem, per quam potest attingere ad aliquid ultra virtutem suę naturę. Exemplum de dolabris, siue securi, que secundum quod est instrumentum hominis, habet uirtutem aliquid operandi, quam uirtute propria non habet, ut pote dolandi, & planandi ligna. Item exemplum de calore naturali in homine, qui secundum quod est instrumentum uirtutis digestus, habet uirtutem conuertendi alimentum in substantiam aliti, quam tamen uirtutem secundum se non habet. Et sic patet ueritas suppositionis. Ex hoc ergo sic arguitur. Quicquid potest Deus facere mediantebus causis secundis efficientibus, potest idem facere sine eis, sed sic est, quod ipse potest affligere animam rationalem mediante corpore etiam sensibiliter, sicut uidemus experimentaliter in homine egrotante, aut vulnerato, ergo similiter potest affligere animam separatum à corpore: hoc autem facit per ignem inferni, in quantum est instrumentum suę iustitiae, cum puniat animas damnatorum. Igitur &c.

QVINTA ueritas. Modus, quo dictus ignis affigit, seu cruciat animas damnatorum, non est realis, seu physicalis, ut pote alterando, & calcificando hūmōi animas, sed est intensionalis, & hoc secundum opinionem beati Tho. 4. scđ. 44. Quamuis. n. secundum eum ignis infernalis ex propria uirtute non possit detinere inuitē animam rōnalem, sicut locus detinet locatum, ut carcer incarceratum, nihilominus hoc potest, in quantum instrumentum diuinæ iustitiae. Quo fit, ut ipsa anima, siue etiam dāmon apprehendat ipsum ignem per modum nociti, & detentivi, qui quidem ignis à parte rei ipsum spiritum inuitē detinet intra ignem secundum quod est instrumentum diuinæ iustitiae. Beatus ergo Thomas imaginatur, quod nulla res corporea, & per consequens neque ignis infernalis potest propria uirtute detinere animam separatum, seu spiritum Angelicum, sic scilicet, quod taliter alligetur illi loco quod non possit se ad alia loca diuertere, & se extra dictum locum in

quo

Sermo. II. de Euang.

20

quo est, diffinitiè ponere, maximè cum non sit taliter in loco, ut loco subdatur. Nihilominus haec uirtus supereditur igni corporeo infernali, inquantum est instrumentum diuinæ iustitiae vindicantis peccatum, quod sic detinet spiritum. Que quidem detentio fit spiritui penitenti, pro quanto retardat ipsum ab executione propriæ voluntatis, ne scilicet, possit operari, ubi uoluerit, aut secundum quod uoluerit. Ita autem modus dicendi uidetur esse de mente Beati Aug. qui lib. 21. de ciuit. Dei, dicit, quod sicut anima in hominis conditione coniungitur humano corpori, & dat ei uitam, quamvis illa sit spiritualis, & corpus materiale, & ex illa coniunctione ipsa concipit amorem ad corpus, sic anima damnata alligatur igni inferni, ut accipiens ab eo pernam, & ex illa coniunctione uehementem concipit horrem, & propter hanc, & dolorem. Similiter eiusdem opinio nis est Gre. qui lib. 4. dialogorum dicit sic. Si uiuentis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore, cur non potest mortem à corpore igne detineatur? Item post pauca. Teneri, inquit, per ignem spiritum dicimus, ut in tormento ignis sit uidendo, atque sentiendo. Ignem namque eo ipso patitur, quo uidet, & quam cremari se aspicit, crematur. Sicque fit, ut res corporea incorpoream exurat, dum ex igne uisibilis ardor, ac dolor inuisibilis trahitur. Ecce quomodo secundum predictos doctores, tam anima damnata, quam Angelus matiuunt intentionaliter ab igne, & non physicè, aut realiter. Nihilominus idem Gregorius, ubi supra uidetur dicere aliam opinionem qui dicit, quod realiter patiuntur, esse probabile, dicit enim sic. Quamuis possimus colligere ex dictis euangelicis, quod anima non solum uidendo, sed et experiendo patiatur. Veritatis enim uoce de diuite mortuo in inferno sepulto dicitur, quod dixerit ad Abraham. Mite Lazarum, ut intingat extremitum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Hæc ille.

SEXTA, & ultima ueritas. Quamvis secundum prædictam opinionem ignis infernalis affigit miserias animas secundum quod ab eis apprehenditur, per modum detentivi, & nocui, ut declaratum est, non tamen propterea sequitur, quod possunt se facere non damnatas. Cuius ratio est ordina-

C 4 110

Dominica. I. post Trinitatem.

tio diuinæ iustitiae, & uoluntatis, quæ continuè occurrit, ad talem apprehensionem, ita ut eam deponere nequeant, aut ab ea quandoque cessare, etiam quantumcunque in loco amenissimo ponantur. Da exemplum de filio regis captiuo, qui continuè affligitur, quamvis in camera ornata, & polita colloccetur. Hinc in proverbio dicitur, quod nullus est pulcher carcer. Ex omnibus ergo prædictis sufficienter patere potest, quomodo anima rationalis patitur ab ardore ignis materiali. In cuius rei testimonium dixit duies puello patri Abraham, prout legitur in euangelio hodierno. Crucior in hac flamma. In quo quidem euangelio, fit mentione de duobus hominibus alterius tamen, & alterius flatus, scilicet, diuitis epulonis, & mendici Lazari. Horum ita que status, & conditio ostenditur in eodem euangelio uaria tripliciter, scilicet.

In uita, In morte, Post mortem.

PRIMÒ quidem in uita. Et hoc iterum tripliciter. Primum quidem, quia unus diues, & alter pauper, siue mendicus. Secundò uero, quia unus induebatur purpura desuper ad ostentationem, & uanam gloriam. Item byssò ad carnem, & delicias carnis fouendas. Alter autem ulceribus undeaque cooperiebatur ad carnis cruciationem. Tertiò autem, quia unus epulabatur quotidie splendidè. Alter uero cupiebat saturari de meis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabant. Ecce quomodo status eorum differebat in uita penes tria. Possumus autem hanc primam partem præsentis historię exponere tripliciter, uidelicet.

Moraliter, Allegoricaliter, Anagogicaliter.

PRIMÒ igitur moraliter. Vbi notandum secundum hunc sensum, quod diues iste epulo rectè designat multos hospitalarios, qui se faciunt uocari priores, eo quod abhorrent nomen, & titulum hospitalarij. Nomen autem prioris, siue commendatarij, aut magistri, est apud vulgus titulus honorabilior. Huiusmodi ergo hospitalarios, siue domorum depuratarum ad usum cōmuniū pauperum, siue ad usum leproforū, seu cęcorum, aut huiusmodi, habent communiter illa tria, quæ in præsentis euangelio narrantur de diuitiis epulone, in eius tamen uituperium, & quæ fuerint in parte cau-

Sermo. II. de Euang.

2 I.

te causa suę damnationis. Primò enim sunt diuites de substantia iporum pauperum, siue hospitalium. Nam talibus bonis utuntur, tanquam proprijs, cum tamen in talibus habeant solum nudam administrationem. Secundò induuntur quandoque preciosis uestibus, ut potè scharlati, aut Serico. Habent etiam interdum aulas, & camere, siue cubilia ornata tapetibus, & multis curiosis superfluitatibus, unā cum uasis argenteis, & buffetis deauratis. Tertiò epulant quotidiè splendide, una cum diversitate uitorum exquisitorum, de quibus quandoque sumunt usque ad ebrietatem. Mendicus autem Lazarus rectè designat parres, & egenos, & egrotos in prædictis hospitalibus de gentes. In quibus frequenter sunt illi defecti, qui in præsenti narrantur de dicto mendico. Primò enim multi eorum præ debilitate, aut inopia iacent ad ianuas ecclesiarum, aut hospitalium, siue ad ianuam camere, aut ualde domini hospitalarij. Secundò multi talium replentur ulceribus. Nam habent plura ulcera in corpore, quam scuta in bursa. Tertiò tales, quandoque humiliter petunt saturari de reliquijs prandii domini hospitalarij. Quibus responde re solet, quod non tenet eos alere, sed solum de hospitio illis prouidere, & ideo prouideant sibi mendicando, si uenient uiuere. Ecce dominorum hospitaliorum abusus, iniquitas, & crudelitas maxima. Qui quidem abusus reprehobatur in clementi. rubrica de religiosis domibus. capitulo contingit, ubi expreſſè dicitur, quod illi, qui occupant domos leprosarias, seu hospitalarias, & huiusmodi. & qui inde accipiunt, quicquid possunt permittentes pauperes penuriam pati. Item adficia, ex omni parte labi, grauiſſime peccant, & cum hoc ad restitutionem tenentur, maximè, cum pro omni labore suo, & mercede debent esse contenti sufficieni, & non superfluo uictu, & uestitu. Propter quod mandat Papa Clemens quintus omnibus diæcesanis, ut tales abusus corrigan, & emendent cum effectu. Hæc ubi supra in sententia. Sed prob dolor, non sit correctio digna de talibus, eo quod solent placare munieribus officiarios diæcesanorum, cum ad eos, accedunt uisitandi gratia. Nec silentio præter eundum iudicauit abusum alium grauiſſimum, apud hospitalarios.

Dominica. I. post Trinitatem.

Spitalarios, domorum leprosarium regnante. Sunt enim nonnulli eorum, qui cum uidissent se grauatos aliquibus leprosis, sunt illis duri, & amari, permitteentes etiam tales multam penuriam pati. Quibus persuadere solent per interpositas personas, ut petant certam summam pecunia, cum pactione de quitando perpetuo dictam domum. Quia pecunia recepta, vagari solent hincide in onus aliorum lepororum, aut faltem eorum, a quibus exigunt pietatis subsidia. Et sic patet de expositione prima morali.

Secundum in eodem sensu morali possumus dicere, quod diues, qui induit purpura, & byssum, & epulantur quotidie splendide, recte designat multos ecclesiasticos beneficiatos, qui in immensus ditantur de patrimonio crucifixi, & de multitudine beneficiorum, plusquam de hereditate parentum. Tales etiam solent quandoque indui pompatice, & sumptuosè, dicentes, quod hoc faciunt propter honorem eccl. filie, & status eorum. Sed profecto per talē abusum ecclesiasticus status magis uenit in contemptū, quam in honorē, & presertim à uiris intelligentibus, & gustantibus, quae Dei sunt. Olim enim, qui molibus uestrabantur, in domibus regum erant, iuxta dnī uerbū Matth. 11. Non ergo erant in domibus prelatorum, sicut hodie. Valde et fatum est uelle in preciosa uesta honorare Christum humili uesta indutum. Insuper plerumq; tales epulantur quotidie splendide, uacantes comensationibus, & ebrietatisbus. Mendicus autem meritorum designat pauperes clericos, bonos, & honestos, qui cupiunt saturari de micos, que cadunt de mensa dominorum suorum, idest, qui cupiunt habere parua beneficia, que quandoq; possident, & occupant dicti domini, & de quibus parum curant, ut sunt capellæ, aut exiguae præbenda. Sed nemo illis misereretur, quod sit, ut usque ad mortem absque prouisione permaneat. Practica etiam de illis prælatis, qui dicunt clericis pauperibus illis seruitibus, quod indutum illis prouidere, ut sic ipsos allicant ad sibi seruendum etiam absq; omni salario. Sed frequenter in tantum ex peccatis, quod mox interuenit, priusquam prouideatur. Videlicet, quod diues epulo est dominus curatus, qui manet in ciuitate epulans quotidie splendide de prouentibus, sui beneficij, ad quod uix scilicet in anno accedit. Mendicus autem est pauper uiciarius,

qui

Sermo. II. de Euang.

22

qui de seruit beneficio, & qui uix haber panem ad saturitatem, & tunicellam supra dorsum, eo quod quicquid lucrat, totum cecidit in solutionem domini sui.

Secundum prefens textus potest exponi allegoricaliter de Christianis, & iudeis. Nam ueri Christiani sunt diuites in Christo, quo ad bona spiritualia. Item induuntur preciosissime charitatis, quae est uelut scarlatum. Vel preciosissimum uestis est religiosum ipsorum conuersatio. Insuper epulantur splendide in sacramenta altaris, ubi percipiunt Christi uerum corpus, & sanguinem. Iudei autem, & quicunque infideles sunt ueraciter mendici, ul ceribus uitiorum pleni, qui tandem cupiunt saturari de micos, que cadunt de mensa domini minorum suorum uerorum christianorum. Hoc autem maximè fieri in fine seculorum, qnā quidem reliqua Israel saluerient. Et hoc est, quod loquitur Psal. de ipsis ad literam dicens. Conuententur ad uesperam, & famem patientur, ut canes, supple, præ desiderio salutis consequendi, & circuibunt ciuitatem, idest, ecclesiam militarem, querentes quo pacio eam intrare possit, ut salvi fiant. Quod autem additur. Et nemo illi dabit, referendum est ad modernos iudeos, qui non habent Prophetas, neque uiros doctos, qui eos doceant, quid credendum, quid agendum, quid fugiendum, quid uiderandum, queadmodum habent christiani.

Tertius præsens textus potest exponi anagogice de beatis, & damnatis. Sed quia sequens expositio quadammodo uidetur aducere fari historię, ideo rogo pium lectorem, patriter, & auditorem, ut accommodent intellectum suum discordis. Dives ergo est quilibet beatus, quia iuxta dictum Psalm. Gloria, & diuitiae in domo eius, idest, in celo. Nonne quaelibet beatus est ualde diues, maximè, cum habeat quicquid vult? Nam teste Boetio de conf. lib. 3. prosa. 2. beatitudo est status omnium bonorum congregatione perfectus. Item quilibet talis induitur purpura, & byssum, & maximè istud complebitur post generalem resurrectiōnem. Purpura quidem exterius, quantum ad glotiam corporis, & byssum interius quantum ad gloriam animæ. Et ad hoc propositum potest intelligi illud. Proverb. 31. Omnes domestici eius uestiti sunt duplicitibus. Item illud Psal. Omnis gloria eius filia regis ab intus. Ecce gloria animæ. In simbrijs auraria

Dominica. I. post Trinitatem.

aureis circumamicta varietatis bus. Ecce gloria corporis; Notanter autem dicit (varietatis) quia gloria corporis erit multiplex, secundum quod erunt multe doles, uidelicet agilitas, claritas, subtilitas, impassibilitas. De huiusmodi, itaque inductione figuratiuē scriptum est Luc. 15. de filio prodigo, de quo dixit Pater ad seruos, id est, Deus ad angelos. Citò proferte stolam primam, & induite illum. Nota, quomodo angelii sancti cooperabuntur Domino in generali resurrectione corporum. Quod autem dicitur de diuinitate Epulone, quod epulabatur quotidie splendidè, referendum est, iuxta propositum, ad illam sicutiam mirabilem, quam possidebunt electi in celo, iuxta illud Psal. Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Et de preparatione huiusmodi epularum loquebantur Christus Iesus, quens suis discipulis, & in ipsis omnibus electis, cum dicebat Luc. 22. Ego dispono uobis, sicut dispositi sunt mihi pater meus regnum. id est, hilariter, & largiter, ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. Hoc tamen ultimum debet metaphorice intelligi, & non ad literam, quia non erit mensa in regno Dei, nec indigebunt electi ciborum corporalium alimonia, sicut in praesenti. De hac etiam epulatione splendida, & quotidiana in celo figuratiuē legitur Heser. 1. ubi dicitur, quod Rex Austerus iussit maximū conuinium preparari cunctis principibus, & pueris suis fortissimis Persarum, & Medorum inclitis, & praefectis prouinciarum coram se, ut ostenderet diuitias gloriae regni sui, ac magnitudinem, atque iactantiam potentiae sua multo tempore, centum, videlicet, & octoginta diebus. Applicatio est facilis. O' immensa Dei bonitas, qui non cessat nos invitare ad has epulas, tum per filium suum, tum per nuncios suos prædicatores diuini uerbi, tum per sacram scripturam, ut est illud Can. f. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Item Prover. 9. loquitur dicens. Comedite panem meū, & bibite uitum meū, quod misericordia uobis. Male ergo loquebantur impij Hebrei de Domino in deserto dicentes. Nunquid panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? Patet ergo descriptio diuitis epulonis, quantum ad sensum anagogicum.

S V P E R R E S T describere statum mendici Lazari. Per huiusmodi ergo mendicium intelligitur quilibet damnatus, & hoc propter illa, quae ad literam dicuntur hic de Lazar. Primo

Sermo. I I. de Euang.

23

Primo enim erat mendicus, id est, pauper. Secundo iacebat ad ianuam diuitis. Tertio erat ulceribus plenus. Quartuò cupiebat saturari de micis, que cadebant de mensa diuitis. Quinto nullus miserebatur illius, quo notatur, cum dicitur in tex- tu, & nemo illi dabat. Sexto dicitur, quod canes ueniebant ad eum, & lingebant ulcera eius. Haec ergo singula possumus exponere de damnatis.

P R I M O enim tales sunt in extrema paupertate constituti quo ad uictum, & uestitum, ita ut meritò dicere possint illud Psal. Pauperes facti sumus nimis. Hoc etiam pater per historiam presentis Euangelij, ubi legitur de diuinitate epulone, quod cum esset in tormentis infernalibus, inuenit se in tanta paupertate, quod non potuit obtinere unam guttam aquæ.

S E C U N D O damnati iacent, tum quia debilitati, & destituti uiribus præ magnitudine cruciatuum infernalium, tum quia ligati manibus, & pedibus, ita ut non possint surgere, & se iuicare. Psal. Sicut oves in inferno positi sunt, supp. reprobri. Modus autem ouium est, quod inestate, cum uiget intensus calor, solent per globos, & turmas in unum congregari, & iacere in terra. Vnde ex hoc magis inardescunt, & alterantur. Sic etiam erit de damnatis post iudicium generale. Ecce quare dicit Psal. de ipsis, quod sicut oves in inferno positi sunt.

T E R T I O damnati replentur ulceribus, id est, multitudine, & varietate tormentorum. Nam ut habetur Job. 24. transibunt ab aquis niuum ad calorem niuum. Meritò enim tales figurantur per Job, quem percussit Satan ulcere pessimo, à planta pedis usque ad uerticem capitis.

Q U A R T O patiuntur maximam esuriem, & sitim maximam præ laßitudine tormentorum indeficientium, & ardore ignis inextinguibilis. Et ideo maximo affectu cupiunt saturari, & refrigerari per sumptionem cibi, & potus. Sed haec in ianuam cupiunt, quia nunquam obtinibunt, quod cupiunt, sicut in effectu patiut de diuinitate epulone, cui denegata est gutta aquæ. Et hoc est, quod cōminatur Dominus reprobis Esa. 55. dicens. Serui mei comedent, & uos esurietis, serui mei bibent, & uos sitiatis.

Q U I N T O inter tot, & tanta tormenta ipsi miseri dānati nemine inuenient adiutorē, seu auxiliatorē, iuxta illud Psal. Non sit illi, scilicet damnato, adiutor. Vnde quilibet dānatus meritò

meritò potest dicere illud Psal. Considerabam ad dexteram,
et uidebam, si quis, sup. mihi auxilium ferret, sed profecto,
non erat, qui cognosceret, me. Certissimum enim est, quod
dæmones, cum sint crudelissimi tortores, nullo modo compatiuntur miseris damnatis. Quinimmo absque misericordia eos cruciare satagent, Hier. 6. Crudelis est, & non a i-
serebitur. Similiter illis non miseretur Deus, iuxta illud Ps.
Non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem. Qua-
ies, sup. sunt omnes damnati, qui continuè operantur ini-
quitatè, quāmuis illam ipsis non imputet dominus ad nouū
demeritum, & hoc ex immensa misericordia sua. Item Eze-
chie. 5. Ego confringam eos, nec parcer illis oculus meus, &
non miserebor. Insuper illis non compariuntur sancti Dei
electi, quinimmo scribitur. Sap. 5. quod stabunt iusti in ma-
gna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt. Ceterū
illis non miserentur iniusti uiuentes, qui non intendunt
orare pro talibus. Vnde, & sanctus ille pater Augustinus di-
cebat, se non uelle orare pro patre suo damnato, dummo-
do de hoc sibi constaret, plusquam pro dæmonе. Quinimmo
idem doctōr, de ciuitate Dei, lib. 2. ca. 24. dicit, quod si ec-
clesia de aliquibus adhuc in uita constitutis esset certa, quod
prædestinati essent in ignem æternum ire cum diabolo, tam
pro eis non oraret, quām nec pro ipso diabolo. Bene ergo
dicitur in præsenti euangelio de mendico Lazaro, per quē,
ut dictum est intelligitur quilibet damnatus, quod nemo il-
lidabat, idest, nullus illius miserebatur.

S E X T O, & ultimò ad eosdem damnatos uenient canes
illi infernales, idest, mordaces, & uoraces dæmones, qui tan-
quām executores diuinæ iustitiae non cessant dic, ac nocte
eos mordere, ac torquere, ita ut quilibet damnatus meritò
possit dicere illud Psal. Circundederunt me canes multi. Hi
ergo sunt canes illi, qui linxerunt sanguinem Iezabel. 3.
Reg. 20. Patet ergo quid anagogicè per diuitem epulonem,
& mendicum Lazarum intelligitur.

C I R C A hanc clausulam prætræso tres quæstiones, quas
deduxi in expositione Euangeliorum, Feria quinta, post se-
cundam Dominicam. 40. uide ibi.

M O R A L I T E R etiam notandum iuxta hanc materiam
¶ in diuinitibus huius seculi multa peccata regnant, & abun-
dant,

dant, & presertim hæc quæ sequuntur, uidelicet.

Superbia. Auaritia, Vanagloria. Inuidia. Gula. Crudelitas.

P R I M U M igitur malum, quod repugnat communite in diuinitibus, & si non semper, ne bonos diuines scandalizē, dicitur superbia. Sunt enim tales communiter superbi, elati, & inflati occasione bonorum, quæ possident. Sed quomodo superbi? Certe primò in corde per præsumptionem. Magna enim præsumunt in cordibus suis de seip sis occasione bonorum suorum, utpote, quod debeant ab alijs honorari, & ca- teris præfetri. Item, quod meritis suis, aut industria, seu pru- dentia, ad diuinitas pœnuerunt, & huiusmodi. Secundo in ore, se extollentes. Ecl. 13. Diues locutus est superba, & iufi- ficauerunt illum. Super quo dicit gloss. quod multi sunt, qui diuinitum facta, & dicta extollunt, pauci uero qui doctrinæ, & virtutem humilium intelligent. Tertiò in opere, ambulando in magnis, & in mirabilibus super se. Et breuiter, difficilè est, ut non sit superbus, qui diues est, ut dicit Greg. homil. 13. Be- ne ergo admonet Apost. discipulum suum Timotheum di- cens. Dinitibus huius seculi præcipie non sublime sapere. ¶ Thimo. 6. Quod si ira facere noluerint, tandem lugebunt in inferno, & dicent illud Sap. 6. Quid nobis profuit superbia, aut diuinitarum iactantia quid contulit nobis?

S E C U N D U M malum, quod repugnat in diuinitibus, est auaritia, seu amor inordinatus, & superfluus ad diuinitas hu- ius seculi, ita ut nunquam satis, habeant quinimo quanto plus habent, tantò magis habere cupiunt, eò quod infatiables existunt. Vnde de atuoro diuite dicitur Ecl. 4. quod non satiantur oculi eius diuinitijs. Item Luc. 1. dicebat Virgo Ma- ria, quod dominus diuines dimisit inanes, eò, scilicet, quod nunquam replent, sed semper vacui remanent propter suā infatibilitatem. In cuius rei signum semper se plangere solent, & dicere, quod nihil habent. Bene ergo loquitur sapiēs Ecl. 5. dicens. Qui amat diuinitas fructum non capiet ex eis. Id est, non utetur eis ad sufficientiam, seu necessitatem suam, sed patierit cum illis multam penuriam, ne minuantur. Vn de in hoc sunt similes cani iacenti super paleas, qui inde non saturatur, & tamen ita diligenter custodit eas, quod si sense- rit aliquem velle aliiquid inde, etiam quantumcumque parū subtrahere, statim clamat, & contra eum insurgit. Bonum ergo

Dominica. I I . post Trinit.

ergo, & salubre consilium dat Psal. diuitibus huius seculi cū air. Diuitię si affluant, nolite cor apponere, scilicet, per inordinatum amorem, ad eas.

T E R T I U M malum, quod regnat in diuitibus huius seculi uocatur uana gloria, quæ in eis oritur occasione diuiniarum suarum: hoc enim restatur Psal. cum de talibus loquitur dicens. In multitudine diuiniarum suarum gloriantur. Et quia diuitię consistunt circa diuersas materias, utpote circa pecunias, circa uasa aurea, & argentea, circa multiplicē supellec̄t̄ilem, circa multitudinem, & curiositatem ueſtiū, circa possessiones agrorum, circa censū, & redditus, circa ornatum domorum, & edificiorum, circa multitudinem pecudū, circa sumptuositatem equorum, & huiusmodi, ideo de illis, qui talia possident; atque ex talibus inaniter gloriantur loquens regius Propheta David, recte pronunciat dicens. In multitudine dinitiarum suarum, gloriantur. Nota, quomodo tales frequenter coram alijs narrant diuitias suas inaniter gloriantur, etiam mendaciter fingendo se plus habere, quā habeant, ut sic plus ab alijs honorentur, & magni existimetur. Contra ergo uanam gloriam, & superbiam diuitum huius seculi, qui in multitudine diuiniarum suarum gloriatur, debent uehementer latrare prædicatores diuinī uerbi, inducendo eos quantum possum ad contemptum huiusmodi diuiniarum, & ut nō confidant in eis, plusquam in baculo arūdineo. Sic enim agere admonebat Apost. discipulū suū Timotheum dicens ei. Diuitibus huius seculi præcipue non sublime sapere, id est, ex suis diuitiis nō superbire, aut magnos se putare, quia diuites sunt. Neque sperare in incerto diuitiarum suarum, id est, in diuitiis, quæ incertę sunt. I. Tim. 6. Cuius rationem assignat sapiens Proverbiorum. I. cum ait. Qui confidit in diuitiis suis, corruet. Corruet, inquam, per aduersam fortunam. Sicut pater de illo diuite, de quo legitur Luc. 12. qui dicebat. Anima mea habes multa bona reposita ī annos plurimos. Requiesce, comedē, bibe, epulare. Et ecce mors facta est ad eum vox dicēs. Stulte hac nocte, &c. Vel corruet per peccatum. Vel tandem corruet de hoc mundo in infernum. Non est ergo, in diuitiis sperādum, neque gloriandum, sed tantum in uirtutibus, & in bonis spiritualibus.

Q V A R T U M malum, quod regnat in diuitibus huius seculi

Sermo. I I . de Euangelio.

25

culi dicitur inuidia. Nam ut dicit Sene. in quadam epistola. Diuitię animos inflant, superbiam pariunt, & inuidiam patiunt. Ex quo enim ipse diuitię pariunt superbiam, ut in primo puncto dictum est, consequens est dicere, quod trahunt humanum animum, & cor ad inuidiam. Nam ex quo diues superbis uult alios excellere, de facili inuidet superioribus, æqualibus, & inferioribus. Superioribus quidem, eō quod non equatur illis in diuitiis. Aequalibus autē, eō quod equatur illi. Inferioribus verò, ne sibi equetur. Et de hoc legitur in historia scholastica de Alexandro Magno, qui mortis Monarchiam suam ī aliquem unum transferre noluit, ne apud posteros par illi in diuitiis, & potentia legeretur. Propter, quod instituit suos successores duodecim viros, quos ab infantia sua socios habuerat. Præficia, quomodo hodie sunt maxime inuidiae inter reges, & principes huius seculi propter diuitias mundanas. Item inter nobiles, & mercatores. Similiter inter rectos communitatū. Insuper inter ecclesiasticos tam beneficiatos, quam non beneficiatos.

Q V I N T U M malum, quod pullat in diuitibus huius seculi uocatur gula. Tales enim solent plerunque facere magna coniunctiua, & banquetū, in quibus sapientie interueniunt crapulę, & ebrietates. Vnde de diuite epulone diciatur in præsenti Euangelio, quod epulabatur quotidie splendide. Si enim diues non fuisset, sic, quotidie epulari nequissit. Ex quo infertur, quod diuitię præbuerunt illi occasione festandi gulam, & ingluviem. Circa hunc itaque abusum reprehendendi sunt illi diuites tam laici, quam clericū, tam nobiles, quam ceteri, qui tot, & tanta expendunt in fructibus ventris, quod non habent, unde pauperibus, aut pijs locis subueniant. Studeant ergo tales moderatè uiuere, ut possint pauperibus subuenire. Aliás non excusantur à mortali peccato, utpote necatores pauperum.

S E X T U M malum, quod regnat in prædictis diuitibus huius seculi, dicitur crudelitas. Sunt enim tales communiter crudeli, & inhumani ad pauperes, eos multipliciter vexantes, & opprimentes iuxta testimonium Apostoli Iacobii, dicens. Nonne diuites per potentiam opprimunt uos? Eiusdem. 2. Ita opprefcio cōiter per ablationem modice subser, Do. G. Pep. Pars Actiu. D stantie

stantiae ipsorum pauperum . Et de hoc graviter conqueritur dominus Deus Micheæ , 3 dicens ad huiusmodi diuites . Violenter tollitis pelles pauperum defuper eis , & carnem eorum desuper ossibus eorum . Item in psalmis conqueritur idem dominus dicens . Nonne cognoscet omnes , sup' mali diuites , qui operantur iniuriam , in hoc , scilicet , quod opprimunt pauperes , qui deuorant plebem meam , sicut escam panis ? Tales ergo crudeles diuites uenantur dictos pauperes , in tantum , quod cogunt eos relinquere patriam . Eccle. 1.3. Venatio Leonis onager in eremo , si Pascha diuitium sunt pauperes . Nam tales solent rapere varijs modis , & cautelis bona pauperum , etiam quandoque palam , & sine quocunq; colore . Aliquando etiam emunt bona eorum , ut pote uinum , frumentum , oues aut boties , quæ dicunt se uelle soluere , sed postquam talia confusa sunt , nolunt ulterius audire loqui de solutione . Interdum etiam aduocant pauperes , ut oportentur in agri , aut uineis eorum , quibus minimè satisfaciunt , aut non nisi ad nutum eorum . Et istud est unum de illis terribilibus peccatis clamantibus ad celum pro vindicta . Iac. 5. Ecce merces operariorum uestrorum , quæ fraudata est à nobis , clamat , & clamor eorum in aures domini Sabaoth introiuit . Et istud est quoddam homicidium . Satis enim occidit , qui ea , unde pauperes uiuere debent , auferit . Patent ergo sex mala , quæ communiter regnant in diuitibus huius seculi . Sunt , & multa alia in eis , quæ ne tedium afficiam lectorum , pertransio ; & haec omnia sunt pro prima parte præsentis Euangeli , in qua describitur conditio diuitis , & pauperis pro statu uite præsentis .

S e c v n d ò principaliiter in dicto Euangeliu describitur status , & conditio utriusque in morte .

P r i m ò quidem mendicus , cum dicitur Factum est , ut moreretur mendicus , & portaretur ab Angelis in finum Abraham . In quibus uerbis tria ad eius laudem dicuntur . Primum est , quod in eius morte eius egestas cepit finem , quia mortuus est mendicus , id est , mortua est in eo eius mendicitas . Non autem dicitur , quod mortuus sit Lazarus , quinim moriente eius mendicitate , & ulceroso corpore , cepit magis secundum animam uiuere . Sapientie . 3. Iusti in perpetuum uiuent

uiuent : item ibidem , uisi sunt , supple , iusti oculis insipitiū mori , illi autem sunt in pace . Secundum est Angelicum , & honorificum obsequium : quia anima eius portata est ab Angelis ad locum quietis , & pacis . Non ergo ab uno tantum Angelo illic delata est , sed à pluribus : quia ab Angelis . O' mira Dei miseratione , qui tantum honorat in morte iustos pauperes , & patientes egrotos , quos in præsenti abhorruit mundus . Profectò hęc mutatio dexterę excelsi . Tertium est locus honoris , ad quem delata est anima Lazari : quia in finum Abraham . Quia enim ipse Lazarus in præsenti opprobrio est repletus , ideo in alio seculo dignus honore est habitus . Reclamè ergo ad propositum potest intelligi illud Psalm . Suscitans , supple , dominus de puluere egenum , & de stercore erigens pauperem , id est , mendicum Lazarum , ut sedeat cum principibus , id est , cum sanctis Patriarchis , & solium gloriæ teneat , supple , in præsenti . Ecce descriptio status Lazarus in morte .

S e c v n d ò in præsenti Euangeliu consequenter describitur status , & conditio diuitis epulonis in morte , cum subditur . Mortuus est autem diuines , scilicet , cum ardenti affectu , & amore diuitiarum . Mortuus est , inquam , & hoc tripli morte . Primò quidem morte naturali , quæ cois est omnibus filiis Adæ post statum innocentie . Heb. 9. Statutum est hominib . semel mori . Secundò morte spirituali , siue causata per mortale peccatum . Ezecl. 18. Anima , quæ peccauerit , ipsa morietur . Tertiò morte eternali , de qua in psal . Mors peccatorum pessima . Mors enim naturalis est mala , saltem malitia naturæ . Mors vero spiritualis peior . Mors autem eternalis pessima . Bene ergo dicitur , quod mortuus est diuines . Sequitur : & sepultus est in inferno , supple , sine cruce , sine luce , sine Sacerdote , & sine uia benedicta . Merito ergo sepultus est in inferno : quia illic sepeluntur Parochiani Diaboli , de quorum numero ipse erat . Si uis aliquid uidere de exequijs ipsius , recurre ad expositionem præsentis Euangeli in opere quadragesimali . Ex omnibus prædictis patet , quam varius sit status malorum diuitium , & bonorum pauperum in præsenti uita , & in futura . Nam in præsenti diuites ualde honorantur , & pauperes contemnuntur . In futura autem fit totum , oppositum . Nota similitudinem de falcone , & gallina . Et s e p a . D 2 tet de

Dominica. I I post Trinitatem.

ter de secundo principali.

T E R T I O principaliter in præsenti Euangeliô fit men-
tio de statu diuitis , & mendici post mortem . Et quidem de
Lazaro dixit pater Abraham ad diuitem . Fili recordare:
quia receperisti bona in uita tua , & Lazarus similiter mala,
scilicet , mala pena . Nunc autem hic consolatur , tu uero
cruciaris .

D e diuite autem hoc tria specialiter dicuntur , & tangui-
tur . Primum est ipsius sera recognitio . Tunc enim solùm pri-
mum petiuit misericordiam , cum iam esset in tormentis di-
cens . Pater Abraham miserere mei . Vnde Greg . Oculos , quos
culpa claudit , pena aperit : Item pfa . Imple facies eorum igno-
minia , & querent nomen tuum domine . Secundum est eius-
dem diuitis iniusta petitio , cum ait ad patrem Abraham .
Mitte Lazarum , ut intingat extremum digiti sui in aquam ,
ut refrigeretur linguam meam . In quibus uerbis ostenditur a-
pertè , quām iniusta fuerit illius petitio , & hoc dupliciter . Pi-
mò quidem , quia perebat Lazarum ad se mutri , cum tamen il-
le iam esset eo superior propter status , & loci dignitatem . Et
quo patet , quod adhuc in eo regnabat superbia . Ut enim di-
cirur in psal . de damnatis . Superbia eorum , qui te oderunt ,
ascendit semper , idest continuè crescit . Secundò uero : qui
petebat misericordiam sibi fieri à Lazarō , cui in nullo fue-
rat misericors , etiam usque ad micas , que cadebant de men-
sa sua . Modò scriptum est Ia . 2 . quod iudicium sine miseri-
cordia fieri , qui non fecerit misericordiam . Tertium est
petitionis eiusdem diuitis iusta repulso , cum ait illi pater
Abraham . Fili recordare . Item cum ait illi . Et in his omnib.
inter nos , & uos chaos , &c . Item cum ait illi petenti , ut mit-
teret Lazarum in domum patris sui ad fratres suos , ut testa-
rur illis , quod ipse damnatus esset , ne & ipsi uenirent in lo-
cum tormentorum , ad augmentum damnationis sua habet , inquit , Moysen , & Prophetas , audiunt illos . Cumque ille
replicasset , dicens : Non pater Abraham , sed si quis ex mor-
tuis ierit ad eos pœnitentiam agent . Iterum repulit petitio-
nen suam dicens . Si Moysen , & Prophetas non audiunt , ne-
que , si quis ex mortuis resurrexerit credet . Ecce , quām mul-
tipliciter repulit pater Abraham dicti diuitis iniustum peti-
tionem . Nec quidem immerito , maximè cum scriptum sit .

Pro-

Sermo . I . de Epist .

27

Proverb . 21 . Qui obturat aurem suam ad clamorem pa-
peris , & ipse clamabit , & non exaudiatur . Ecce ergo audi-
stis charissimi iustam diuitis epulonis dānationem , eò q̄ no-
luit misericordiā impendere pauperi Lazarō . Cauete ergo ,
ne sitis tales per culpam , ne tandem sitis tales per penā . Esto
te ergo misericordes , & tunc iuxta domini sententiam mis-
ericordiam consequemini . In præsenti quidem per gra-
tiam . In futuro autem per gloriam , quam nobis concedat
qui , &c .

Dominica secunda post Trinitatem . Sermo primus de Epistola .

NO L I T E mirati , si odit uos mundus . 1 . Iohā .
3 . Solent plerunque homines mirari de reī
solita , ut puta , quod aliquis puer nascatur cū
sex digitis in utraque manu , & similiter in u-
troque pede , sicut accidisse legitur . 2 . Reg . 21 .

Item , quod bruta animalia diserte loquuntur ,
tanquam uerentur ratione , sicut accidisse legitur de asina
Balaam , Num . 22 . Iren , quod ignis descendat subito de cœ-
lo ad solam petitionem unius hominis , sicut factum est ad
præces Eliq . 3 . Regum 18 . Item quod lapides cadant de cœ-
lo , sicut factum est tempore Ioseph . eiusdem . 1 . Item , quod cur-
rus , & equi cum maximo sonitu videantur currere per aera ,
sicut factum est tempore Elisei super castra Assyriorum op-
pugnantium Samariam . 4 . Regum 6 . Item , quod homo na-
scatur duplice habens partem superiorē , simplicem in-
feriorē , ut pote , habens duo capita , duo pectora , qua-
tuor manus , unicunq; ventrem , & duos pedes , prout rea-
fert Augusti . libr . 26 . de ciuit . Dei , capit . 8 . accidisse . Item ,
quod magnes attrahat ferrum . Similiter , quod in calce
occultetur ignis , quæ excitatur , cum aqua frigida desu-
per infunditur . Solent etiā simplices mirari , de Eclipti
pī Solis , aut Lunę , eò quod ignorant causam illius . Si
militer , & miracula Christi duebant populum in ad-
miratiōnem , eò quod erant insolita , ut potest , cum multi-
plicauit panes ordeaceos . Item cum conuertit aquam in

D 3 viam .

tinum. Similiter , cum illuminauit cœcum natum , & huiusmodi . Sunt , & multa alia signa insolita tam in sacra scriptura , quām in uarijs historijs , que , cum acciderunt , populum talia uidentem in admirationem frequentissimè induixerunt . At uero , quod mundus , seu mundani , & mali homines odiant , & persequantur bonos , & iustos , nullus debet inde admirari , eo quod non est nouum , nec res insolita , sed multum etiam , & ab antiquo usitata . Sic enim egit Cain erga fratrem suum Abel . Item filii Iacob erga fratrem suum Ioseph . Similiter Saul erga David . Itidem egerunt tyranni , erga sanctos Dei martyres . Hoc idem etiam operantur hodie mali erga bonos . Bene ergo loquens beatus Io. in principio epistola hodiernæ bonis , & iustis , consolatur eos dicens . Nolite mirari , si odit uos mundus .

In presenti ergo epistola Beatus Iohannes inducit , nos ad dilectionem proximi , ostendens modum ipsius , uidelicet , quod debemus diligere proximum tripliciter , scilicet .

Firmiter , Efficaciter , Veraciter .

Primum igitur debemus diligere proximum firmiter , ita ut propter nullam tribulationem , aut odium mundanorum hominum deseramus amorem fraternalm ad eum . Nota tamen , quod in hominibus mundanis , seu peccatoribus duo sunt , scilicet , natura , & culpa . Naturam ergo eorum debemus diligere , ut potè animam , secundum quam sunt ad imaginem dei formati , & sanguine Christi redempti , & gloriaræ coelestis capaces , quamdiu sunt in hac uita constituti . Culpam uero eorum debemus odire . Nam & eam odit dominus , ita ut non dicatur hominem peccatorem odire , nisi , quia odit culpam illius . Quod si unum separetur ab alio , iam ipse non diceretur naturam odire , nec eam affligere , etiam in inferno . Quod si fiat instantia de purgatorio , ubi affigit dominus animam sine culpa , primum est de culpa , quæ actu infit , & signanter loquendo de mortali , quia & uenialis potest illuc remitti . Non tamen punit ibi Deus animam absque culpa , quæ aliquando infuit . De per accidentem ergo uidetur Deus odire naturam impij hominis , pro quanto odit , & punit culpam , quæ adhaeret naturæ ipsius . Da exemplum de persecutore hominem , qui simul percutit uestem illius , quāmis hoc principaliter , non intendat . Et ad

hunc

hunc sensum intelligitur illud uerbum Sap. 14. Odio sunt Deo impius , & impietas eius . Mundani ergo homines , & peccatores sunt à bonis diligendi ad sensum prædictum , quāmis odiant , & persecuantur ipsos bonos . Sed de tali odio non debent mirari ipsi boni , quia consuetudo malorum est odire eos , qui ipsos ueraciter diligunt , idest , qui eorum salutem desiderant , & per oppositum amare illos , qui eisdem odiant , etiam perfecto odio , idest , qui eorum damnationem procurant suis malis , & corruptis exemplis . Nolite ergo , inquit Iohannes , mirari , si odit uos mundus .

Vix notandum , quod mundus odit bonos , referendo semper mundum , ad mundanos homines , & peccatores , & hoc propter tria , uidelicet , quia sunt .

Sue prauitatis reprehensiones .

Mundanæ uanitatis contemptores .

Diuerse conuersationis cultores .

Primum igitur homines mundani odiant bonos , & iustos , eo quod reprehendunt eos de suis prauitatisbus , insolentijs , & dissolutionibus , iuxta illud Amos . 5. Odio habuerunt corripientem in porta , idest , apertè , & manifestè ; etiā quantumcunque discretè fiat talis correptio . Et de hoc habemus historiam de Herode odiente Beatum Iohannem Baptistam , eò quod reprehendisset eum de inceptu suo . Mar . ci . 6. Sequitur , in Amos . Et loquentem perfectè , idest , corripientem charitatiè , & fraternaliter , abominati sunt . Nam sicut serpens naturaliter odit rutam , eamque quantum potest , fugit , eò quod amara est . Propter quod dicitur , quod in horro , in quo est ruta , non solent serpentes habitare , nec similiter buffones , ita & mali odiant amaritudinem correctionis . Nunquam enim uellent corrigi , neque de suis excessibus reprehendi . Et de hoc habemus historiam . 3. Reg . 14. de illo iniquo rege Achab , qui de Sancto Propheta Michea dicebat . Ego odi eum , quia non prophetat mihi bonum , sed malum omni tempore . Ad hoc etiam est similitudo de frenetico , qui odit medicum , & in suis vinculis gloriatur . Ita & mali , atque peruersi in malis suis gloriantes solent odire medicos , correctores , & infirmitatum suarum spiritualium curatores , iuxta Psalm . Tu odisti disciplina ,

Dominica. I I . post Trinitatem.

& proiecisti sermones in eos terroris. Si uidebas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Quia profecto tales magis diligunt consortia malorum, & sibi in culpa similium, quam bonorum. Pater ergo, quod homines mundani odiunt homines suarum culparum reprehensores, quia ut dicit Terentius. Veritas odium parit. Et Iohannis. 3, ait Christus. Omnis, qui male agit, odit lucem, scilicet, veritatis, & non uenit ad lucem, id est, ad prædicationem, ut non arguantur opera eius. Bene etiam ad propositum loquebatur, idem Christus Iohannis. 7, dicens. Me odit mundus, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Et sic patet de primo.

Secundum mundani homines odiunt bonos, eò quod sunt diversæ conuersationis cultores, sive diuersorum morum seculatores, ut enim dicitur Ecclesiastici decimo tertio. Omne animal diligit sibi simile, sic & omnis homo proximum sibi, id est, similem sibi conditione diligit naturaliter. Sequitur. Omnis caro ad similem sibi coniungetur, & omnis homo simili sibi sociabitur. Item eiusdem. 28. Volatilia ad sibi, similia conueniunt. Vnde quidam Poeta, ait. Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem, Rectorem dubia nauita puppis amat. Ex his omnibus concludere possimus, quod mali non habent amiciam, nisi ad malos. Bonos autem odio persequuntur, tanquam sibi dissimiles. Da exemplum de lupo naturaliter persequente ouem, & de cane persequente leporem. Et de hoc habemus historiam Gen. 27. de sancto illo iuvene Joseph, quem propter bonitatem suam, odierant fratres sui, ita ut non possent ei quicquam pacificè loqui. Practica, quomodo hodie mali religiosi, aut clerici odiunt bonos, & persequuntur eos, quantum possunt, eò quod mores eorum non conueniunt, cum moribus aliorum. Idem Practica, fermè de quolibet statu. Vnde ipsi mali armant se, & coadunant, ut fortius possint persequi iustum, & bonum uirum, dicentes illud Sap. 2. Circumueniamus iustum quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris.

Tertius mundani odiunt bonos, eò quod sunt

Sermo. I. de Epif.

29

sunt mundanae uanitatis contemptores, iuxta illud Proverb. 29. Viti iniqui oderunt simplicem, id est, hominem iustum, qui contemnit fastum, & gloriam huius seculi. Item, qui non sequitur tabernas, aut loca inhonestata, sive qui non est deditus ludis, comeditionibus, & ebrietatis. Quinimmo conuersatio illius est tota spiritualis, & cœlestis, casta, & humiliis, sobria, & solitaria. Talem ergo iustum mundanae uanitatis contemptorem odiunt mali, ita ut uix possint eum uidere iuxta, illud Sapient. 2. Grauis est etiam nobis ad uidendum, quoniam dissimilis est alijs uita illius. Insuper solent mali tales bonos, & in bona simplicitate ambulantes in derisum habere, quia ut habetur Iob duodecimo. Deridetur iusti simplicitas. Patent ergo tria, propter quæ homines mundani odiunt, & persequuntur, bonos.

MORALITER, etiam notandum, quod capiendo mundum pro uanitatibus, quæ in eo sunt, debemus ipsam odire propter hæc, est enim.

Deceptiuus.

Illaqueatuus.

Inuolutiuus.

Amaricatuus.

Infatuatuus.

Inquinatuus.

Primum igitur mundus est à nobis odiendus, eò quod est deceptiuus. Decipit enim amatores suos multipliciter, prout pulchritudine ostendit Augustinus. ad fratres in extremo, sermo. 31. qui intitulatur de fallacia mundi, ubi ipsum alloquitur, sic dicens. O' mundo proditor cuncta bona promitis, sed cuncta mala profers. Promittis uitam, sed donas mortem, promittis gaudium, sed largiris merorem, promittis quietem, sed ecce turbatio, promittis florem, sed citò euancescit, promittis flare, sed citò recessis. Non ergo diligendus, quoniam omnino transis, & concupiscentia tua uelut fumus evanescescit. Hæc ille.

Secundum mundus est à nobis odiendus, eò quod est illa queatiuus.

queatius . Illaqueat enim amatores suos adeo fortiter , q
non possunt de facilis liberare ab eo , & fugere . Nam sicut
magnes attrahit ad se ferrum , & sibi quodammodo coniugit , atq; quasi inseparabiliter unita & mundus per blandi-
tias suas illaqueat , & sibi quodammodo incorporat huma-
nam mentem , sicut videre est in diuitiis huius seculi .
Vnde August. ubi supra . O' mundo immunde , qui homines
illaqueare non desitis , quiescere non permitatis , rapere omni-
nes appetitis , occidere omnes queritis , ne qui tibi credit , beatus
qui tibi resistit , sed beator , qui à te illeculus recedit . Hæc ille .
Qualiter etiam , & quam mirabiliter illaqueat mundus ama-
tores suos liquidò perpendere possumus in illis , qui curias
principum sequuntur , qui et si ibi pene infinita mala patian-
tur , inde tamen euelli non possunt . Et in hoc sunt quodam-
modo similes urso , qui cum inueniatur mel , tantam delecta-
tionem inuenit in sumptuione illius , quod cum inde per caudā
extrahi tentaretur , potius sustinuit caudā sibi extrahi , quam
ipsum mel dimittere . Applicatio est facilis .

TE R T Ó mundus est à nobis odiendus , eò quod est in-
volutius . Inuoluit enim , & implicat amatores suos pene infi-
nitis peccatis , & miserijs . Sicut videre est in tractatu Innocen-
tij intitulato de miserijs curialium . Et ideo potius est fu-
giendus , quam sequendus , more David dicentis . Ecce elon-
gauit fugiens , supp. mundum , & mansi in solitudine . Practica ,
quomodo amatores mundi habent frequenter cum alijs mun-
danis conuersari , & per consequens ludere , inebriari , luxu-
riari , de alijs detrahere , iurare , petefare , mentiri , & huiusmo-
di : Ecce quomodo inuoluit hominem in peccatis .

QVARTÓ mundus est à nobis odiendus , eò quod est
amaricatuus . Sepe enim amatores suos ducit post leuia , &
breuia solertia ad grauissimam amaritudinem . Vnde August.
ubi supra . O' , inquit , inuidie immunde . loquatur omnes ama-
tores tui , quibus aliquatenus fiorem serenissime iuuentutis pre-
stare uoluisti , utam diuurnam , diuinarum copiam , famulo-
rum abundantiam , pacis amenitatem , dicant omnes , loquan-
tur cuncti , surgaat uenerabilis pater Adam cum omnibus fi-
lijs suis , & omnes uno ore loquantur , utrum in hac uita gau-
dium habuerint sine dolore , risum sine fletu . Nolite igitur
fratres mundum diligere , quoniam transit , & concupisen-
tia

tia eius . Hæc ille . Item ibidē post pauca . O' monde immun-
de in te habitare , & non dolere est impossibile , te amare , &
non periclitari est impossibile . Hæc ille .

QUINTÓ mundus est à nobis odiendus , eò quod est in-
fatuatuus . Infatuat enim amatores suos infar fortis uini-
ta ut non uideantur sentire amaritudines illius , aut intelligere
deceptiones eius . Aufert enim ab eis sensum , & rationē .
Hoc enim manifestè ostenditur in multis prælatis , & alijs ui-
ris , qui in curijs principum consumunt substantiam suam
inaniter , & prodigè etiam ab alijs amicis suis plerunque mu-
tuò accipientes , nec aduentur damnum suum . Talis etiam
infatatio aperte monstratur in ambitiis hominibus , qui
tantū laborant pro adipiscendis seculi dignitatibus , officijs ,
& honoribus , non attendentes se in breui morituros , & de
suis fatuitatibus rationē reddituros . Practica etiam de prin-
cipibus huius seculi , quos infatuat mundi amor , ita ut uix
cessent à bellis , & hoc torum , ut dilatent dominia sua , & ma-
gni uideantur , atque à ceteris timeantur .

SE X T Ó , & vltimò mundus est à nobis odiendus , eò quod
est inquinatuus . Inquinat enim animas amatorū suorum il-
lis tribus inquinamentis , de quibus . 1. Iohan . 2. Omne , quod
est in mundo , concupiscentia carnis est , & cōcupiscentia ocu-
lorum , & superbia uitę . Ecce quam multipliciter mundus
coinquinat amatores suos , ita ut nulla sit cloaca , quæ tantū
possit coinquinare corpus , quantum tria prædicta humanana
mentem . Hæc autem coinquinatio fit per hoc , quod quis nisi
mis excessiue delectatur in prædictis , seu in rebus seculi .
Propterea August. super Iohan. exponēs illud uerbū Iohan . 8 .
Vos de hoc mundo estis , dicit sic . Si delectat te iste mundus ,
iam es mundus . Si autem te non delectat , iam es mundus .
Patet ergo multa , propter quæ mundus iste est à viris bonis ,
& sanctis odiendus , quos etiā ipse odiat . Et sic patet de primo .

SE C V N D Ó principaliter debemus diligere proximum
efficaciter . Hæc autem efficacia consistit in duobus , propter
innuitur in præsenti Epistola . Primi quidem in hoc , quod
debemus contemnere uitam nostram temporalem pro spi-
rituali uita proximi . Secundi uero in hoc , quod debemus
eidem proximo necessitatem patienti communicare bona
nostra temporalia .

Dominica. I I .post Trinitatem.

D e primo ergo loquitur Iohan. cum ait. Nos debemus pro fratribus animas ponere, id est, uitam nostram temporalem pro corū uita spirituali procuranda, & hoc loco, & tempore. Hoc autem probat exemplo Christi, cum ait. Quoniam ille animā suam, id est, uitam temporalē, & corporalem, pro nobis posuit, id est, uoluntarię morti se pro nobis redimendis obtulit, iuxta illud propheticum Esa. 53. Oblucta est, quia ipse uoluit. Hoc etiam est, quod ipse meus dicebat. Iohan. 10. Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam à meipso. Potestatē habeo ponendi eam, & potestatē habeo iterum sumendi eam. Ex quo ergo Christus tam efficaciter nos dilexit, ut animam suam, id est, uitam, pro nostra salute posuit, consequens est, ut etiam similem charitatē pro fratribus salvandis tempore, & loco impendamus. Si enim egerunt sancti Dei martyres. Vnde in tali opere, & facto ostenditur maxima charitas ad proximū. Quia ut habetur Iohan. 15. Maiores rem hac dilectionem nemo habet, quam ut animā suam ponat quis pro amicis suis. Pro quo notandum secundū beatum August. lib. 1. de doctrina Christiana, quod in charitate debet esse ordo, ita scilicet, ut primum, & super omnia diligatur Deus. Secundū anima propria. Tertiō anima proximi. Quartō corpus proprium. Vbi ergo quis uidet, quod anima proximi periclitatur, nisi exponat corpus suū periculo mortis, tenetur ipsum exponere. Quæritur ergo pro ampliori elucidatione huius materię. Vtrum qui libet teneatur ex charitate exponere vitam suam corporalem, seu temporalem per culū mortis pro spirituali salute proximi sui? Ad hoc respondetur, quod sic, sed tamen non æqualiter. Nam ad hoc tenentur prælati ex officio. Verbi gratia. Si aliquis tyranus persequatur fidem, pariter & fidèles, in tali casu prælati tenentur se opponere torrenti, & se constitutere murum, & antemurale pro domo Domini, id est, pro fide, & Ecclesia, plam confiteentes fidem catholicam. In quo tamen casu non tenentur simplices, & subditi, nisi forsitan interrogentur ab ipsis tyrannis. Nam ubi interrogantur de fide, debent illam plam confiteri, utpote affirmantes se esse Christianos. Et ad hoc propositum intelligitur illud uerbū Apostoli Rom. 10. Ore confessio fit ad salutem. Quod aut̄ simplices non interrogati confiteantur fidem ultrò se offertentes martyrio, non est necessitatis,

Sermo. I. de Epif.

31

necessitatis, sed supererogationis. Vbi tamen uiderent ipsam periclitari, tenerentur plam confiteri. Vbi ergo quis uidet proximum suum spiritualiter periclitari, si non possit aliter illi subuenire, nisi se exponendo mortis periculo, tunc in tali casu ad hoc tenetur. Et hoc modò uidetur beatus Vita lis martyr Vrsinum medicū in articulo mortis positum pro fide Christi, & expauescentē suis exhortationibus roborasse. Pro qua tamen exhortatione fuit per tyrannum morti condemnatus. Idē dicitur de beato Sebastiano in ordine ad Christi martyres Marcellum, & Marcellianum. Ecce quando simplices tenentur confiteri fidem, & quando non. Illi uero, qui habent curam animarū, ut sunt Curati, Episcopi, & alij Praelati, non solum in hoc casu, sed etiam in alijs tenentur pro salute subditorum suorū uitam exponere corporalem, utpote, si lupus intrer in ouile ouium ad corrumpendum eas in fide, & moribus. Quod si fecus facerent, non essent dicendi patores, sed mercenarij, iuxta Domini testimoniū Iohan. 10.

D e secundo autem, in quo prius dicebatur efficacia charitatis ad proximum confistere, quod est cōmunicare illi indigenti substantiam temporalem, loquitur Iohan. cum ait. Qui habuerit substantiam huius mundi, id est, temporales diuitias, quæ dicuntur substantia, eō qd illis sustentamur, uel quia debent substare, seu subesse, & non præesse, sive dominari, & uiderit fratrem suum, id est, quemlibet proximū, necessitatem patientē, sive in uictu, sive in uexitu, & clauserit uiscera sua ab eo, utpote, nihil illi tribuendo, nec illi compatiendo, quomodo charitas Dei manet in eo? Ac si aperte diceret. Non manet. Talis etiam quomodo possit animā suam, id est, uitam pro fratre ponere, qui nō uult superflua sua, ci necessitatem patienti, dare? Audiat ergo huc avarus, & expauescat. Audiat etiam Dominū illi præcipientem, & dicente Esa. 58. Frange esurienti panem tuum, & egenos, uagosq; induc in domum tuam, cum uideris nudum, &c.

Q V A R I T V R ergo pro ampliori elucidatione præsentis materię. In quo casu dare eleemosynam cadat sub præcepto. Ad quod respondetur, quod in duplice casu, unus est ex parte dantis, alius ex parte recipientis.

P R I M V s igitur casus, & qui est ex parte datis eleemosynam, attenditur, cum talis habet superflui uictuū, & uexitu, considerata

considerata tamen necessitate personæ, & status. Nam quod simplici est superfluum, homini in dignitate, aut officio constituto, seu multa negotia gerenti est necessarium, utpote, si sit paterfamilias. Est etiam aduertendum, quod huiusmodi necessitas status, & personæ, non solum debet atrendi secundum præsentem statum, uerum etiam secundū ea, quæ probabilitate possum occurre, seu quæ frequenter occurrint. Et ad hunc sensum intelligendum est illud Domini præceptū *Luc. i 1.* ubi ait. *Quod superest, date eleemosynā.* Hoc idem etiam uoluit innuere beatus Iohannes in præsenti Epistola cum ait. *Qui habuerit substantiam huius mundi, id est, superflua diuitias, considerata qualitate personæ, & status, ut dictum est.* Qui ergo haber superfluum ultra uictum, & nestum, considerata necessitate personæ, & status, tenetur dare eleemosynam. Alias detinet alienum, scilicet id, quod debetur pauperibus. Vnde Ambro. & recitat in decreto dist. 47. sicut hi dicit, quod non minus est criminis habenti tollere, quam cum possis, & abundans sis, indigentibus denegare. Deinde immediate subdit dicens. *Esurientū panis est, quem tu detines, nudorum indumentum est, quod tu recludis, & misericordia redemptio est, & absolutione pecunia, quam tu in terra defodis.* Tantorum ergo te inuadere scias bona, quantis possis præstare, quod uales. *Hæc ibi: Super quo querit gl. Vtrum pauperes possint petere talia superflua, quæ detinent auari, & diuitiae huius seculi.* Et respondet, quod non directo iudicio. Posunt tamen denunciare Ecclesiæ illum, qui non dat. In quo casu Ecclesia potest eum cogere, ut det. Et ad hoc est argumentum, extra de simonia. cap. ad Apostolicam. ubi dicitur, quod Episcopus debet cogere, siue compescere eos, qui nituntur laudabilem consuetudinem immutare. Et nota, quod dicta decretalis loquitur contra illos laicos, qui recusabant aliquid dare pro exequiis mortuorum, aut benedictionibus nubentium, hoc scilicet prætextu, sed fraudulento, ne simonia committeretur. Et sic patet de primo casu, in quo eleemosyna cadit sub præcepto.

S E C U N D U S casu attenditur, siue accipitur ex parte recipientis, scilicet quando, & ubi patitur urgentem necessitatem, nec appetat unde sustentari possit, nisi per eleemosynam huius habentis superfluum. In quo quidem casu tenetur

tenetur dare non solum de superfluo, sicut in precedentibus casu dictum est: verum etiam de necessario. Non quidem de necessario personæ secundum statu considerato eo, qd quilibet plus tenetur sibi, quam alteri, si sit in consimili necessitate, sed de necessario sui status. Nam in ultima necessitate quilibet tenetur & debet se restringere, ut proximum adiuuet. Et quantum ad hunc sensum sic debet intelligi præfens textus, ubi dicitur. *Qui habuerit substantiam huius mundi, id est, temporalia bona, & uiderit fratrem suum, id est, proximum necessitatem habere, scilicet, ultimam, & clauserit viscera sua ab eo, subuentor ei denegando, quomodo charitas Dei manet in eo?* Ac si aperte diceres, quod nullo modo. Nam in tali casu est transgressio diuini præcepti, & per consequens charitas Dei non potest manere in eo. Reputatur enim apud Deum tanquam homicida, iuxta illud uerbum Ambro. lib. de officijs, & similiter recitat in decretis dist. 8.6. pasce. Pasce, inquit, fame morientem. Quisquis enim pascendo hominem seruare poteris, si non paueris, fame occidisti. Super quo dicit gl. quod quis occidit alium per subtractionem panis corporalis. Similiter August. & recitat. 14. q. 5. immolans, dicit sic. Panis egentium vita pauperis est, qui defraudat illū, homo sanguinis est. Qui effundit sanguinem, & qui facit fraudem, necessariò fratres sunt, id est pares, seu similes in peccato. Patet ergo, quomodo in duobus casibus datio eleemosynæ est de necessitate præcepti, & salutis. Et sic patet de secundo principali, in quo ostensum est, quod debemus diligere proximum efficaciter.

T E R T I O principaliter debemus diligere proximum & recitar, hoc autem innuit beatus Iohannes in fine præsentis epistole cum ait. *Filioi mei non diligamus uerbo, sup. tantū, qualiter multi mundani faciunt, qui solent aliis dicere. Ecce unus homo ad nutrum uestrum, Italice. Sed hoc est falsum.* Nam tales relinquenter proximos suos, quibus forsitan talia dicunt, mori pro uno frusto panis, ut uulgū dicitur. Ex quo patet, quod talis dilectio uerbalis est ficta, & uana. Neque, supple, diligamus lingua, scilicet, falaci. Sicut Ioab, qui dixit Amasæ. *Salve mi frater, & statim interfecit eum, ut patet. 2. Reg. 20.* Et talis amor non solum est fictus, & uanus, uerum etiam proditorius. Sed opere, supple

Dominica. I I . post Trinitatem.

ple, diligamus proximos nostros . Et hoc est contra eos , qui diligunt uerbo tantum . Et ueritatem , quod est contra eos , qui diligunt lingua fallaci . Illi ergo implent uerbum Apostoli , qui tempore , & loco subuenient necessitatibus proximum opere , & factio , & qui realiter ostendunt se ueraces in promissis . Sicut contingit frequenter inter ueros amicos , qui promiserunt sibi mutuo in casu subuenire . Vel sic secundum glo. ord. Diligamus opere , quasi etiam fallamur ex humana infirmitate in dilectione , ut cum benefacimus aliqui peruerso , aut factio pauperi , credentes eum esse bonum , & uerum pauperem , non tamen fallimur mercede , quo ad Deum . Et ueritate , scilicet , simplici intentione beneficia praestemus , non propter iactantiam , aut propter aliquod commodum temporale , sed solum propter Deum . Sic enim agentes reportabimus ab eo gratiam in praesenti , & gloriam in futuro . Quam nobis praestare dignetur , &c.

Dominica Secunda post Trinitatem, Sermo Secundus de Euanglio .

Hoc o quidam fecit cenam magnam , & uocauit multos . Luc. 14. Pro introductione praesentis sermonis mouetur quæstio talis . Vtrum quilibet uocatus ad cenan uitæ eternæ , sit eam percepturus , atque in ea perpetuo permanens ? Ita quæstio simul duo que rit . Primum est de perceptione cenæ eternæ , à quolibet uocato ad eam . Secundum est de permansiōne in dicta cena . Pro solutione utriusque partis questionis præmittendum est , quod contingit aliquem uocari ad hanc cenam , dupliciter . sufficienter , & efficienter . Item talis uocatio pō fieri , alio modo dupliciter , scilicet , ēm præsentē iustitiā , aut ēm finalē Dei ordinationē . His suppositis ponā aliquas veritates .

PRIMA igitur ueritas . Multi uocantur sufficienter ad cenan uitæ eternæ , quam tamen minimè gustabant . Pacet hęc ueritas de omnibus reprobis , utpote de iudeis , Pagani , Hæretici , & peruersis Christianis , in suis peccatis decedentibus . Tales enim sufficienter uocantur ad cenan agni . Tum per sacras scripturas , quarum etiam infideles de facili

Sermo. I I . de Euang.

33

facili possunt habere . Tum per internas inspirations , quas frequenter immittit dominus in corda hominum . Tum per predicationes , & ceteras exteriōres admonitiones . Insuper Christus sufficienter omnibus prouidi de remediis necessarijs , & congruentibus ad perueniendum ad dictam cenan , utpote de sacramento baptismi quo ad parvulos . Item de sacramento penitentia quo ad adultos subiacentes peccato mortali . Quibus tamen remedij non obstantibus , non omnes gustabunt dictam cenan . Et hoc ideo , quia non redditus se illius capaces per bonum usum prædictorum remediorū . Et hoc uoluit innuere ipse Christus . Matt. 20. cum ait . Multi sunt uocati , pauci uero electi . Da exemplum de ecclesijs collegiatis , & cathedralibus , ad quarum singulas horas canonicas sufficienter uocantur per pulsū campanæ domini canonici recepturi distributiones . Et tamen non omnes recipiunt huiusmodi distributions , cō quod non omnes illuc conueniuntt eō quod forsitan uacant delitijs suis , & uoluntatibus . Et ideo non mirum si distributiones non percipiunt . Alij autem ecclesiam intrant , sed post inceptionem diuini officij , & ideo non intrant chorūm , quia clausa est ianua . Et similiter tales distributionibus priuantur . Ad propositum , illi non intrant ecclesiam militantem , qui sacramenta non percipiunt , ut sunt infideles . Et ideo priuantur tales distributionibus cœlestibus . Alij uero intrant quidem ecclesiam , sed non sanctuarium , sive chorūm , ut sunt mali Christiani . Et similiter tales priuantur dictis distributionibus . Et hoc uoluit innuere Christus sub parabolā de fatuis virginibus , quę non sumperferunt oleum secum . Per quod intelliguntur opera pietatis , sive quęcumque alia bona opera meritoria . Quę cum uenissent ad ianuam dicentes . Domine , domine aperi nobis . responsum est eis à sponso . Nescio uos . Matth. 25. Similiter idem aperte insinuat in præsenti euangelio , ubi legitur paterfamilias , idest , Deus dixisse . Nemo viorum illorum , qui uocati sunt , & uenire , supple , noluerunt , & gustabit cenan meam , idest , gloriam cœlestem non percipiet . Qui ergo damnabuntur , sibi ipsiis imputare debent , &c . non Domino Deo , prout ipsemet testatur . Osee. 13. dicens . Perditio tua Israel ex te . In me aūt , &c . Similiter ipse loquens . Eſ. 5. dicens . Quid est , qđ debui facere uincet meę , & nō feci ,

Dominica. II. post Trinitatem.

S E C V N D A ueritas. Multi uocantur ad cœnam uitæ æternæ secundum præsentem iustitiam, qui si sic decederent, indubie ad illam perciperent, ad quam tamen nunquam perueniret. Hęc ueritas patet de iusto casu, & in peccato finaliter deceſſuro. Ex quo enim talis per casum est nunc in gratia, habet ius ad uitam eternam secundum præsentem iustitiam, & ad eam uocatur, adeo quod si sic decederet, indubie ad illam perueniret. Et tamen talis, nunquam eam habebit, cū sit per casum præficiens ad penam æternam, & in peccato finaliter deceſſurus. Ex quo patet, quod illi turpiter errat, qui dicunt Deum semper accipere per mortem hominem in meliori statu, in quo contingit aliquando eum esse. Si enim sic esset, nulli ueraciter baptizari dabantur. Quod tamen nullus recte mentis aliquando afferre uisus est usque in presentem diem. Constat enim omnes recte baptizatos recipere cum baptismo gratiam spiritus sancti. Predicta ergo ueritas debet incutere magnum timorem nedium malis, uerum etiā actualiter bonis, & illos cautos reddere, ut pro posse studeant in bono perseuerare. Quod facere utique possunt, unā cum diuino auxilio, quod nemini denegatur pro statu isto, & regulariter.

T E R T I A ueritas. Quicunque efficaciter, seu secundum finalem Dei ordinationem uocantur ad cœnam uitæ æternæ, indubie ad eam peruenient. Hęc ueritas probatur tripli ci authoritate. Prima habetur Rom. 9. ubi loquitur Apostolus dicens. Voluntati eius, scilicet, Dei quis resistit? Secunda habetur Esa. 46. ubi sic legitur. Vnu ego, dicit dominus, quia omnis uoluntas mea fieri, & omne consilium meum stabit, id est, dispositio, & ordinatio, seu decretum meum permanebit. Tertia habetur in Ps. ubi dicitur. Omnia, quecumq; uoluit dominus, fecit in Cœlo, & in Terra, in Mari, & in omnibus abyssis. Itē authoritates probant sufficienter, quod uoluntas Dei beneplaciti, de qua loquuntur, semper impletur. Quia quidem uoluntas beneplaciti alio nomine potest uocari uoluntas Dei efficax. Eiusdem etiam sententia est magister sentent. distinet. 45. primi. Similiter Beatus Tho. 1. parte. q. 29. artic. 6. Insuper probatur idem intentum talia ratione. Impossibile est prædestinationem Dei falli, sicut neque possibile est ipsum Deum falli. Sed falleretur, si illi, qui efficaciter

Sermo. II. de Euang.

34

ficaciter uocantur à Deo ad cœnam uitæ æternæ, illuc non peruenirent, igitur &c.

Q U A R T A, & ultima ueritas, & per quam respondetur ad secundam partem quæstui, est talis. Quicunque semel ad cœnam uitæ æternæ intrauerit, nunquam inde exibit. Probatur hęc ueritas per illud Io. 16. Gaudium uestrum nemo tollerat à uobis. Item patet per illud Christi uerbum de electis loquens. Ibunt hi, inquit, in uitam eternam Mat. 25. Item securitas est de essentiā beatitudinis, sic. s. q. quilibet beatus habet securitatem de nunq; amittenda beatitudine, igitur &c.

I T E M, ut arguit doct̄or sanctus. x. 2. q. 5. art. 4. si aliquis intromissus ad gaudium cœlestē, posset ab eo excludi, necessa rīd hoc esset ex parte Dei, aut ex parte sui, aut ex parte alterius. Non quidē ex parte Dei subtrahentis claram sui uisio nē à tali beato, quia cum subtractio beatitudinis sit quādam pœna, non pōt prouenire à Deo, nisi ratione aliquis culpe, maximē cum ipse sit iustus iudex. Culpa autē non pōt cadere in eo, qui essentiam uidet, eō quod ad talē uisionem ex necessitate sequitur rectitudo voluntatis. Et sic patet, q. nullus semel beatus pōt beatitudinem amittere ex parte Dei. Et hoc intelligendum est de potentia Dei ordinata. Secus autem de potentia illius absoluta, em quā pōt euauare cūlum omnibus. Similiter ex parte sui non pōt beatus excludi à cœna uitæ æternæ, quod patet sic. Impossibile enim est, ut aliquis uidens diuinam essentiam uelit eam non uidere, quia omne bonum habitum, quo quis vult carere, aut est insufficiens, & queritur aliud sufficientiē loco eius, aut habet aliqd in cōmodum annexū, propter quod in fastidiū uenit. Sic est autē, q. uisus diuinę essentia replet anima bonis omnibus, maximē cum coniungat eā immediatè fonti totius boni. Propter quod dī in Ps. Sariabor, cum apparuerit gloria tua. Itē. Sap. 7. Venerunt mihi oīa bona pariter cū illa. s. cum contemplatione diuinæ essentie. Similiter non habet aliiquid in cōmodo, dū annexū, quia ut habetur. Sap. 8. non habet amaritudinē, conuersatio illius, nec tēdū cōuictus eius. Ex quibus omnibus cōcluditur, q. beatus non pōt uelle carere cœlesti beatitudine, insuper talis nō pōt à beatitudine excludi per quod cunq; illud agens, quia mens Deo cōiuncta beatificē eleuat super oīa alia, & ita ab hīmōi cōiunctione nullum aliud

Dominica. I I . post Trinit.

agens pōt eām excludere. Et sic patet , q̄ quicunq; scimel ad cēnā uirā xterēn intrauerit , nūnq; inde exhibit , quod erat probandū. Et ideo ut dicit Aug. de ci. Dei. li. 21.c. 17. Origenes non immerit ab ecclēsia reprobatur , eō q̄ posuerit alternantes , sine cēstatiōne beatitudines , & misériae i. quōd beati p̄nt esse miseri , & damnati felices , & beati. De eius etiā reprobatione habes in decretis , dis. 15. Sancta Romana Ecclēsia. Sunt tñ, qui militant pro honore diēli Originis , dicentes , eum dictā hēresim nunquā somniāsc̄ , sed hoc , & multa alia falsa , & hēretica ab emulsi suis , & corruptoribus librorum suorū fuisse sibi falso imputata. Patet ergo solutio ad propositam questionem , qua morta est occasione uerborum pro themate sumptorum , in quib; dicitur , quōd homo quidam fecit cēnam magnam , & uocauit multos .

In p̄senti ergo euangelio de quatuor principaliter fit mentio , uidelicet .

De cēlestis conuiuij preparatione. In principio euangelij ,

De initiatorum friuola excusatione ibi. Et cēperunt si mul , & cat.

De aliorū substituta admissione ibi . Exi citō in plateas.

De initiatorum iusta reprobatione ibi . Dico autem uobis , quōd nemo , &c.

P R I M ò igitur fit mentio in hodierno euangelio de cēlestis conuiuij preparatione , cum dī. Homo quidā fecit cēnam magnā , & uocauit multos. Et misit setū suūm , &c. Hęc igitur prima clausula euangelij potest dupliciter exponi. Primo quidem mysticę. Secundō uero moraliter .

M Y S T E R I U M igitur. Iste homo , qui fecit cēnam magnam , est Christus dñs Deus noster , qui ex humilitate , vult appellari homo , uel filius hoīs , cū tñ sit uerus Deus , & Dei filius , & hoc in confusionē multorū , qui cū sint de infima plebe , uolunt tñ denominari ab accidente aliquo , ut pote , cū sint filii fabrōrum , uolunt appellari nepotes episcoporum , aut abbatum , presertim si aliqui sint , uel fuerint etiam à remotis antiqui tales in tota parentela eorum . Olim enim solus Papa mutabat omen , cum siebat Papa . Nunc autem si aliquis fit Abbas , Episcopus , Archiepiscopus , siue Cardinalis totius fermē progenie , mutatur nomen , ita ut rād̄ nominentur , ut prius , sed potius fratres , aut nepotes , siue cognati talis Episco-

Sermo. I I . de Euangeliis. 35

Episcopi , aut Archiepiscopi , & huicmodi. Huiusmodi uero ti mendaciter iactant se de parenta uoluntas ut n̄ plausibilēt̄ hōrentur . Vnde de talibus meritis potest esse bonus prælatus illud Isaie. 49. Quis genuit mihi filios ? Qui uidebat hōbeant parentes egens , & pauperes erubescunt , quod hoc sciatur . Et ideo sunt in hoc similes curdā mulo , d̄ quod fabri latur , quōd cum interrogaretur , quenam fuisse mater eius , ad hoc non respondebat , sed dicebat se esse filium Bacchali , qui fuit equus potētissimus Alexandri Magni , & cū quo multas egregias uictorias fecerat . Cumq; , qui eū interrogabat , diceret ei , q̄ non interrogabat eum de patre , sed de matre , ille ad hoc respondere solebat , sed de proposito , quōd sciret , quōd mater sua fuisse pauper asina depilata , Italica Asina spellata . Applicatio est facilis .

N O T A N D V M est autem conformiter ad Dominum Hugonem Cardi. in postilla sua , quōd homo iste Christus fecit triplēcē cēnam , scilicet .

Magnum , Maiorem , Maximam .

P R I M O igitur fecit homo Christus cēnam magnam , per quam intelligitur doctrina euangelica . De qua potest intellegi illud Isa. 21. Pone mensam . Er infra . Comedentes , & bibentes surgite . Hęc autē cēna , dī magna propter quatuor . Primō quidem , quia dominus cēnā illius est magnus , & rex magnus super omnes Deos . Secundō uero , quia omnes conuiui sunt magni , scilicet , omnes illi , qui libenter audiunt loqui de Sacra Scriptura . Tertiō autem , quia omnes seruatores illius , & ministri sunt magai , scilicet , uiri Doctores Theologi , & Sacré Scripturę expositores . Quartō , & postremō , quia ferula , que ibi apponuntur , sunt magna per quā designantur quatuor sensus Sacra Scripturę , qui sunt sensus Historicus , Tropologicus , Allegoricus , Anagogicus . Verum circa ista ferula uiri docti , & literis sacris detinunt inuenient magnum saporem , & delectationem . Secus de uiris mundanis , & ignarioris . Talibus enim fastidium , & quasi naufragium generant prædicta ferula ; ita ut uideantur dicere illud , quod olim impij iudæi dicebant , de manna . Anima nostra naufragat super cibo isto leuissimo . Num. 21.

Dominica. I I . post Trinitatem.

SE C V N D' O . Christus fecit cœnam maiorem in die cœna in Hierusalem in cœnaculo magno strato, ut legitur. Luc. 22. Nam ibi discubens cum discipulis suis proposuit eis quatuor fercula uaria . Primum fuit panis azymus . Secundum agnus typicus assatus . Tertium lactucæ egrestes . Quartum caro sua, & sanguis suis . Et per hæc quatuor designantur quatuor, que debent habere, quotquot accedunt ad altaris sacramentum . Primò enim debent esse puri , & mundi interius, uelut panis azymus exterioris . Secundò debent esse agrestes per peccatorum dolorem, & contritionem . Tertiò debent esse obedientes Deo , & Ecclesiæ pastoribus , sicut agnus pastori suo . Vel dic, quod debent esse affliti per ardorem charitatem Dei, & proximi . Quartò debent habere fidem sinceram de hoc sacramento credentes firmiter ibi contineri Christi ueram carnem, & uerum sanguinem . Prouer. 23 . Quando federis, ut comedas cum principe, diligenter attende, quæ sunt posita ante faciem tuam . Et sic patet de secunda cœna .

TE R T I Ó Christus fecit cœnam maximam in celo omnibus amicis suis . Esa. 25 . Faciet Dominus omnibus populis in monte hoc cœnū pinguium : In hac cœna proponentibus omnibus electis fercula delicatissima, & preciosissima p quæ designantur immensa gaudia æterna . Luc. 22 . Ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo . Merito autem futura gloria refectio cœna appellatur, & hoc propter tria . Primò propter temporis congruitatem , quia post ipsam nulli restat conuiuū . Secundò propter ferculorum deliciositatē Psal . Parasti in dulcedine tua, &c . Tertiò propter discubentium paucitatem . Matt. 22 . Multi sunt uocati, pauci uero electi : Et de hac cœna singularius loquitur Christus sub parabola in præsenti Evangelio, cū ait . Homo quidam, id est, ipsemet Christus, fecit cœnam magnam, id est, præparauit omnibus sufficienter refectionem æternam . In hoc scilicet, quod ianuam cœli aperuit, & media illhuc perueniendi cœtulit . Ad hanc igitur cœnam inuitantur omnes . Quod præfiguratum fuit in conuiuio Assueri, qui inuitauit omnem populum, qui erat in Suis . Hester primo .

CI R C A quod notaandum, quod ad dictam cœnam aliqui libenter uenient, quales sunt veri obediētes uoci Domini, & qui aspirant quotidie ad illa cœlestem gloriam . Talis era Psal-

qui

Sermo. I I . de Euang.

36

qui dicebat . Situit anima mea ad Deum fontem uitium, quando ueniam, & apparebo, &c . Talis etiam erat sanctus ille senex Simeon, qui Christo amplexato periuit dimitti in pace Luke. 2 . Talis denique erat Apostolus Paulus, qui dicebat: Desiderium habeo dissolui, & esse cum Christo . Phil. 1 . Dicat ergo anima deuota sponso suo Christo illud Cant. 1 . Trahe me post te . Ecce quomodo aliqui uenient libenter ad prædictam cœnam cœlestē . Alij autem illhuc veniunt, quasi uiolenter trahi, ut sunt illi, qui aduerfa sentientes aspirant ad æterna gaudia peruenire . Vnde Psal . Multiplicatè sunt infirmitates corum, postea accelerauerunt . Et Greg. Mala, quæ nos hic preuentur, ad Deum ire cōpellunt . Vnde parabolicè dicit Dominus cœnam seruo suo de nolentibus uenire sponte de cœnam paratam . Compelle, inquit, intrare . Nam paupertas quodammodo cōpellit homines illhuc intrare . Hinc Christus Matt. 11 . ait regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud, id est, illi, qui uiolenti, seu necessitatem patiuntur, dummodo in tali uiolentia patientiam habeant propter Deum . Alij vero ad dictam cœnam multipliciter inuitantur . Cum bonis inspirationibus interioris . Tum prædicatorum uerbis exterioris . Tum multitudine beneficiorū . Tum diuertitiae flagellorū . Et ideo Can. 6 . dicitur quater . Reuertere . Sed miseri, & fatui nolunt venire, ut sunt illi, qui in flagellis Domini indurant, & deciores fiunt . Similiter, qui uerbum Dei cōtemnunt . Itē qui inspirationes interiores respūnt, & huiusmodi . Et de talibus loquitur Dominus Proue. 1 . dicens . Vocauit, & renuisti .

MORALITER homo, qui fecit cœnam magnam, & uocauit multos ad eam, rectè designat quemlibet virum operibus misericordie, & pietatis deditum, ut sunt nonnulli diuites huius seculi, siue Ecclesiastici, siue Laici . Tales tamen sunt pauci : Propter quod singulariter dicitur . Homo quidam . Huiusmodi ergo uir misericordie, & præsertim habens multam substantiam, cum videt pauperes famili laborare, & caristiam uictualium mundi affigere, statuit apud se certis diebus hebdomadę, siue certis horis diei annonam omnibus pauperibus ad se uenientibus dare . Cuius ordinatio, seu consuetudo, quamprimum ipsis pauperibus innoteſcit, obtinet uocationis locum . Vnde inter huiusmodi viros misericordie, nonnulli iuxta facultatem suam dant plus, aut minus, ipsis pau-

E 4 peribus .

peribus. Aliqui nempe faciunt simplicem elemosynam de pane. Alij de pane, & pulmento. Alij adiungunt carnes, sive laetitiae. Alij denarios, & huiusmodi. Talis enim erat beatus Syluester Papa, de quo legitur, quod habebat in scriptis numerum uiduarum, oī pharorum, ac ceterorum pauperum notabiliter egentium, Romē habitantū. Talibus ergo ueris pauperibus debent diuites sua distribuere, portius quam cognitis, affinibus, aut uiciniis, nisi forsan tales egeant. Et hoc est, quod Dominus loquitur Luc. 14. dicens. Cum facis prandium, aut cenam, noli uocare amicos tuos, neq; fratres, neq; cognatos, neq; uicinos, neq; diuites. Non quidem, quia hoc malum sit, sed quia præmio caret quo ad Deum. Nam prædicti, cum inuitantur ab alijs, postmodum eos ex quadam urba nitate inuitant, ne de ingratitudine notentur. Et ita per hunc modum præmium sui conuiuij in præsenti recipiunt. Vbi tamen quis inuitat ad prandium, uel cenam amicum, fratrem, aut uicinū, non quia talis, sed quia pauper, & propter Deum, talis præmiabitur à Deo in celo. Qui ergo sint inuitandi, apertè insinuat Christus, cū subdit ubi supra, dicens. Sed cum facis conuiuum, uoca pauperes, debiles, claudos, & cecos, & beatus eris, quia nō habent retribueri ribi. Retribuetur enim tibi in Resurrectione iustorum, id est, in die iudicij, cum dicit Dominus his, qui propter eum beneficerunt pauperibus. Venite benedicti, &c. Esuriui, & dedi tis mihi māducare, &c. Matt. 25. Quod autem pauperibus sui generis sit subueniendum, etiam præ ceteris, patet exemplo Thc. bie, de quo legitur eiusdem. 2. quod cum esset dies festus Domini, & factum esset prandium bonum in domo sua, dixit filio suo. Vade, & adduc aliquos de tribu nostra timentes Deum, ut epulentur nobiscum. Dicit etiam Apo. 1. Timo. 5. quod si quis suorum, & maximè domesticoū curam non haberet, fidem negavit, & est infidelis deterior. Et sic patet de prima parte præsensis Euangeli, in qua fit mentio de cœlestis cōuiuij preparatione.

S E C U N D O in eodem Euangeliō fit mentio de fruola, & uana excusatione eorū, qui ad dictum cōuiuiū fuerat inuitati, cum subditur. Et cœperūt omnes simul excusare. Hoc tamen verbū intelligendū est tantū de illis, qui ad dictū conuiuum uenire noluerunt. Et ut dicit Ambr. ideo se excusant, quia nemini intercluditur regnū, nisi quē suę uoci profilio excludit.

excludit. Quod intelligendū est de professione exteriori, uel interiori. Nemo enim excluditur à regno cœlesti, nisi pro peccato exteriori, aut interiori. Magna ergo ex parte Dei inuisitantis notatur liberalitas, & bonitas in hoc, q̄ misit seruum tuum hora cęnę dicere inuitatis, ut ueniret, quia iam parata sunt omnia. Magna etiam ex parte inuitatorū notatur ingratitudo, & negligētia, cō quod cœperunt omnes simul se excusare. Da exemplum de rege terreno faciente unum magnum banquetum, ad quod inuitari facit tales, & tales. At illi pleni ingratitudine, & rusticitate nolunt uenire.

N O T A N D U M autem, quod nolentū uenire ad cęnam æternam, sed se excusantū, triplex est differētia in periculis, secundum q̄ innuitur in præsenti Euangeliō. Hi ergo sunt.

Superbi. Auati. Luxuriosi.

P R I M I igitur sunt superbi. Et tales designantur per illum, qui se excusauit, ne ueniret ad cęnam dicens. Iuga boum emi quinque, & eo probare ea. Meritè ergo superbi designantur per quinque iuga boum. Tum quia secundū quinque sensus corporeos ostendunt suam superbiā, ut pote, per extollentiam oculorum, per grauem, & ponderosum gressum, per os, seipso inaniter laudando, per aures, humanā laudem libenter audiendo, per nares, sive olfactū, odores redolentes libenter percipiendo. Tum quia tales iunguntur in unū per imitationem, iuxta illud Eccl. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui cōmunicauerit superbo, induet superbiam. Et est sensus, q̄ sicut per difficile est tangere picem, & ab ea nō inquinari, cō quod est magnè adhærentię, ita per difficile est cōmunicare cum homine superbo, & non esse superbium. Quia ut dicit Hiero. 3. parte Epistolarū suarum, Epistola. 8. 5. Talis efficitur homo, qualitū societate fruatur: Tum quia hi iusmodi superbi more boum sunt spiritualiter cornuti per arrogantię, & animi elationē, ita vt suis cornibus, id est, verbis arrogantiibus plerunque feriant ueros humiles, & simplices. Sunt etiam similes Leonibus. Nam sicut leo secundū Amb. in Hexameron. lib. 6. ca. 3. propter uim naturę suę est superbus, atq; ferocitatę suā generibus aliarū ferarū misere nescit, sed quasi rex quidā plurimorū deditgatur cōsortiū. Quæ autē se cōsociare fera audeat, cuius uoci tantus terror naturaliter inest, vt multa animantiū, quę per celeritatē possunt eius im- perum

Dominica. I I . post Trinitatem.

petum euadere, rugientis eius sonitu, uelut quadam u, attinata deficiant. Hec Ambr. Applicatio est facilis de superbis, qui uerbis arrogantia, & elatione plenis attonitos reddunt simplices, & ueros humiles. Ecce quare, & quomodo per quinque iuga boum intelliguntur superbii, & elati homines. Tales ergo eti non uerbis, tamen factis excusant se, ne uadant ad cenam uitæ æternæ. Et ideo non miru, si ab ea excluduntur. Dicente Psal. in persona Domini. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam.

S E C V N D I se excusantes sunt auari. Vnde subditur in textu. Et alius dixit. Villam emi, & necesse habeo exire, & uiderem illam. Ecce auaritia, & sollicitudo temporalium, per quam plerique impeditiuntur à perceptione æterna cœnam. Et de hoc habemus historiam de diuite epulone, quem amor temporalium exclusit à celo, & inclusit in infernum. Luc. 16. Econtra autem contemptus huiusmodi temporalium disponit hominem ad cœnā uitæ æternæ, dicens Christo. Matt. 5. Beati pauperes spiritu, quoniā ipsorum est regnum cœlorum. Notandum autem auarus in sua excusatione allegat, dicens: Villam emi, & necesse habeo exire, & uidere illam: quia plerunque auarum, & diuites huius sæculi cum uocantur per suos campanas ad prædicationem, sive ad diuinorum auditionem in die festo excusant se dicentes, quod oporet eos exire foras, sive causa uisitandi maneria sua, sive causa mercandi in talibus, uel talibus nundinis, sive alia de causa. Et ideo talibus loquens Dominus Matt. 6. ait. Nō potestis Deo seruire, & Mammong. Sed profectò resescenda est huiusmodi excusatio tanquam fruula, & ante omnia uacandū diuinis, dicente eodē Dominus ubi supra. Quærite, inquit, primam regnum Dei, & iustitiam eius.

T E R T I I se excusantes à cena dominica sunt luxuriosi. Vnde in Euangeli subditur. Et alius dixit. Vxorem duxi, id est, carnalem uoluptatem, & ideo non possum uenire. Nec tamen est intelligendum, quod coniugium secundum se impedit hominem simpliciter à perceptione æterna cœnam, sicut olim dixerunt quidam hæretici, qui ideo reprobantur in decretis. 24. quæst. 4. quidam autem hæretici. Sed tantum propter abusus, qui plerunque in eo à multis perpetrantur, sicut dixit Raphael Thobie juniori, cū persuasi illi, ut duc-

Sermo. I I . de Euang.

38

ret Saram in uxorem. Thobie. 6. Vel dic, q[uod] ista excusatio, que dicitur. Non possum uenire. referēda est ad cōcupiscentiā carnis, que simpliciter impedit salutē hominis, iuxta illud Ro. 8. Si secundum carnem uixeritis, moriemini, supple, morte culpe, & gehennæ. Dicit etiam Apost. Gal. 5. quod qui opera carnis perficiunt, regnum Dei non consequentur. Qui ergo cauſa explendit libidinis principaliter ducit uxorem, aut qui carnales uoluptates extra matrimonium sectantur, talis meritò potest dicere Dño uocanti eum ad cœnam cœlestem. Vxorem, duxi, & ideo non possum uenire. Et sic patet de tribus peccatis, quæ, proh dolor, pene infinitos uiros, ac mulieres impi diunt à cœna Domini, quæ sunt superbia, auaritia, luxuria. De quibus. 1. Joha. 2. Omne, quod est in mundo, cōcupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia uitæ. Et sic patet de secundo.

T E R T I O principaliter in præsenti Euangeli fit mentione de aliorum substituta admissione. Postquā enim nuncius retulit Domino suo, quod inuitati ad cœnam se excusarent, nec ad eā uenire uellent, iratus paterfamilias dixit ei. Exi citò in plateas, & uicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, cecos & claudos introduc huc. Cumque ille iussionem Domini sui explefset, ait illi. Domine factum est, ut imperasti, & adhuc locus est. Ad quem Dominus. Exi in uias, & ſepes, & compelle intrare, ut impletatur domus mea. Ecce substitutio alio-rum loco in uitatorum, qui noluerant uenire.

C I R C A autem hunc textum possunt moueri aliquæ dubia.

P R I M U M igitur dubium mouetur circa illud uerbum. Iratus paterfamilias. Circa quod queritur. Vtrum Dominus Deus, qui hic paterfamilias uocatur, interdum irascatur? Videlicet, q[uod] non. Ita enim effet quædam paſſio. Modò nulla paſſio habet locū in Deo. Igitur reponſio. Deus non irascit secundū effectum. Qui enim irascitur secundū effectum, mutatur quodammodo in ſemiperfido, & appetit uindictam, ubi prius eam non appetebat, ut experitur omnis, qui irascitur. Modò Deus nō mutatur, iuxta illud Mal. 3. Ego Deus, & nō mutor. Dicitur tamen Deus irasci per effectū. Cū enim uidemus patrē uirga percutere filiū, dicimus eum illi irasci. Ita & cum uidemus Dominū uirga correctionis percutere populi ſuū, dicimus

Dominica. I I I. post Trinitatem.

dicimus eū irasci. Et hoc est, quod loquitur Aug. lib. 15. de c. Dei. ca. 3. 5. dicens. Ira Dei, nō perturbatio animi eius est, sed iudicium, quo irrogatur pœna peccato. Vide ad hunc sensum intelligendum est illud decretum reuertimini 16. q. 1. ubi introducunt uerba diui. Hiero. super Malachiam dicens. Quando fames, & penuria, & omnium rerum egescas opprimit mundum, sciamus hoc ex ira Dei descendere. Hæc ibi.

CIRCA hoc igitur adulterandum, quod dominus irascitur præcipue tribus generibus hominū peccantū. Primum igitur irascitur sapientibus, & doctis hominibus, dū peccant, & grauius, quam indoctis, & hoc ceteris paribus. Da exemplum de Leone, qui parcere solet parvulis, & mulieribus, quia men solet viros fortes inuadere, occidere, & deuorare. Et hoc est, quod dicitur. Luc. 12. Seruus sciens uoluntatem domini sui, & non faciens, plagis uapulabit multis. Hinc figuratiuè legitur Dan. 2. de rege Nabuchodonosor, quod in irā, & furorem conuersus præcepit, ut perderentur omnes habitantes Babylonis. ò quantum igitur timore habent uiri sapientes, & docti male uiuentes. De hoc etiam habemus historiam. 3. Reg. 11. de Salomonе rege sapientissimo, contra quē iratus est dominus, eō q̄ auerſa fuisset mens eius à domino Deo. Similiter legitur etiam Num. 25. dominum præcepisse Moysē, ut tolleret cunctos principes populi, & suspen deret eos contra solem in patibulis, ut sic auerteretur fator eius ab Israel, contra quem, sup. iratus erat propter fornicationem cum filiabus Moab. Secundū irascitur dominus superbis, & elatis. Nam sicut tempestas ualida citius, & fortius inuadit arbores altas, quam bassas, & loca mōtola, q̄ humilia: ita in proposito de Deo in ordine ad superbos. Vñ bene ad propositum uñ facere illud uerbū Pl. Fundamenta montium, i. superbiorū, cōturbata sunt, & cōmota sunt, quoniam iratus est eis. Tertiū irascitur dominus luxuriosis, & lubricis hominibus, ita ut non legatur de eo in tota Sacra Scriptura, q̄ tantū iratus fuerit pro quocunq; peccato, aut tantā ultionem lumpserit, sicut pro peccato carnis. Nam in pēnam huius perdidit pē aquas diluuij penē omnem carnē, & usq; ad uolatilia celi, & bestias terræ, ut pater Gc. 7. Similiter ob eandē causam perdidit Sodomā, & Go. & omne circa

Sermo. I. de Epist.

39.

regionem, & uniueros habitatores urbū, & cuncta terē vi rentia Ge. 11. Insuper propter adulterium David cum Bertha mortuus est parvulus, quem ex ea genuerat. 2. Reg. 12. Hinc ait Apo. Ep̄ he. 5. Quod pp̄ hoc peccatum uenit ira Dei in filios diffid. ntia; idest, de quorum salute diffidimus, ut dicit glo. interl. Propter hoc etiam uitium irascitur dominus ferme toti Christianitati, sicut ad oculū videre est de illis uiris tam nobilibus, quam alijs non nobilibus, tam clericis, quam religiosis, ac ratiis multis; qui laborant morbo abdominali, quem Neapolitanum circa montani uocant, qui consumit carnem, & ossa. Propter quod bene ad proposi tum uidetur loqui psal. cum ait. Iratus est furore dominus in populum suum, scilicet, Christianum, & abominatus est hereditatem suam, idest, abominabilem reddidit Christianitatem apud Iudaos, & Saracenos. Tales enim habent in horrore, & abominationem Christianitatem, cum uident Christianos laborare prædicto morbo propter fornicationes, & adulteria sua: Ecce igitur, quibus specialiter irascitur dominus. Et sic patet ad primum dubium.

SECVNDVM dubium mouetur circa illud uerbum patris familiis ad seruum suum dicentis. Exi cito in plateas, & uicos ciuitatis. item in uias, & septes, &c. Circa quod que ritur, ad quos predicta uerba referantur. Ad quod responderetur, quod illud primum uerbum. Exi cito in plateas, & uicos ciuitatis, allegoricè refertur ad Iudeos, qui olim erant, tanquam ciues, idest, legem, & prophetias, & eloquia Dei habentes. Aliud autem secundum uerbum in quo dicitur. Exi in uias, & septes, refertur ad gentiles, qui olim erant, quasi inculti, & agrestes, idest, legem domini, & Prophetas, similiter, & eloquia domini ignorantes. Ad ci nes ergo, idest, ad Iudaos, primò misit dominus seruos suis prædicatores, scilicet, Apostolos, qui uocarent eos ad cœnam uitæ æternæ. Inter quos aliqui uenerunt, quamvis pauci. Deinde misit dominus eosdem seruos ad homines agrestes, idest, ad gentiles, ut eos uocarent ad dictam cœnam, qđ & fecerunt. Et hoc est, quod dicebant Beatus Paulus, & Barnabas Iudeis Act. 13. Vobis oportebat primum lo qui uerbum Dei, sed quoniā repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Ideo

autem

autem uocari facit dominus iudeos, & gentiles ad coenam illam celestem, ut domus eius impleatur discumbentium, id est, compleatur numerus electorum. Quo completo, finem capiet præsens saeculum. Et sic patet de sensu allegorico prædictorum uerborum.

M O R A L I T E R. Paterfamilias est Christus, ut dictum est, qui mitit seruos suos prædictores in uicos, & plateas, id est, ad urbes magnas, & parvas. Item in uias, & sepes, id est, per villagia, & loca campestria, ut uocet ad coenam uite eternae quatuor hominum generæ, videlicet pauperes, debiles, cœcos, & claudos, id est quosque peccatores. Et hoc exemplo ipsummet qui ait Matth. 9. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. Vnde per pauperes intelliguntur illi, qui carent diuitiis spiritualibus, ut pote, gratia, & uirtutibus. Per debiles intelliguntur illi, qui sunt proni ad malum, & difficiles ad bonum. Item per cœcos intelliguntur illi, qui ignorant ea, quæ scire tenentur. Per claudos uero designantur illi, qui inclinantur corde, & affectu plus circa terrena, quam circa cœlestia: hos enim omnes, quamvis uitiosi sint, non tamen spernit omnino dominum, sed eos saluare cupit, qui etiam vult omnes homines saluos fieri, & ad ueritatis agnitionem peruenire, ut dicit apostolus. 1. Tim. 2. Non enim voluntatis suæ est mors impiorum, sed potius, ut conuertatur, & uiuat. Ezech. 18.

P O S S U M U S etiam prædicta quatuor hominum genera exponere in bonam partem, ita ut per pauperes intelligantur ueri humiles, qui sunt pauperes spiritu, id est, quantum ad sui estimationem, cum tamen coram Deo, sicut ualde diuites, & abundantes spiritualibus bonis. Per debiles intelliguntur illi, qui nihil suis proprijs uiribus attribuiunt, sed totum Deo. Per cœcos intelliguntur illi, qui uisum ab illicitis retrahunt, seu reprimunt. Per claudos uero intelliguntur illi, qui proprios defectus considerant. Omnes enim tales meritò sunt ad coenam domini introducendi. Vel dic, quod per quatuor prædicta hominum genera, qui vocantur ad coenam agni prouidi, designatur, quod homines corpore uiciati non propterea excludentur à regno cœlesti, quinimo communius tales illic ingrediuntur, quam fani, & qui elegantis sunt forme, eo quod habent in se humilitatis, & patientiae man-

teriam, & occasionem. Et sic patet de secundo dubio.

T E R T I U M dubium versatur, circa illud uerbum. Compelle intrare. Circa, quod queritur. Vtrum aliqui compelli debeant ad hoc, quod salui fiant? Ad hoc dubium respondeatur per tres propositiones. Prima igitur propositio. Licet compellere aliquem ad actum exteriorem bonum, & uirtutum de fe, ad quem se ultrò obligavit aliquād o, ut pote, quæ liber christianum ad obseruādū ea, quæ sunt religionis christianæ, qualia sunt præcepta Dei, & ecclesiæ. Item licet compellere quolibet clericum ad obseruandum ea, quæ sunt sua uocationis. Et similiiter quenlibet religiosum ad hoc, quod obseruet ea, quæ distinxerant labia sua, & sic de alijs. Secunda propositio. Non licet aliquem compellere ad actum uirtuosum, ad quem nunquam ille se obligauit. Verbi gratia. Non licet compellere iudeos, aut infideles ad fidem scriptiendam, eo quod credere est voluntatis. Ut enim dicit Augustus. Cetera potest homo nolens, credere autem non nisi uolens: hoc etiam prohibet ecclesia, ut patet in decretis. dist. 45. de iudeis, ubi sic legitur. De iudeis præcepit sancta Syndodus nemini deinceps ad credēdum uim inferre. Cui enim vult, Deus miseretur, quem uult, indurat. Non enim tales in uiti saluandi sunt, sed uolentes, ut integra sit forma iustitia. Deinde subditur. Suadendi sunt, non impellendi. Scribitur etiam. 23. queſ. 6. uides, quod nullus inuitus sit bonus. Patet ergo, quod tales infideles non sunt compellendi ad fidem. Sunt tamen compellendi etiam ui armorum, ut fidem non impediant, siue uerbis, siue persecutionibus apertis. Tertia propositio, heretici, & qui à fide Christi apostatauerunt, sunt compellendi etiam corporaliter intrare ecclesiam, à qua quandoque recesserunt. Vnde recte de talibus uidetur esse intelligendum prædictum Christi uerbum. Compelle intrare. Et sic patet ad dubium.

Q U A R T O principaliter in presenti Euangeliō fit mentio de inuitatorum ad coenam iusta reprobatione, cum ait paterfamilias. Dico autem uobis, quod nemo uitiorum illorum, qui vocati sunt, & qui se, supple, excusauerunt, ne uenirent, gustabat coenam meam. Item in predictis uerbis aperte insinuat̄ iusta reprobatio iudeorum, qui primò vocati sunt à Christo, & apostolis ad coenam

Dominica. I I I . post Trinitatem.

nam uitæ æternæ , sed noluerunt uenire credendo in ipsum Christum . Deprecamur igitur charissimi ipsum p̄ijssimum Christum , quatenus donet nobis , efficaciter ad dictam cœū tandem peruenire . Eo præstante , qui cum patre , & spiritu sancto uiuit , & regnat per immortalia sœcula . Amen .

Dominica Tertia post Trinitatem , Sermo Primus de Epistola .

HV M I L I A M I N I sub potenti manu Dei . 1. Petr . 5. Multa dicuntur de Deo in Sacra Scriptura , quæ tantum Metaphorice sunt intelligenda . Alias si secundum propriam , & Grammaticalem significationem sumuntur , abusivè , & erroneè de eodem dicuntur . Cum ergo dicitur dominus Deus in Sacra Scriptura oculos habere , ut ibi Eccl . 23. Oculi domini multo plus lucidiores super solem . Item ibi Heb . 4. Omnia nuda , & aperta sunt oculis eius . Ita pro tanto loquitur scriptura ad declarandum profundam scientiæ Dei cognitionem , ut pote , apud quem nullum latet secrètū . Item cum dicitur ipse dominus aures habere , ut patet per illum textum Psal . Préparationem cordis eorum audiuit a uerbi tua . Item ibi . Inclina aurem tuam mihi , & exaudi uerba mea . Item ibi . Parali . 6. Aures tuæ sint intentæ super doministam die , ac nocte . Per hæc omnia , & similia subintelligendum est , ut prius , scilicet , quod ipse dominus omnia scit , omnia intellegit . Similiter cum idem dominus dicitur os habere , ut patet per illum textum Numeri . 12. Ore ad os loquor ei . Et sunt uerba domini de Moysi loquentis . Item per illum textum Deuter . 8. Non in solo pane uiuit homo , sed in omni uerbo , quod procedit de ore Dei . Per hoc denotatur manifestatio diuinorum consiliorum , & secretorum , quoconque modo fiat . Et hoc totum propter similitudinem ad hominem , qui per os suum mentis conceptum indicat . Insuper cum dicitur dominus pedes habere , ut patet per illum textum Psal . Dixit dominus domino meo , sedē à dextris meis . Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum . Per hoc insinuat̄ stabilitas ipsius . Ceterum cum dicitur brachium habere , ut patet per illum textum Psal . In brachio

Sermo I . de Epist .

41

Ulio virtutis tuae : dispersisti inimicos tuos , manifestatur ipius Dei omnipotens . Postremò cum dicitur manum habere referendum est ad ipsius operationē , secundum q̄ loquebatur sanctus ille Iob ad ipsum Dominū dicens . Manus tuae Domine fecerunt me , & plasmaverūt me tortum in circuitu . Eiusdē . 10. Et ad hanc sensum loquitur Apost . Petrus in uerbis præsumptis dicens . Humiliamini sub potenti manu Dei .

In præsenti ergo Epistola beatus Petrus hortatur nos ad tria , uidelicet .

Ad perfectam humilitatem . In principio Epistola .

Ad debitam sollicitudinem . ibi : Omnem sollicitudinem , &c .

Ad uitæ sobrietatem . ibi : Sobrij estote , &c .

Quartū ostendit Dei largitatem . ibi : Deus autem omnis gratia , &c .

P R I M Ó igitur clauicularius cœli Petrus in principio Epistole præsentis hortatur quoque fideles ad perfectam , & ueram humilitatem , cum ait . Fratres humiliamini sub potenti manu Dei . Cuius ratio assignatur , cum subditur , ut uos exalteat in tempore uisitationis , id est , in die iudicij generalis , ut dicit inter alia . quod scilicet Dominus uisitabit gregem suum separando oves ab haedis statuendo oves à dextris , hædos autem à sinistris , ut legitur Matt . 25 . Et bene præmittit Apostolus Petrus humiliationem exaltationi , quia iuxta Domini sententiam . Omnis qui se humiliat , scilicet in præsenti , exaltabitur , sup in iudicio , & futuro sœculo .

N O T A N D V M est autē circa præsente textum , q̄ meritò debemus humiliari sub manu Dei , & hoc quintuplici rōne .

P R I M Ó quidem ratione uniuersalitatis . Nam manus eius omnia simpliciter continet , quæ cœli ambitu continetur . Vnde Pſal . In manu tua Dñe omnes fines terræ . Quinimo continet cœlum , & terram , mare , & omnia , quæ in eis sunt .

S E C U N D Ó ratione potestatis . Est enim manus Domini adeo potens , & fortior , quod nullus potest se ab ea liberare , qui ab ea semel apprehensus fuerit . Iob . 10. Nemo est , qui de manu tua possit eruere . Hoc idem etiam uerbum dicit Dominus Deute . 32 . dicens . Non est , qui de manu mea possit eruere . Vnde Sap . 16 . Tuam manum Domine effugere impossibile . Hinc Ouid . in Epistolis . Quid fugit Enceladus , sub luce semper erit . An nescis longas regibus esse manus ?

Ser . Do . G . Pég . Pars Actiū .

F . TERTIUS .

Dominica III. post Trinit.

TE R T I Ó ratione altitudinis. Est enim manus Domini valde alta, ita ut tangat celum, dicente eodem Dño Deut. 3. 2. Leuabo ad celum manum meam, & dicam, uiuo ego in aeternū. Nonne ipse Dominus bene leuauit manū suam ad celum, quando inde eiecit Luciferum cum complicibus suis, & ipsū deiecit in abyssum inferni? vt habetur Esa. 14.

QU A R T Ó ratione liberalitatis. Nam manus Domini largitur cunctis uiuentibus uitæ necessaria, dicente Psal. Oculi omniū in te sperant Domine, & tu das illis escam in tempore. Aperis tu manum tuā, & imples omne animal beneficio ne, id est, conuenienti refectio. Et alibi. Aperiens te manū tuam omnia implebuntur bonitate. Practica quemodo tempore famis, & sceleritatis terra: Dominus quodammodo claudit prædictā manū liberalitatis, quam aperit tempore fertilitatis, & ubertatis. Et ideo orandum est humi iter ingruente fame, ut illam aperiat dicendo illud Psal. Emittit manū tuam de alto, quæ scilicet, nobis tribuat uitæ necessaria. Quod cum fecerit, tunc meritò poterit cum gratiarū actione dici de eo illud Proverb. vlt. Manum suam aperuit inopis, id est populo indigenti.

QUIN T Ó ratione feueritatis. Quandoq; enim feuerē sanguinat manus Domini hominē peccatorem, siue infirmitate, siue bonorum amissionē, siue quacunq; alia aduersitate, ita ut meritò ipse homo dicere possit illud Ruth. 1. Egressa est manus Dei contra me. Nec cessat à uerbere, quo usque homo fateatur culpam suam se humiliando. Nota exemplū de propria uirga percussiente filium suum. Bene ergo ad propositum intelligitur dictum beati Petri in præsenti Epistola dicens. Humiliamini, uos supp. flagellati à Domino, subponenti manu Dei.

NO T A N D V M etiam, quod sicut in manu hominis sunt quinque digiti, scilicet pollex, index, medius, medicinalis, auricularis, ita suo modo in manu Domini possumus contemplari prædictos quinque digitos.

PRIMVS igitur digitus manus Domini vocatur pollex. Dicitur aut in manu hominis ille digitus pollex, qui præcepit nos pollex virtute, grossitudine, & grauitate. Isto igitur digito tangit nos Dominus quoties fortiter nos grauit aduersitatibus huius seculi, ita ut meritò dicere possumus illud Ex. 8.

Digitus

Sermo I. de Epif.

42

Digitus Dei est hic. Hunc itaq; digitū cupiunt mali à se removet, cō quid nolunt aduersa pati in præsenti. Quinimo sub tali digito murmurant contra Dominum, dicentes ei illud Iohan. 20. Noli me tangere. Boni uero, & patientes sub flagelis Domini rogant eum, ut ipsos puniat in præsenti, ne eos puniat in futuro, dicentes cum Augustino. Hic ure, hic seca, ut in aeternum parcas. Tales itaque uidentur eidem Domino dicere illud Iohan. 2. 1. Infer digitum tuum huc, scilicet in corpus meum ipsum in præsenti flagellando.

SE C V N D V S digitus manus Domini vocatur iudex ab indicando. Nam sicut homines digito, qui index dicitur, indicant, & ostendunt occulta, ita & Dominus isto digito indicat nobis suam uoluntatē in sacra scriptura. In cuius rei signū idem Dominus olim tradidit iudicis per manus Moysi duas tabulas lapideas scriptas digito suo. Exo. 3. 1. Item ipse Dominus eodē digito iudicat nobis in eadē scriptura multa alia, utpote, quæ sunt credenda, agenda, fugienda, desideranda, & huiusmodi. Hac etiam de causa Dei filii in hunc mundum uisibiliter, & in forma humana uenire dignatus est, ut scilicet, nobis omnibus indicaret uiam salutis aeternæ. Vnde & euidam adolescenti aperte indicauit hanc uiam, cum ait illi. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Matt. 19.

TE R T I VS digitus manus Domini uocatur medius. Ille enim digitus in manu hominis uocatur medius, qui mediat inter duos, & duos. Sic & in manu Domini digitus medius est Christus, qui mediat inter Patrem, & Spiritum Sanctū in ordine Sanctissimæ Trinitatis, siue secundū emanationē, seu origine. Non est ergo ibi intelligenda mediatio localis, seu positionis, sicut in rebus corporalibus cōtingit. Vel dic, quod idem Christus, secundū quod homo merito uocatur digitus medius, cō scilicet, quod mediat tanquā aduocatus noster, seu procurator inter Deū Patrem, & nos. Ipse enim est lapis angularis, qui fecit utraq; unū. Vnde Apost. 1. Tim. 2. uocat eum mediatorē Dei, & hominum. Hinc etiā Bern. loquitur dicens. O' homo securum accessum habes apud Deum, matrē ante filiū pectus, & ubera illi ostendente, filium ante patrem latus, & uulnera illi demonstrantem. Nulla ergo ibi poterit esse repulsa, ubi tot concurrent charitatis insignia. Quartus digitus manus Domini uocatur medicinalis, siue medicus.

F 2

Quartus

Quartus enim digitus manus humanæ vocatur medicus, eò quod cum ea solent medici tangere venas, sive arterias hominis. Ita & quartus digitus manus Domini meritò appellatur medicus, eò quod eo mediante summus medicus Dominus noster medetur animabus nostris, nos à peccatis sanando, & præcipue in sacramentali confessione, & absolutione. Ipse enim est ille peritissimus medicus, q. de seipso loquens Matt. 9. ait. Non est opus ualentibus medico, sed male habentibus. Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores: Item Augustinus de uestib. Apostoli. ser. 9. expponens illum textum Pauli. Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, dicit sic. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla causa est medicinae. Si uenit de celo magnus medicus magnus per totum orbe terræ iacebat agrotus. Ipse agrotus genus humanum est. Hæc Augustinus, ubi supra.

V i **N** **T** **V** **S** digitus manus Domini vocatur auricularis, & hoc per similitudinem ad quintum digitum manus hominis, qui auricularis dicitur, eò quod cum ipso solent frequenter humanæ aures purgari, & mundari. Sic Deus Pater habet digitum, quo purgantur aures interioris hominis, qui est Spiritus Sanctus. Si enim eum uocat Ecclesia in illo hymno. Veni creator spiritus, dicēs. Tu septiformis munere, dexterè Dei tu digitus. Hic est ergo digitus ille, de quo loquens Christus iudeus Luce. 11. dicebat. Si in dito Dei, id est, in uirtute Spiritus Sancti, ciicio demona, id est, remitto peccata, profecto peruenit in uos regnum Dei, id est, graria eiusdem Spiritus Sancti. Patet ergo de quinque digitis manus Domini. Quæcum sit talis, ac tanta, ut tales habeat digitos, & meritò debemus sub ea humiliari, secundum quod nos admonet beatus Petrus in prima parte presentis Epistolæ dicens. Humiliamini sub potenti manu Dei.

C **I** **R** **C** **A** quod iterum notandum, quod sub potenti manu Dei humiliantur creatura diuersimodè, uidelicet.

Inuitè. Spontaneè. Occasionaliter.

P **R** **I** **M** ò quidem inuitè, & coactè. Et hoc modo humiliati sunt sub potenti manu Dei demones, quidam detinunt eos de summo celi fastigio in profundū inferni, ut habetur Esa. 14. Item quando idem Dñs homo factus eiecit eos ab obsecris corporibus. Vnde Luc. 4. legitur, q. cum ad ipsum Christum semel

semel adducti fuissent multi demoniaci, ut curaret eos, & ille singulis eorum manus imposuisset, continuò exhibunt demona ab eis clamantia. Clamantia, inquam, quia inuitè obediebant ei. Item idem Deus, & Dominus inuitè eiecit principes huius mundi, id est, diabolum foras in sua passione, eo teste, qui ait. Iohan. 12. Nūc princeps mundi huius eiecit foras. Conformater etiam ad ipsos demones omnes reprobri humiliabuntur inuitè, & coactè sub potenti manu Dei in die iudicii, quando scilicet, prolatâ illa terribili sententia. Ita maledicti in igne æternum, velint, nolint, descendebat in infernum uiuentes. Bene ergo ad propositum loquitur Psal. ad Dominum dicens. Manus tua gentes disperdidit, id est, disperdet, sup. in die iudicii. Sed quas gentes? Certè gentes peccatores. Quilibet ergo damnatus meritò potest dicere illud Ruth. 1. Egredii est manus Dei contra me. Item illud Iob. 30. Conuersus es, sup. Deus, mihi in crudelem, & in duritia manus tuae aduersaris mihi. Ecce quomodo tam demones, quam homines reprobri humiliantur in inferno inuitè sub omnipotenti manu Dei.

S **E** **C** **V** **N** **E** ò sub potenti manu Dei humiliantur aliqui spontaneè, ut sunt iusti, & ucri obedientes, similiter & uiri penitentes: Qui enim spontaneè uenit ad confessionem, confessus siuum reatum, & se submittens clauibus Ecclesiæ, atque corde cōtrito petens humilietur à Deo, & ab Ecclesiæ ministro absolucionis beneficium, talis realiter, & ueraciter humiliatur sub potenti manu Dei. Dicat ergo, quilibet talis ad Dominum illud Psal. Fiat manus tua, ut saluet me. Taliter spontaneè se humiliavit sub potenti manu Dei Rex David, cum clamauit ad Dominum dicens. Peccavi. 2. Reg. 12. Item idem alia uice taliter se humiliavit, cum scilicet, uidit angelum Dei cedentem populum suum, & ait. Ego sum, qui peccavi, ego iniquè egī: Isti, qui oues sunt, quid fecerunt? Vertutat obsecro manus tua contra dominum patris mei. 2. Reg. 14. Similiter taliter se humiliavit sub potenti manu Dei Rex ille Ezechias, cui cum dixisset Esaias ex parte Domini, ut disponeret domui suæ, eò quod moriturus esset, continuò conuerterat faciem suam ad parietem, & fleuit fletu magno. Propter quod meruit prolongationem dierum suorum à Domino. Esa. 38.

Dominica III. post Trinit.

TE R T I ò aliqui humiliantur sub potenti manu Dei occasionaliter, ut sunt illi, qui sentientes flagella Dei super se, inde humiliantur, ut iam exemplificatum est de rege Ezechia. Hac etiam de causa humiliatus est saltus apparetur, sub potenti manu Dei ille sceleratissimus Anthiochus, de quo legitur. 2. Mach. 9. quod cum percussisset eum dominus insanibili, & invisibili plaga, ita ut de corpore eius uermes scaturirent, ac uiuentes in doloribus carnes eius effuerent, odore etiam, & fetore illius totus exercitus grauaretur, quem etiam fetorem nec ipse ferre posset, ait. Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. Hæc ibi. Talis ergo meritò dicere poterat illud p̄f. Quoniam grauata est super me manus tua, conuersus sum in crux mea, idest, tunc primò cognoui culpam meam, & arrogatiā me humiliando, dum configurat spina, idest, dum sensu aculeum pœna corporalis. Vnde Greg. Oculos, quos culpa claudit, pena aperit. Similiter sub potenti manu Dei humiliatus est occasionaliter rex Manasses. Nam, ut legitur. 2. Paral. vlt. ipse propter peccata sua captiuus ductus est in Babylonem. Quod ille cernens humiliavit se, & ait ad dominum. Peccavi domine, peccavi, & iniquitatim meam ego agnoscō. Perorogans te domine, remitte mihi, remitte mihi, ne simul perdas me cum iniquitatibus meis, neque in eternum reserues mala mihi, quia indignum saluabis me secundum magnam miseri cordiam tuam, & laudabo te semper omnibus diebus uitæ meæ. Ecce quomodo dictus Manasses humiliatus est occasionaliter, sub potenti manu Dei. Sic etiam multi alij fecerunt, cum manum domini super se fenserunt. Et sic pater diffusè de prima parte epistola hodiernæ.

SE C V N D Ø principaliter Beatus Petrus in præfenti epistola hortatur nos ad debitam sollicitudinem habendum, & simul ad modū illius, cum ait. Omnem sollicitudinem uestram projicite in eum. i. in Deum, qui fidelis est. Vnde Aug. Projice te in Deum, non enim tam crudelis est, ut te abiciat, & te cadere permittat. Hinc p̄f. Iacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enuit. Deinde Petrus assignat rationem, cur debeamus projicere omnem sollicitudinem nostram in Deum, cum subdit. Quoniam ipsi cura est de nobis. Sap. 6. Pusillum, & magnum

Sermo I. de Epist.

44

& magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus. Aduertendum tamen, quod non debemus taliter projicere, omnem sollicitudinem nostram in Deum, quasi omittentes facere, quod in nobis est: hoc enim esset tentare Deum, sed sensu est, quod debemus firmiter credere asequi omne bonum per uirtutem Dei.

NO T A N D V M est autem circa hunc textum, quod triplex est sollicitudo, uidelicet.

Humanalis.

Criminalis.

Virtualis.

PR I M A agitur sollicitudo uocatur humanalis, quæ ueratur circa acquisitionem, conseruationem, & dispensationem temporalium bonorum, quæ plurimum reperitur in uiris mundanis, & diuitiis huius seculi, ita ut qui plus habent, de substantia huius mundi, plus communiter sollicitetur quæ si timens, ne huiusmodi temporalia sibi deficiant, non aduertens, quod ipse potius illis deficeret per mortem, quam illa fibi, huiusmodi ergo sollicitudo est moderanda, remouendo illum timorem inordinatum, quo scilicet, homo timeret, ne etiam laborando, & faciendo, quod in se est, non omittendo curam salutis animæ sua, Deus non prouidebat sibi, quod pertinet ad quandam diffidentiam bonitatis, seu prouidentiæ diuinæ. Et hoc utique peccatum est. Nam uero dicit Hier. circa ista temporalia labor exercendus est, sollicitudo uita da, quæ scilicet, prouenit ex prædicta diffidentia prouidentiæ diuinae, hinc Apost. 1. ad Cor. 7. nos admonet dicēs. Volo uos sine sollicitudine esse, scilicet, tanquam diffidentes de Dei bonitate, & prouidentia. Si enim pater noster celestis pascit aquæ coeli, quanto minus deficiet nobis in necessarijs, dummodo faciamus, quod in nobis est? prout innuit Christus Matth. 6.

SE C V N D A sollicitudo dicitur criminalis, seu mortalis, hoc autem potest contingere tripliciter.

PR I M O quidem modo, cum quis in tantum sollicitatur, de temporalibus, quod præfuit sibi finem in illis, etiā post posito Dei aniore, seruitio, & honore. Item cum plus sollicitetur de talibus, quam de anima sua, seu de propria salute. Et de hac sollicitudine loquitur Salomon, Eccle. 2. dicens. Pecc-

F 4 catori,

eatori, idest, homini auaro, dedit Deus afflictionem, & cunctam superfluā, ut addat, & congreget s. temporalia, & tradat ei, qui placuit Deo s. bonis religiosis, hospitalibus, ac alijs p̄jjs locis, quibus tandem tales auari quandoque per testamentum talia dimittunt. Deinde subdit dicens. Sed & hæc uanitas est, & cassa sollicitudo, cassa, quia non quietat animum ipsius diuitis, prout estimabat, sed potius inquietat ipsum.

S C V N D ò sollicitudo, quæ uersatur circa temporalia, est criminalis, quando est tanta, & tam inordinata, quod homo retrahitur a spiritualibus, & sanctis operibus ea omitendo, & negligendo, ut lucretur. Da exemplum de mercatoribus, seu negotiatoribus. Item operarijs, & artificibus. Item de aduocatis, procuratoribus, clientibus, & similibus, qui interdum tam sollicitè se occupant circa temporalia lucra, quod omitunt diuina, & transgrediuntur ecclesiæ pracepta de obseruatione festorum, & audiencia diuinorum. Item de obseruatione ieiuniorum. Nam, ut dicit decretum hinc etenim distinct. 49. sollicitudo temporalium suffocat spiritualia. Vnde contra tales clamat Greg. in moral. li. 19. & similiter recitat di. 47. omnes, ita dicens. Omnes huius saeculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, scilicet, ad sollicitè laborandum, uigilandum, & discurren dum pro talibus congregandis. Sed in coelectibus, idest, circa diuina, & spiritualia bona debiles. Hæc ibi. Vbi tñ quis ex sollicitudine temporalium non ueller scienter diuina omittere, & presertim, quæ cadunt sub precepto, ut sunt festa, & cætera ad salutē necessaria, experitur tamen se minus deuotum, aut tepidum circa spiritualia, talis tantum peccat uenialiter.

T E R T I ò sollicitudo, quæ uersatur circa materialia illicienda, Da exemplum de mulieribus uanis, quæ tantum sunt sollicitè de ornati corporis, quod multum expendunt de tempore ad ornandum, & præparandum, & plus in die festo, quam non festo, ita ut frequenter propter hoc perdant principium missæ. Practica circa hoc de illis mulieribus nobilibus, que hac occasione plerūq; perdunt missam parochialē, & postmodum ueniunt cū fastu, & ornatu ad ecclesiā, auditur missa basa, forsan capellani sui. Da èxemplū de illis gulosis, qui in

tum

rum solicitantur de uentre suo, quod multum expendunt de tempore, aut per seruos, & ancillas expendi faciunt in preparandis ferculis, & dapibus. Da denique exemplum de illis ambitionis, qui tantum sollicitantur de adipiscendis officijs, & honoribus huius saeculi, quod quasi de nullo alio cogitant. Omnes ergo prædictæ sollicitudines, atq; similes sunt uitiosæ, & mortales ratione materiæ, circa quam uersantur, & ideo sunt refendae.

T E R T I A sollicitudo dicitur uirtualis, quæ est amplexanda, & habenda. Circa quod norandum, quod contingit hominem uiros & sollicitari de tribus, siue erga trias, uidelicet.

Erga Deum, Erga seipsum, Erga proximum.

P R I M ò igitur erga Deū debet esse homo sollicitus, quomodo s. possit illi debitè placere, & in eius gratia permanere, atq; abeo quod illi displaceat, summopere cauter, ut est peccatum. Et hoc est, quod vult Apo. ad Ro. 12. cum aito. Sollicitudine non pigri, spiritu feruente, scilicet, in Dei amore, & dilectione, domino seruientes, scilicet, diligenter pures, & mundi. Vnde Miche. 6. Sollicitus esto ambulare cum Deo tuo, scilicet, integrè obseruando præcepta illius.

S E C U N D ò homo debet esse sollicitus erga seipsum, in cauendo sibi ab insidiis diaboli. Item in custodiendo sensus suos. Itē tempus non perdendo. Item in querendo media lalutis. Item debet esse sollicitus peccator de cōfiteendo, & de penitentia agenda. Itē de deuotè orando. Similiter de elemosyna pauperibus largienda, & sic de alijs bonis operibus, & exercitijs uirtutolis, & sanctis. Vnde ad hanc sollicitudinem nos admonet scriptura Deut. 4. Dicens. Custodi temetipsum, & animam tuam sollicitè. Ad quod etiam faciendum Salomon inducit exemplū de formica Prover. 11. dicens. Vade ad formicam, ò piger, & considera uias eius, & disce ab ea sapientiam, idest, prouidentiam, & sollicitudinem, quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, neque principem, congregat sibi in æstate, & parat sibi in messe cibum. Sic homo in tempore uitæ præsentis non debet pigriri, sed sollicitari, dum potest sibi congregare merita bonorum operum, iuxta illud uerbum Apostoli ad Gal. 6. Dum tempus habemus, operemur bonum.

T E R T I A

TE R T I ò homo debet esse sollicitus erga proximū suū, tum in procurando eius salutem omni uia possibili, quia ut habetur Eccl. 17. Vnde cuique mandauit Deus de proximo suo. Tum in uiuendo pacifice, cum eo, iuxta illud ad Ephes. 4. Solliciti sitis seruare unitatē spiritus in uinculo pacis. Tum in debitē subditos regendo, siue in tēporalibus, siue in spiritualibus. Vnde ad Rom. 12. Qui prætest, in sollicitudine. Nota etiam, quomodo parentes, qui præsumunt filios, debent esse solliciti de eorum salute more Thobiae senioris, qui erat ualde sollicitus de filio suo in uiam constituto, & moram faciente, ut patet Eiusdem. 10. Similiter coniuges debent esse solliciti de se inuicem, iuxta illud. 1. ad Corin. 7. Qui autem cum uxore est, sollicitus est, quomodo placeat uxori, & conuerso. Et sic patet de triplici sollicitudine virtuali, quæ est cordialiter, & amorosè amplexanda. Patet ergo de secundo principali.

TE R T I ò principalite Beatus Petrus hortatur nos in epistola hodierna ad uitam sobrietatem, cum subdit dicas. Sobrii esto, ut scilicet, possitis uigilare contra insidias dia boli, qui insidiando non cessat circuire. Vnde sequitur. Et uigilate, quia aduersarius noster diabolus, tanquam leo, &c. In quibus uerbis multa dicuntur in uituperium, & opprobrium ipsius diaboli. Primum est malitia, quia aduersarius noster diabolus. Secundum est crudelitas, sequitur, quia tanquam leo rugiens. Tertium est inuidia, quia circuit quærens, quem duoret, scilicet, sibi incorporando per mortalem cul pam. Deinde declarat Petrus, quomodo est illi resistendum, cum ait. Cui resistere fortis in fide, scilicet, formata charitate, quæ est armatura sufficiens ad sibi resistendum.

NO T A N D V M ergo est iuxta illud uerbum. Sobrii esto, quod debemus summopere studere, & intendere sobrietati, & hoc præcipue pro gloriose effectus illius. Est enim.

Intellectualis luminis conseruativa.

Carnalis concupiscentiæ repressiva.

Senilis etatis de oratua.

PRIMÒ igitur sobrietas est intellectualis luminis conseruativa. Nam uinum si temperatè sumitur, cor confortat, spiritus stabiles, & subtile generat, ipsum cerebrum, in quo operationes sensitivæ perficiuntur, in puritate conseruat, & omnes

omnes animæ vires in propriis operationibus perficit, & uigorat. Vnde Eccl. 31. dicitur, quod sanitas est animæ, & corporis, sobrius potus. Ex predictis aut sequitur operatio intellectus purissima, & clarissima ad quæque subtilia intelligenda. Quæ quidem subtilitas intellectus tollitur per ebrietatem, & crapulam, iuxta illud Osce. 4. Fornicatione, uinum, & ebrietetas aferunt cor. iumentem, quia nihil in homine prestatius. Vnde, & de Beato Patre nostro Dominico legitur, q[uod] uinum per decennium non bibit, & hoc, ut animum suum transferret ad sapientiam. Legitur et Dan. 1. de quatuor pueris, qui solis leguminibus utebatur pro cibo, & aqua pro potu, quibus dedit dominus scientiam, & disciplinam in omni libro, & sapientiam. De quorum numero erat Daniel, cui idem dominus dedit specialiter intelligentiam omnium uisionum, & somniorum.

SECUNDÒ sobrietas est carnalis concupiscentiæ reprehensa. Ut enim dicit Hie. & recitat in decre. dist. 35. uenter. Quando uenter mero astuat, facile spumat in libidinem. In cuius figuram Noe ebrius nudauit uerenda sua. Propero, quod salubriter nos admonet A postolus ad Ephe. 5. dicens, Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. Non in uino forma liter, sed tanquam in causa effectuia. Et sub eodem sensu intelligentum est illud, quod scribitur Proverb. 20. Luxuria res est uinum, in quantum, scilicet, provocat ad luxuriam. Studendum est ergo sobrietati, & cauendum à superfluitate uini, maximè iuueniibus, sicut docet Sen. li. de ira. Nam per immoderatum ipsius uini usum, facile periclitatur castitas. Vnde Hiero. scribens ad Fabiolam Virginem, dicit sic. O filia, si Apostolus castigauit corpus tuū, & in servitatem redigit, ne cum alijs prædicasset, ipse reprobus efficeretur, quomodo iuueniula, adhuc in feruore iuuentus posita, dapibus, & uino plena, de castitate erit secura.

TERTIÒ sobrietas est senilis etatis decorativa. Qui enim in iuuentute assuevit sobriè uiuere, dum senescit, retinet talen consuetudinem. Quo fit, ut tunc sensus tam interiores, quam exteriores diutius permaneant, & consistant in sua integritate, & uigore, atque ad proprios actus sint potentiores, & feruentiores, ipsum quoque corpus in quadam integritate conseruetur. Econtra autem immoderatus potus, & maximè à pueritia assuetus, non so-

Dominica III. post Trinitatem.

Ium inducit uitium culpe quo ad Deum, uerum etiam uitii naturę quo ad proprium subiectum. Nam frequenter extermi-
nat bona naturę, etiam usque ad insensibilitatem, hinc
Aug. de documentis ebrietatis loquitur dicens. Ebrietas au-
fert memoriam, dissipat sensum, cōfundit intellectum, con-
citat libi dinem, inuoluit linguam, corruptit sanguinē, mé-
bra debilitat, uitam diminuit, & omnem salutem exterminat. hec ille. Paret ergo de tertio principali, ad quod nos hor-
tatur beatus Petrus.

Q V A R T O principaliter, idem Petrus in fine epistole o-
stendit Dei largitatem cum ait, Deus autem omnis gratia,
scilicet, tam gratum facientis, quam gratis date, qui uoca-
uit uos, uidelicet per scripturas, per predicationes, per inspi-
rationes, per proprium filium, per beneficia, per flagella, per
comminationes, & per promissiones, in eternam suam glo-
riam, in Christo Iesu, idest, in fide Christi, modicum passos.
Modicum, inquam, attenta culparum, qualitate, & quanti-
tate. Item attenta præmij quantitate qualitate, & diuturni-
tate, unde. 2. ad Corin. 4. Id, quod in præsenti momentaneum
est, & leue tribulationis nostræ, suprà modum in sublimitate
eternum gloriæ pondus operatur in nobis. Ipse perficiet,
confirmabit, consolidabitque. Que quidem tria referenda
sunt ad triplicē auium potestiam, ita ut sit sensus. Ipse, scilicet,
Deus qui uocauit nos, perficiet, supple, in futuro rationem plena cognitione, confirmabit uoluntatem, que
modò est instabilis, & fluida, omnimoda pace, consolidabitque
memoriam continua, & infallibili futurę beatitudinis
tentatione. Ipsius gloria, supple, à nobis devote cantetur, & in
perium ipsius in nobis semper perficiatur. Non quidem so-
lum ad tempus, sed in eternum; quia in secula seculorum.
Amen.

Dominica Tertia post Trinitatem, Sermo Secundus de Euangelio.



A V D I V M erit coram Angelis Dei, super uno
peccatore pœnitentiam agentem. Luc. 15. Pro in-
troductione præsentis sermonis mouetur que-
stio talis. Vtrum uerum sit, quod dicitur in pre-
senti

Sermo II. de Euangelio. 47

fenti Euangelio, quod est maius gaudium in celo super
uno peccatore pœnitentiam agentem, quam super nonaginta
ta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia? Pro solutio-
ne huius questionis ponam aliquas ueritates.

P R I M A igitur ueritas est. Gaudium essentiale tā bea-
torū Angelorum, q̄ hominum, quod consistit in uisione, &
fruitione diuinę essentia, nunquam intenditur, sed est sem-
per equale. Est tamen hec ueritas intelligenda respectu eius-
dem. Nam respectu diuersorum certum est unum beatum ef-
fatio essentialiter beatiorum. Probatur ergo prædicta uer-
itas. Essentialis beatitudo confertur proportionabiliter ad
gratiam, & charitatem, quam habet beatus. In cuius rei si-
gnum, cum premisisset psalm. dicens. Gratiam, mox adiu-
xit, & gloriam dabit dominus. Certum est autem nec gra-
tiam, nec charitatem patriæ recipere augmentum, maxime
cum ipsi beati sint extra actum, & locum merendi. Vnde,
& gratia patriæ uocatur gratia consummata, similiter &
charitas, igitur. Quamuis ergo beati in celo faciant mula-
tos actus uirtuosos, & summè laudabiles, non tamen per
illos merentur de nouo tum propter statum, eò quod sunt
in termino, tum: quia Deus non acceptat actus illos ad
nouum meritum. Et per oppositum quamvis damnati fa-
cient multos actus malos, & uitiosos, maximè odien-
do Deum creatorem, & factorem suum, item insurgen-
do contra ipsum per superbiam, de quibus duobus simul
loquitur Psalmus dicens. Superbia eorum, scilicet, dam-
natorum, qui te oderunt, ascendit semper, non tamen
per tales actus demerentur, eò quod Deus non acceptat
huiusmodi actus malos ad nouum demeritum, & hoc
ex immensa bonitate sua, & misericordia.

S E C U N D A ueritas. Gaudium accidentale tam Angelo-
rum, quam hominum, quod haberi de aliquo bono creato
potest, intenditur, & de facto sèpè intenditur. Et similiter per
oppositum pœna accidentalis damnatorum potest intendi, si
ue ex cōsortio aliorum damnatorum, sive alias. Propter qđ
diu epulo rogarbat, & optabat, ne quinque fratres sui de-
scenderent cum eo in locum tormentorum. Luc. 16. Proba-
tur ergo prædicta ueritas. Beati uident omni die aliquos
celum concordare, & inde de nouo letantur, & gaudent.

Simili-

Dominica III. post Trinit.

Similiter uident bona multa fieri à superuenientibus in ha-
militante Ecclesia, de quibus omnibus nouiter gaudet.
Igitur.

T E R T I A ueritas. Gaudent omnes sancti Dei, & Angeli
super uno peccatore penitentiā agente, & hoc propter mul-
ta. Primo quidem: quia uident glōriōsum fructum, qui sequi-
tur ex sua custodia, quæ principaliter cōsistit in coercitione
malignorum spirituū, ne tantum hominibus noceant, quan-
tum nocere affectant. Item in retractione hominum à ma-
lis. Insuper in promotionem corundam ad bonum. Sicut er-
go medicus gaudet, quando uidet suum laborem fructuosū
erga suum patientem, ita in proposito, hinc deuotus Ber-
super Canti. Gaudent, inquit, Angeli in conuersione, & peni-
tentia peccatorum, salutem hominum sitiens, quorum ui-
num lētitificium sunt lachryme penitentium. Secundò
gaudent, eò quòd uident numerum eorum, siue ruinas ipso
rum restaurari ex conuersione peccatorum. Non enim ali-
ter reparabuntur dicit̄ ruinas, nisi ex hominibus, de quibus
tot saluabuntur, quot ceciderunt Angeli mali. Nam, ut dicit
Isido. de sum. bo. lib. i. cap. 12. bonorum Angelorum nume-
rus, qui pott̄ ruinam malorum Angelorum est diminutus, ex
numero electorum hominum supplebitur, qui numerus foli
Deo est cognitus. Vnde ad propositum facit illud Psal. Iudi-
cabit, sup. Deus in nationibus, idest, omnes nationes terræ,
eò quòd congregabuntur ante cum in die iudicij omnes
gentes, ut habetur Matt. 25. Sequitur. Impletis ruinas, sup.
Angelorum, ex hominibus saluandis, ex illis, scilicet, quibus
dictus est. Venite benedicti patris &c. Tertiò dicti Angeli
gaudent de conuersione peccatorum, eò quòd uident in la-
dando Deum tale se habituros consortium in celo. Olim
enim scilicet, à constitutione mundi usque ad ascensionē de-
mini in celum, sola natura Angelica laudabat Deum. At ue-
rō Christo in celum ascendente cum sanctis animabus ince-
pit laudari ab hominibus, atq; in dies laudatur. Vnde nunc
ueraciter potest dicere dominus illud Iob. 38. Cūm me lau-
darent astra matutina, idest, Angeli, & iubilarent omnes fi-
lii Dei, hoc spectat ad laudem hominum. Vnde dominus Bo-
niauentura, super Lucam, dicit, Angelos gaudere de peniten-
tia peccatoris propter septem. Primò: quia in eo destruitur
culpa.

Sermo 11. de Euang.

48

culpa. Secundò: quia recuperatur iustitia. Tertiò: quia con-
futatur dēmonum superbia. Quartò: quia efficax efficitur
Angelorum custodia. Quintò: quia placatur diuina ira. Sex-
tò: quia reparatur militans Ecclesia. Septimò: quia restau-
ratur Hierusalem superna.

Q V I N T A ueritas. Sicut peccator per penitentiam re-
surgens lētitiat Angelorum exercitum, ita, & qui à iustitia
cadit, confidem quodam peculiari gaudio priuat. Prima pars
huius ueritatis iam patuit. Secunda uero patet ex uerbis Au-
gusti, qui li. soliloquiorum capit. 27. dicit sic; Quoties bene
agimus, gaudent Angeli, & tristantur dēmones. Sed quando
cunque à bono deuiamus, Diabolum lētitiamus, & An-
gelos sanctos suo gaudio defraudamus. Gaudium est Ange-
li Dei super uno peccatore penitentiam agente, sed Diabo-
lo super uno iusto penitentiam deserente. hac illē. Item Ber-
nard. in vigilia Nativitatis Domini ser. 2. ad propositum lo-
quens ait. Exultare fecimus sanctos Dei Angelos, quando cō-
tieristi sumus ad penitentiam. Proficiamus igitur, & festine-
mus complere de nobis eorum letitiam. Vt tibi, quicq; es,
qui deliberas redire ad lutum, reuerti ad uomitum. Putasne,
placatos habebis in iudicio, quos tanto uis priuare gaudio?
Exultaerunt quidem, cum nos ad penitentiam uenimus,
tanquam super his, quos ab ipsa inferi porta cernerent euo-
cari. Quid ergo tunc erit, si ab ipsa Paradisi ianna reuerti ui-
derint, & abiare retrosum eos, qui iam pedem alterum po-
suerant in Paradiſo? Hac ille.

Q V I N T A ueritas. Quamvis recidiuans priuet sanctos
Dei Angelos quodam speciali gaudio, non tamen eos contri-
stat. Prima pars huius ueritatis iam patuit. Secunda uero pa-
tet sic. Tristitia est incompossibilis statutis gloriæ. Alias gau-
dium beatorum non est plenum, cuius tamen contrariū
dicitur Iohan. 15. Angeli ergo beati sunt quidem suscepibili-
les gaudijs, sed non tristitia. Vbi enim est tristitia, & dolor, ibi
non est perfecta beatitudo. Vnde de statu beatorum, dicitur.
Apoc. 21. quod ibi mors ultra non erit, neque lucretus, neque
clamor, sed nec illus dolor. Concludit ergo, quod Angelii
boni possunt quidem gaudere de hominum salute, quamvis
non tristentur de recidiuione penitentium, aut de dam-
natione reproborum.

Sexta

Dominica III. post Trinitatem.

Sexta, & ultima veritas, & quasi responsua formaliter ad quæstum, est talis. Prædicta propositio Christi, qua dicit in præsenti Euangeli. Quod maius gaudium est in celo super uno peccatore poenitentiam agente, quam super nona gintanouem iustis, intelligenda est respectu redēptionis humanae naturæ. Tunc enim tam Deus, quam Angeli dicuntur plus gaudere de uno peccatore poenitentiam agente, id est de redēptione humani generis, quod hic accipitur loco unius peccatoris, quam de 99. iustis, eò quod in huiusmodi redēptione inuenitur maior materia gaudij, quam in omnibus alijs Dei operibus. Vnde in redēptione ipsa humani generis plus operatus est Deus, quam in conseruatione totius multitudinis celestis. Nam hoc opus est manifestatuum maioris potentie, atque maioris misericordia. Primò quidem maioris potentie, quia maius est iustificare impium, quam creare cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt, ut dicit Augu. super Iohan. exponendo illud Iohan. 14. Maiora horum faciet. Secundò uero maioris misericordie, secundum illud Luc. 1. Per uiscera misericordia Dei nostri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto. Non est ergo sensus prædictorū, uerborum Christi, quod melior sit peccator penitens, quam 99. iusti, sed uetus sensus est, quod in opere humanae redēptionis est maior, & amplior materia gaudij, quam in omnibus alijs Dei operibus. Potest nihilominus prædicta Christi, propositio intelligi de quolibet peccatore penitente, de quo plus gaudent Angeli, quam de 99. iustis, eò quod huiusmodi gaudium est magis nouum. Vnde propter hoc habent Angeli materiam specialiore gaudendi de conuersione peccatoris ad poenitentiam, quam non habent de iustis semper in sua iustitia permanentibus. Vel dic, quod sāpē dictum uerbum, non est uniuersaliter referendum ad quoslibet peccatores penitentes, sed tantum ad eos, qui cum magno furore, & dolore refurgunt à peccato, ita ut merito preferatur multis iustis tepidis tamen, & remissis in charitate. Vnde glossa super hoc passu allegans Greg. similiter, & Bedam, dicit, quod maius est gaudium de peccatore feruenter resurgentे, quam de iusto stante. Exemplum est de duce belli, qui plus diligit illum militem, qui post fugam reuersus hostem fortiter premit, & illum, qui nunquam fugit, nec unquam aliquid fortiter egit.

Sic

Sermo 11. de Euang.

49

Sic & angeli plus diligunt peccatorem, qui resurgent feruentior, humilior, atq; cauтор. De cuius etiam conuersione plus gaudent, quam de iusto tepido in sua iustitia permanente. Da etiam exemplum de sanatione infirmi, de quo magis gaudet medicus, quam de conseruatione sanii in sanitate sua. Et sic patet diffusus ad quæstum. Meritò ergo in uerbis in themate assumptis præmissum est, quod gaudium erit, &c.

In præsenti ergo Euangeli de tribus principaliter fit mentio, uidelicet.

De remedio spiritualiter infirmantium, in principio.

De irrationabili murmure indignantū ibi. Quare cū &c.

De gaudiosa reparatione pereuntium, ibi. Dico uobis, quod ita &c.

PRIMO igitur fit mentio de remedio spiritualiter infirmantium, cum dicatur in principio Euangeli. Erant appropinquantes ad Iesum publicani, & peccatores, ut audirent illum. Ad cuius euidentiā notandum, quod inter iudeos quidam erant aperte mali, qui hic uocantur Publicani, & peccatores. Quidam uero apparenter boni, qui dicebantur Pharisæi. Tales enim exterriti prætendebant magnâ uitę sanctitatem, & religiositatem, tum in uictu, quia magnas abstinentias faciebant. Tum in uestitu, quia in humili, & austera ueste incepcebant. Tum in cohabitatione, quia cōmūne aliorum hominum conuersationē uitabant. Propter quod dicebantur Pharisæi, id est, ab alijs diuisi. Primi ergo, scilicet Publicani, & peccatores res audiuntur Domini nostri doctrinam, eum sequabantur, quos ille benignè recipiebat, qui sepe peccatores recipere consueverat, etia in mensa cum eis comedendo. Vnde legitur Luc. 5. quod uidit Iesus publicanum, id est, hominem publica negotia sequentem, nomine Leui, sedentem ad telonium, id est, in domo, in qua solvantur tributa, sive uectigalia, aut in mensa, in qua computantur uectigalia, & ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus secutus est eum. Et fecit ei cōuiuum magnum Leui in domo sua. Et nota, quod iste Leui alio nomine dicitur Mat. ut patet Mat. 9. vbi dicitur, quod Christo discubente in domo Matthei, ecce multi publicani, & peccatores uenientes discubebant cum Iesu, & discipulis eius. Dicti ergo pharisæi præsumentes de putaria iustitia putabant peccatores indignos cohabitatione sua, & ideo nolent.

Ser. Do. G. Pep. Pars Aestiu.

G baat

Dominica 111. post Trinit.

bant eis cohabitare. Sed ut dicit Greg. Vera iustitia compunctionem habet, falsa autem designationem.

N O T A N D V M est autem circa prædictum verbū. Erant appropinquantes ad Iesum, &c. quod contingit homines varijs modis appropinquare spiritualiter ad Iesum, in præsenz quidem per gratiam, & in futuro per gloriam.

P R I M Ó igitur quidam appropinquant Deo, per uallem profundę humilitatis, iuxta illud Iac. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit nobis, super quo gl. interl. Appropinquate Deo, per humilitatem. Vnde in signum, quod humiles appropinabant Christo, ipse amplexus est quendam puerū, ut legitur Matt. 9. per quod factum designauit humiles dignos esse suo cōplexu. Econtra autē superbi, & elati se elongant ab eo. Vnde in Psal. Alta, idest, superba corda, à lōge cognoscit, sup. Dominus. Et Iac. 4. Deus superbis 1efisit, humilibus autē dat gratiam. Nota, quomodo uirgo Maria adeo appropinquauit Deo per uallem humilitatis, qd tandem facta est mater eius.

S E C U N D Ó quidam appropinquant Deo, per montē altę cōtemplationis. Vnde in Psal. Hymnus omnibus sanctis eius, filiis Israel populo appropinquantibz sibi. Vbi notandum, quod Israel interpretatur uidens Deum. Quid est ergo, quod filii Israel appropinquant Deo nisi, quod uidentes Deum, per mentis cōtemplationē, & elevationē ad superna appropinquant Deo, per gratiam, & tandem appropinquabunt eidem, per cōsternationē gloriam? Vnde Greg. super Ezech. homil. 14. dicit, quod cōtemplacionia uita est charitatis quidem Dei, & proximi tota mente retinere, & ab exteriori actione quiescere, soli desiderio conditori inhārere, ut nil iam habere libeat, sed calcatis curis omnibus ad uidendā faciem sui creatoris animus inardescat, ita ut iam nouerit carnis corruptibilis pondus cum merore portare, totisq; desideriis appetere illis hymnidis angelorum choris interesse, admisceari cōtestibus ciuiibus, & de æterna in conspectu Dei incorruptione gaudere. Hec Gregorius ubi supra.

T E R T Ó quidam appropinquant Deo, per mare amarē contritionis, & doloris de peccatis, ut sunt ueri penitentes. In cuius rei signum legitur de beato Petro Apost. Matt. 14. quod uenit ad Iesum ambulans super mare; per hoc enim mare amarē contritionis venit ad Iesum Petrus, Magdalena,

Sermo 11. de Euang.

50

latro, pendens iu' eruce. Similiter Maria egyptiaca, Pelagia, & pene infiniti alij atriuſq; sexus homines. O' igitur pauperes peccatores nolite desperare, sed festina te appropinquare ad Dominiū per ueram, & amaram penitentiam. Ad hoc enim ipsi me uos inuitat Matt. 4. dicens: Penitentiam agite, appropinquabit regnum cœlorum.

Q U A R T Ó quidam appropinquant Deo, per aquā fluuium Iordanis, ut sunt parvuli post perceptionem gratiæ baptismatis decedentes. Tales enim per mortem mox uolant ad colum. In cuius rei signum filij Israel transacto Iordanis fluuiu peruenierunt ad terram promissionis. Hinc etiam dicit Saluator Matt. 19. Sinite parvulos, & nolite eos prohibere uenire ad me, talium enim est regnum cœlorum.

Q U I N T Ó quidam appropinquant Deo, per desertū patratis. Scribitur enim Leuit. 16. quod illi, quos elegerit Dominus, appropinquabunt ei. Sic est autem, quod ipse elegit pauperes, iuxta illud Iacob. 2. Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo diuines in fide, & hæredes regni, quod repromisit Deus diligenteribus se? Legitur etiam Matt. 19. q; princeps Apostolorum Petrus dixit Christo pro se, & alijs fratribz: Domine ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Ad quem Christus. Amen dico uobis, quod uos, qui reliquistis omnia, sedebitis super sedes duodecim, &c. Ecce quomodo Apostoli appropinquauerunt Christo per desertum paupertatis. In cuius etiam rei signum dicit idem Christus Matt. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Et hoc quidem rationabiliter, ut dicit Seneca in quadam Epistola: Nemo est Deodignus, nisi qui opes contempserit. Econtra autem sicut paupertas facit hominem appropinquare Deo, ita & amor temporalium facit eundem elongari ab ipso Deo, iuxta illud Deuter. 32. Incessatus est dilectus, & recalcaruit, incessatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit a Deo salutari suo.

S E X T Ó quidam appropinquant Deo, per uiam spinosam multiplicium aduerfitatum, & tribulationum, iuxta illum Psal. Multiplicat̄ sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt, supp. Deo appropinquare. Et Apost. Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum cœlorum.

Dominica III. post Trinit.

Item Greg. Mala, quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt. Da exemplum de equo, qui cum calcaribus pungitur, tunc uelocius incedit, & appropinquat ad terminum. Ecce quantum profund flagella Domini.

S E P T I M Ó quidam appropinquant Deo, per semitam mandatorum ipsius, illa integrè, & perfectè obseruando dicente Christo cuidam adolescenti Matt. 19. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Propter quod Psal. Rogabat Dominum dicens. Deduc me Domine in semitam mandatorum tuorum, quia ipsam uoluī, id est, per dictam semitam incedere, & deduci in celum optauī.

O C T A V Ó quidam appropinquant Deo medio trium pulchrum sibi accepitissimum, quæ sunt fides, spes, caritas. Nam fides uiam ostendit, spes currere facit, caritas usque ad amplexum illius peruenire facit. Domine enim prima pueri tracto officio suo in presenti pausan, at uero terius pro alijs dilecta intra cubicule sponsi sui, & ideo magis appropinquare facit Deo, quam fides, & spes. Et de hac appropinuatione ad Deum per charitatē, loquitur ipse Dominus Hier. 30. dicens. Quis enim iste est, qui applicet cor suum, ut appropinquet mihi? ait Dominus. Nam applicatio humani cordis ad Deum fit potissimum per amorem, & charitatem ad ipsum, quia ut dicit Ber. lib. de pracepto, & dispensatione. Nam presentior est spiritus noster, ubi animat, quam ubi amat. Sunt etiam multæ aliæ autoritates, quæ probant unionem cordis, & illius appropinuationē ad id, quod amat. Dicit enim Dionys. de diuinis nominibus, quod quilibet amor est uirtus unitiva. Et August. in lib. confessio. Ben., inquit, dicit quidam de amico suo dimidium animæ meæ, ex eo, scilicet quod amor de duabus animabus unam facit in amore, iuxta illud Act. 4. Multitudinis credentia erat cor unum, & anima una in Domino. Refert etiam Aristoteles in Politicis de quodam Philosopho, qui dicebatur Aristophanes, qui dicebat amantes desiderare ex ambobus unū fieri, si fieri posset. Pater ergo et omnibus istis, per charitatem appropinquant homines ad Deum, etiā intimus, quam per quamcunq; aliam uirtutem.

N O N O quidam appropinquant Deo, per planiciem, & uiam pulchram castitatis, iuxta illud. Sap. 6. Incorruptio facit proximum esse Deo. In cuius rei signū beatus Iohan. Euang.

Sermo II. de Euang.

51

ceteris Apostolis magis, atque familiarius appropinquauit Christo, ita ut recumeret super peccatum eius in cena. Et per oppositum luxuria elongat hominem à Deo. In cuius figuram legitur Luc. 15. De filio prodigo, quod viuendo luxuriosè discit à patre suo, & abiit in regionem longinquam.

S E C U N D Ó quidam appropinquant Deo, per viam rubeam sanguinis Christi, hoc est per meritum, uirtutem, & efficaciam passionis ipsius. Et isto modo ad Deum appropinquant omnes peccatores peccata sua deserere volentes, qui prius erant longe ab eo per peccatum, quia teste Psal. Longè à peccatoribus salus. Et hoc est, quod loquitur Apostolus. Ephe. 2. dicens. Nunc in Christo Iesu uos, qui aliquando longe eratis, facti estis prope in sanguine Christi. Bene ergo dictum est in principio presentis Euangelij, quod erant appropinquantes ad Iesum publicani, & peccatores, tanquam ad meritum sue passionis confugientes, & spem suam in eo ponentes. Et sic patet de primo principali presentis Euangelij, in quo fit mentio de remedio spiritualiter infirmantium.

S E C U N D Ó principaliter in dicto Euangelio fit mentio de irrationabili murmur indignantium, cù subditur. Et murmurabant Pharisæi, & Scribiæ dicentes, quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Prædicti ergo murmurabant ex indignatione, quam gerebat aduersus pauperes peccatores, quos uidebant ad Christum fontem misericordie appropinquare, ut ibi lauarent peccata sua, & ideo inde debebant ualde gaudere. Sed falsa iustitia non compassionem, sed dedicationem habet, ut prius dictum est. Prædicti ergo Scribiæ, & Pharisæi dupliciter peccabant. Primò quidem, quia se repabant iustos, cum tamen essent ualde superbi, & arrogantes. Secundò uero, quia prædictos publicanos, & peccatores creabant adhuc malos, & reos, cum tamen iam penitenter, & iusti essent ante Dominum.

N O T A N D V M ergo, quod circa illud uerbum, hic peccatores recipit, possunt moueri aliquæ breues questiones.

P R I M A igitur questio est talis. Quis ille est, qui peccatores recipit? Respondeatur, quod hic scilicet est Christus, ita ut ly hic, sit pronomen demonstratiuum, & demostret Christum uerū Deum, & hominem perfectum. Quia enim est Deus, est ad remittere dum potentissimus. Itē quia est homo, est ad miserandū beni-

Dominica III. post Trinit.

gnissimus. Et hoc est, quod loquitur Psal. dicens. Duo haec duci: quia potestas Dei est, & tibi domine miseris cordia. Deus enim pater vult ex rigore iustitiae perdere pauperes peccatores conformiter ad legem per eum conditam, de qua Ezech. 18. Anima qua peccaverit, ipsa morietur. Propterea, quod plauocat eum Deum ultionum. Deus uero filius, & presentem ex quo est homo factus, non cessat clamare dicens. Nolo mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur, & vivat, ubi supra. Ipse etiam Matth. 9. loquitur dicens. Non ueni uocare iustos, sed peccatores, sup. ad poenitentiam. Item eiusdem. 11. clamat dicens. Venite, sup. per viam deserti, hoc est per paenitentiam, ad me, fontem misericordie, & omnium gratiarum, omnes, uniuersaliter. quia nolo quantum in me est, omnes saluos fieri, qui laboratis, in damnabili seruitio diabolis, & onerati estis, sarcina peccatorum uestrorum, & ego reficiamus, in presenti quidem per gratiam, in futuro uero per gloriam. Item Apostolus. 1. Timo. 1. ad propositum loquens a Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere. Quod uerbum per tristans August. de ipsis Apostoli sermo. 9. ait. Nulla causa fuit uenienti Christo Domino, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle uulnera, & nulla causa est medicinæ. Dicit insuper idem Christus Ioh. 3. quod non misit Deus pater filium suum in mundum, ut uidet mundum, sed ut saluerit mundus per ipsum. Pater ergo, quod hic, scilicet, Christus peccatores recipit ad gratiam, & misericordiam, hoc autem patitur in effectu, quando quidem dixit paralyticu Matth. 9. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Item quando dixit Magdalene Luc. 7. Remittuntur tibi peccata tua. Similiter quando dixit Latoni in cruce pendenti, hodie mecum eris in Paradiso. Luc. 23.

S C V N D A quæstio est talis. Vbi est, quod Christus peccatores recipit? Respondeatur, quod hic, id est, in presentisculo, ita ut hic sit aduerbiu loci. Vnde Psal. in persona domini. Conuerteretur populus meus hic, id est, in presentisculo. Quod ubi fecerit, dies pleni inuenientur in eis, scilicet in alio seculo. Non est ergo expectanda conuersio post mortem, cum, scilicet, anima fuerit in inferno: quia ibi non recipit dominus peccatores ad misericordiam, sicut patuit de die epulone, quibz non potuit obtinere unam guttam.

qua

Sermo II. de Euang.

52

que, ut legitur Luc. 16. Similiter nec in celo peccatores recipi, scilicet, in peccato existentes, quia nihil coquinatur, aut abominatione faciens intrabit in illam celestem Hierusalem, ut habetur Apocal. 21. Relinquitur ergo, quod sollicet hic, id est, in praesenti peccatores recipiat dominus ad gloriam. Et hoc quidem rationabiliter facit, quia hic uenit tempus miseriendi eius, id est, misericordiam impendendi omni potenti. Sed proh dolor multi male istud considerant, quales sunt illi peccatores, qui locum presentem, & tempus expendunt in uanitatibus, & peccatis multis. Job. 24. Dedit ei dominus locum penitentiaz, & ipse abutitur eo in superbiam.

T E R T I A quæstio est talis. Quomodo hic, scilicet, Christus peccatores recipit, qui scilicet, ad eum redeunt per ueram penitentiam? Responderetur, quod nos recipit tribus modis, prout prefiguratum est in filio pro ligno, quem pater primò recepit festinante, quia occurrit illi obuiam, cum ad huc longè esset. Secundò honorabiliter, quia iusit illum, indui stola prima, & calciamenta, illi dare ad pedes, cum annulo in manu. Tertiò gaudenter, quia cum symphoniam, & choro. Primò igitur recipit dominus peccatores festinante. Et hoc monstratum est in latrone pendente in cruce, qui quāmprimum dixit Christo. Memento mei domine, &c. Mox audiuit eundem Christum dicentem sibi. Hodie tecum eris in paradyso. Propter quod, de eo dicit August. quod & si penitentia eius scria fuerit, non tam uenia. Hoc etiam patuit in rege Dauid, qui quām citò dixit. Peccauit domino. Mox illi denunciavit Nathan Prophetæ ex parte domini peccatum suum sibi esse remissum, dicens. Dominus transtulit à te peccatum tuum. 2. Reg. 12. Secundò dominus recipit peccatores honorabiliter, induendo eos subetus uelut albissima gratia sue, desuper autem uelut rubicunda scarlati charitatis. Hester. 6. Sic honorabitur, quemcunque uoluerit rex honorare. Tertiò dominus recipit eosdem peccatores gaudenter, qui ut concluditur, in fine presentis evangelij, gaudium est toti cœlesti super uno peccato re pe. a.

Q U A R T A quæstio est talis, quare hic, scilicet, Christus peccatores recipit? Respondeatur, quod propter tres ratio-

G 4 yes.

Dominica III. post Trinitatem.

nes . Primo quidem ratione potentiae universalis . Vide-
mus enim reges , & principes faciles ad remittendum offen-
tas , nisi forsan fuerint multum graues , aut enormes . Et de
hoc habemus historiam de Semel pessimo viro , & qui ma-
ledixerat David maledictione pessima , cum fugeret à facie
A. salon. 2. Reg. 9. Et tñ illi pepercit David , Cum ergo Chri-
stus sit rex regum , & dominus dominantium , non mirum si
libenter recipit peccatores ad eum redeentes ad misericordiam . Secundò ratione proprietatis naturalis . Sicut enim
proprium est homini , quod sit risibilis , ita & Deo , quod re-
cipiat penitentes ad misericordiam . Vnde Greg. in qua-
dam collecta . Deus cui proprimum est misericordia semper , &
parcere . Propter quod ecclesia inuocans misericordiam ipsius
Christi sic orat dicens , Iesu Christe filij , Dei uiui misere-
re nobis . Tertiò ratione fragilitatis humanalis . Ipse enim
teste psalm. cognovit figuramentum nostrum , quoniam pul-
uis sumus . Propter hac igitur in clinatur , & mouetur Christus
ad recipiendum peccatores ad gratiam . Et sic patet de
secundo principali .

T E R T I O principaliter in hodierno euangelio fit men-
tio de gaudiosa reparatione pereuntium , quam proponit ,
& persuaderet Christus sub quadam parabola . Quia ergo
Scribe , & Pharisei murmurabant aduersus Christum , de
eò quod publicanos , & peccatores misericorditer recipie-
ret , & cum illis manducaret , ideo ostendit murmuratio-
nem eorum irrationalib[er]e , & hoc sub parabola de homi-
ne habente centum oves , qui si perdidicerit unam ex illis , di-
mittit nonaginta nouem in deserto , & nadit ad illam , que
perierat , donec inueniat illam , & cum inuenierit eam , im-
ponit in humeros suos gaudens , &c.

M Y S T I C E homo iste est Christus , cuius oves sunt Au-
geli , & homines , qui dicuntur numero centum , idest . Nona
gintanouem , & una . Nonagintanouem , sunt nouem ordi-
nes Angelorum , una uero est homo . Desertum est celum , eò
quod fuit ab Angelo peccante derelictum . Vna ergo ovis de
centum periret , quando homo primo peccauit . Vnde tunc
ille meritò potuit dicere illud Psalm. Errauit sicut ovis , que
periret . Ad hanc igitur ouem querendam , & reducendam
ad ouile ouium coelestium , uenit ille pastor , qui de seipso
loquens

Sermo I. de Epif.

53

loquens . Iohan. 10. ait . Ego sum pastor bonus . Vnde cum
psalmi in persona hominis præmisit . Errauit sicut ovis , que pe-
riri . Mox subiunxit dicens . Requiere seruum tuum domi-
ne . Ac si aperte diceret . O Domine Deus ego sum tua o-
vis , quam primò posuisti in Pascuis paradisi terrestris . Sed
profecit[ur] tunc perij , quando inde per culpam exiui , & de-
scendi in desertum huius mundi miseri , & caduci . Et ideo
requiere seruum tuum domine , descendendo per carnis
assumptionem in huiusmodi desertum . Hoc ergo tunc
impletum est , quando uerbum caro factum est , & habitauit
in nobis . Vnde , & Iohan. 16. dicebat dictus pastor . Exi-
ui à patre , & ueni in mundum . Quod autem sequitur . Iter-
rum relinquimus mundum , & uado ad patrem , designat quod ,
dictus pastor , inuenta oue perdita , idest , homine reparato
per Christi passionem , rediit ipse Christus ad celum per A-
scensionem , ubi tunc conuocauit amicos suos , idest , Ange-
los ad congratulandum super oue inuenta . Nam ex tunc
usque in ævum facit pastor Christus gaudere Angelos de
homine reparato . Et nota , quod iste pastor inuenta oue
perdita , tunc imposuit eam in humeros suos gaudens , quan-
do ipse naturam humanam suscipiens peccata nostra por-
tauit , idest , aportauit , sive abstulit . Vnde . 1. Petri. 2.
Peccata nostra ipse pertulit super lignum in corpore suo ,
idest , ponam , pro peccatis nostris , ipse portauit . Et Isa. 53.
Verè languores nostros ipse tulit , & dolores nostros ipse
portauit . Et hoc totum fecit gaudens , scilicet , de humani
generis liberatione , de hosti superbi superatione , de Ange-
lice ruinæ reparazione , & de mandati patris adimplete-
ione . Deprecemur igitur charissimi hunc benedictum

pastorem , ut faciat nos esse de numero ouium
suuarum , in praesenti quidem per gratiam , &
in futuro per gloriam . Eo prestante ,
qui cum patre , & spiritu sancto
uinuit , & regnat per im-
mortalia saecula .

Amen .

Dominica

Dominica IIII. post Trinitatem.

Dominica Quarta post Trinitatem, Sermo Primus
de Epistola.



X I S T I M O , quid non sunt condigne
passiones huius temporis ad, &c. Rom. 8.
Tete sapiente Salomonem Ecl. 3. Omnia
tempus habent , & suis spatijs transeunt
uniuersa sub celo . Deinde ad particula
ria descendens subdit dicens . Tempus
fendi , & tempus ridendi . Quid quidem
uerbum potest multipliciter exponi .

P R I M ò quidem de tempore legis naturæ , & scripturæ
respectu temporis legis gratia . Nam tempus quod uoleba
tur sub lege naturæ , & scripturæ , erat propriè tempus flendi ,
eò potissimum , quia qui tunc moriebantur , descende
bant ad minus in limbum , & priuabantur lumine gloriae .
Tempus uero legi gratiae est tempus ridendi , eò quod bene
tunc morientes uolant ad celum . Nam Christus , qui clau
dit , & nemo aperit , aperit , & nemo claudit , per meritum
sue benedictæ passionis nobis aperuit ianuam regni cœlestis .
In cuius rei signum Stephanus , cum lapidaretur , uidit ec
clesios apertos , & Iesum stantem , &c. Actuum 7. Vidit (inquit ,
ecclesiam) & introiuit . Item legitur Apocalypsis . 3. Quid
Beatus Iohannes uidit ostium apertum in oculo . Similiter
legitur Luce . 3. Quid cum Christus baptizaretur , apertum
est celum . Et sic patet de prima expositione .

S E C U N D Ò prædictum uerbum potest exponi de tem
pore , in quo quis subiaceat peccato respectu temporis , in quo
idem subiaceat gratia . Nam primum tempus est triste flebilis ,
& dolorosum , tum propter illius iram , tum propter æternæ
penæ obligationem . Secundum uero tempus est iocundum ,
lætum , & gaudiosum , tum propter Dei præsentiam , tum
propter totius cœlestis curie gaudium , & lætitiam , quia gau
dium est Angelis Dei , & similiter omnibus sanctis super uno
peccatore penitentiam agentes . Lu . 15. Tum propter futuræ
gloriae expectationem . Qui ergo subiaceat peccato , meritò
flere debet . Et econtra , qui est in gratia , aut qui in ea ueri
similiter credit se esse , habet materiam ridendi .

T E R T I Ò prædictum uerbum , potest exponi de tempo

Sermo I . de Epist.

54

te Quadragesimali , & Paschali . Nam in primo tempore de
bemus fieri peccata , quæ commisimus per totum anni cir
culum . Propter quod ecclesia tunc subiectet Cantum lætitie ,
& assumit cantum tristitia . In secundò uero tempore debe
mus gaudere , & ridere propter iocunditatem dominicæ
resurrectionis . Vnde tunc sepe repetit ipsa ecclesia , illud
uerbum Psalm . Hęc dies , quam fecit dominus , exultemus ,
& lætemur in ea .

Q U A R T O prædictum uerbum rectè potest exponi de
tempore uitæ præsentis respectu temporis uitæ futuræ , &
cœlestis . Nam primum tempus meritò potest uocari tempus
fendi , & hoc propter pene infinitas miseras , calamitates , &
passiones quibus subiecta uita præsens . Tempus uero se
cundum rectè potest uocari tempus ridendi , & hoc propter
liberationem à prædictis miseras . Nam , ut legitur Apoc . 21.
Tunc absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum ,
& iam non erit amplius neque luctus , neque clamor ,
sed nec ullus dolor , quoniam priora transierunt , supple
cum præsenti uita . Quantumcunque igitur charissimi patia
mur in præsenti , non debemus desperare de Dei misericor
dia , neque murmurare , sed potius consolari , existimantes ,
quid non sunt condigne passiones huius temporis ad futu
ram gloriam , quę reuelabitur in nobis , ut dicit Aposto . in
verbis præmissis , quę sunt extracta ex epistola hodierna .

N O T A N D V M ergo , quid in dicta epistola Apost. prin
cipaliter tria facit . Primo inducit nos ad libenter patient
dum in præsenti propter præmium , quod in futuro expecta
tur , in principio epistole .

S E C U N D O ostendit commune malum , cui omnis ho
mo necessariò subiectur , ibi . Vanitati enim &c.

T E R T I O tangit liberationem à prædicto malo , cura
subiectur . Quia & ipsa creatura , &c.

P R I M O igitur Apo. inducit nos ad libenter patientium
in præsenti propter præmium , quod expectatur in futuro , et
ait . Existimo gl. interli. id est , firmiter scio , siue ualde certus
sum , minus ergo dicit , & plus significat , quid non sunt
condigne passiones etiam omnes , huius temporis , ad futu
ram gloriam , quę reuelabitur , in nobis . Ethoc intelligitur
secundum prædictam glo. si districte nobiscum ageretur . Vbi
poteris

Dominica IIII. post Trinit.

notandum, quod passiones huius temporis, possunt dupliciter considerari. Vno modo finit, quod sunt a libero arbitrio humano, & sic uerum est dictum Apofolli. Alio modo secundum, quae sunt a spiritu sancto, tanquam a principio mouente ipsum liberum arbitriu, informatu gratia, & charitate, & sic sunt condigne ad futuram gloriam, eodem quod tunc principium meriti, est eiusdem dignitatis. & uirtutis, cum premio, quod datur. In predictis ergo uerbis loquitur Apo. tanquam utrumque expertus. si passiones huius temporis, & futuram gloriam. Primo nempe expertus fuerat passiones uitae presentis, prout ipsemet testatur. 2. ad Cor. 1. 1. dicens. In laboribus, & carceribus abundantius, &c. Secundum uero expertus fuerat futuram gloriam, quandoquidem raptus fuerat in Paradisum, & audierat arcana uerba, quae non licet homini loqui. 2. ad Corinth. 12.

N O T A N D U M ergo, quae passiones temporales, non sunt condigne ad promerendam futuram gloriam, propter multa.

P R I M O quidem, quia breues. 1. Petri. 1. Modicum nunc si oportet contrastari in varijs tentationibus. Ad maius enim passiones huius temporis non excedunt periodum humanæ uitæ. Quae quidem periodus est ualde breuis, & quasi momentanea, respectu eternitatis. Vnde in Psal. Mille anni, ante oculos tuos, tanquam dies hesterna, quae preteriit. Ipsa uero gloria celestis, & futura est æterna, iuxta illud. 1. Petri. ult. Deus autem, qui vocauit nos in æternam gloriam suam. Et ideo, ut dicit Aug. in suo manuali. c. 15. Si quotidie oportet nos tormenta perferrè, si ipsam gehennam longe tempore tolerare, ut Christum in gloria sua, uidere possumus, & sanctis eius sociari, non dignus esset datu omne, quod triste est, ut tanti boni tamquam gloriae participes haberemur.

S E C U N D O, quia paruae, iuxta illud. 1. Petri. ultim. In Christo Iesu modicum passos. Item. 2. ad Corint. 4. Id quod in praesenti, momentaneum est, & leue tribulationis nostræ. In hoc ergo, quod Apofolus dicit, momentaneum, ostendit breuitatem passionum huius uitæ. In hoc uero quod subdit, & leue, ostendit earundem paruitatem. Sunt ergo huiusmodi passiones momentaneæ, & leues respectu future gloriarum, quae ualde magna est, iuxta illud psalm. Magna est gloria cuius in salutari tuo.

T B R

Sermo I. de Epistola.

55

T E R T I O, quia paucæ numero. Vnde Sap. 3. In paucis vexati. Hoc dictu est de sanctis Dei martyribus, qui in paucis vexati sunt respectu glorie celestis, quæ multiplex erit, ideo sequitur. In multis bene disponentur, uidelicet, in septem dotibus, quarum quatuor respiciunt corpus, quæ sunt agilitas, subtilitas, claritas, impassibilitas, siue immortalitas. Aliæ autem tres doles respiciunt animam, quæ sunt uisio, fructus, comprehensio, siue tentio. Sed vix quod sancti Dei martyres, non in paucis, sed in multis vexati sunt, maximè, cum dicat Apofolus ad Hebr. 11. Alij ludibria, & uerbera experti. Insuper uincula, & carceres. Lapidati sunt, scoti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Itē quis reputet paucā vexationē cruciatū mirabilē B. Laurentij, dum in craticula assaretur? Dicti Christi martyres in paucis vexati sunt respectu celestis premiū, ut dictu est. Vel in paucis vexati sunt respectu dolorum Christi, qui dicit Thren. 1. O vos oēs, qui transitis per viam, attendite, & uidete, si est dolor similis, si est dolor meus. Vnde in pf. Absorti sunt iuncti petræ iudeces eorum. Et est sensus, quae passiones sanctorum, qui mundum, cum Christo iudicabunt, comparatae passioni Christi, sunt quae si nullæ. Vel dic, quod dicti sancti Christi martyres, in paucis vexati sunt sua reputatione. Ille enim parum reputabant, quicquid propter Christum patiebantur, præ magnitudine amoris glorie celestis. In cuius figurâ legitur. Gen. 29. de Iacob, quod dies laboris sui, quem expendebat in custodiendo oves Laban saceri sui, uidebantur sibi pauci præ amoris magnitudine quæ gererat ab Rachel. Ecce quare dicit scriptura de martyribus, quae in paucis vexati, in multis bene disponuntur.

Q V A R T O, quia passiones huius temporis, saltem tollerate propter Christum, sunt semper mixta aliqua consolacione, iuxta illud uerbum Apofolii. 2. ad Cor. 2. Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita per Iesum Christum abundant consolationes nostre. Gloria uero celestis est pura, & absque permixtione doloris. Apo. 21. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & iam non erit amplius neque lacrima, neque clamor, sed nec ullus dolor, quoniama, &c.

Q V I N T O, quia passiones uitæ presentis sunt cōmunes bonis, & malis. Patitur, n. iustus, patiter, & iniustus. Gloria uero

solita.

Dominica IIII. post Trinit.

¶ illa cœlestis est tantum propria bonis , iuxta illud Psalm.
Gloria haec est omnibus sanctis eius .

S E X T O , & ultimò , quia passiones uitæ eius sunt obligatæ . Ad eas enim obligamur , iuxta illud Greg. Quicquid patimur , peccata nostra meruerunt . At uero gloria illa cœlestis non ex debito datur , sed solum ex mera Dei liberalitate , dicente Psal. Gratiam , & gloriam dabit Dominus . Patet ergo propter prædictas sex rationes , quod passiones huius uitæ non sunt condigne ad promerendam futuram gloriam , quæ reuelabitur in nobis .

N O T A N D V M insuper , quod triplex est passio , quæ disponit ad futuram gloriam , uidelicet passio .

Martyrij . Purgatorij . Tribulationis .

P R I M O igitur dico , quod passio martyrij disponit ad futuram gloriam . Nam cōmuni doctrina , & sententia doctorum est , quod quicunq; suscipit martyrium pro fide Christi , uel etiam pro quacunq; virtute conseruanda , siue exercenda , sic decadens ingreditur directè cœlū . Hinc cantat Ecclesia de martyribus . Sancti tui Domine mirabile secuti sunt iter , seruientes præceptis tuis . Et post pauca . In mari rubro apparuit uia sine impedimentoo , uia , scilicet , ad cœlum apparuit in mari rubro , id est , in effusione sanguinis , sine impedimentoo , scilicet culpæ , & pena debitis , quæ quidem poena tollitur per martyrium . Item Apoc . 7 . de eisdem martyribus dicitur , quod lauerunt stolas suas , id est animas , & candidas eas fecerunt , id est purificatas à culpa , & pena , in sanguine agni , id est , in passione Christi , quem patiendo sunt imitati . Et propterea extra de celeb . Missa ca . cum Martha dicitur , quod iniuriam facit martyri , qui orat pro martyre . Dicitur etiā . i . 5 . quest . 1 . meritò . § . firmissime , quod illi , qui pro Christi nomine martyrizantur , absque dubio uitam æternam consequuntur . Insper sepe ostensum est per multa exempla animas sanctorum martyrum subito uolare ad cœlum . Vnde legitur de Tyburtio , & Valeriano , quod in hora passionis beatus Maximus uidit animas eorum uolare ad cœlum . Similiter legitur Act . 7 . quod cum beatus Stephanus lapidaretur , uidit celos apertos . Ex quibus omnibus concluditur , quod passio martyrij disponit patientem ad futuram gloriam .

S E C U N D O passio purgatorij disponit ad futuram gloriam .

Nihil

Sermo I. de Epist.

56

Nihil enim retardat animam , cum gratia à corpore decedenter à perceptione futuræ gloriae , nisi obligatio ad penitentiam , quæ solvit in purgatorio . Qna soluta , mox ipsa anima uolat ad cœlum , eam illic deferente beato Michael archangelo . Vnde Ecclesia in officio mortuorum cantat dicens ad Dominum . Domine Iesu Christe libera animas , &c . Sequitur : Signifer sanctus Michael repræsentet eas in lucem sanctam .

T E R T I O passio tribulationis , & aduersitatis præsentis seculi patienter propter Deum tolerata disponit ad futuram gloriam , iuxta illud Act . 14 . Per multas tribulationes oportet nos intrare regnum cœlorum , & Sap . 10 . dicitur : Iustum deduxit Dominus per vias rectas , & ostendit illi regnum Dei . Et paulo post . Honestauit illum in laboribus . In huius etiam figuram legitur Exo . 13 . quod Dominus populu Israeliticum non per viam planam , quæ etiam erat brevior , & facilior , sed per viam deferti circumduxit eum , quæ uia erat difficilior , & asperior , in quâ dictus populus multa aduersa sustinuit . Tandem autem peruenit ad terram promissionis lacte , & melle manantem , quæ designat terram illa cœlestem , de qua Psal . Credo uidere bona Domini in terra uiuentium . Pauci tamen intrauerunt dictam terram , per quod signatur , quod pauci saluantur , eò q; non utuntur patienter aduersis . Quod etiam passio aduersitatis disponit ad futuram gloriam , patet exemplo Lazarii mendici ulceribus pleni , de quo legitur Luc . 16 . quod eo mortuo portata est anima illius ab angelis in finum Abraham . Simile etiam refert beatus Grego . in suo dialogo , lib . 4 . de Tarolla , & Serulo .

P A T E T ergo de intellectu illius propositionis Apostoli , in principio præsentis Epistole , dicentis . Non sunt cōdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam , quæ reuelabitur in nobis . Et quia fecerat idem Apostolus mentionem de futura gloria , ideo de ea subdit , dicens . Nam expectatio creaturae reuelationem filiorum Dei expectat . Et est sensus , quod homo iustus uiuit in spe dictæ futuræ gloriae , quæ reuelabitur per apertam manifestationem omnibus electis , siue omnibus filiis Dei , per adoptionem . Nomine ergo omnis creaturæ intelligitur homo , quia ut dicit Greg . homil . 19 . expōens illud uerbum Christi , Marci vlti . Eentes in mundū uni-

versum

versum prædictare Euangelium omni creaturæ, nomine omnis creaturæ intelligitur homo, eò quod haber aliquid commune cum omni creatura: haber enim esse cum lapidibus, uiuere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum Angelis. huiusmodi ergo creatura, id est, homo expectat in præsenti sœculo reuelationem filiorum Dei, id est, futuram gloriam. Vnde, & sanctus ille Iob de scipio loquens dicebat. Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec ueniat immutatio mea. Eiusdem 14 & 1. Iohann. 3. Non dum apariuit, quid erimus. Et sic patet de primo principali.

S E C U N D O principaliter in præsenti Epistola, Apostol ostendit, & describit commone malum, scilicet, penitentia, cui omnis homo uelit, nolit, necessariò, subiicitur, cum ait: Vanitati enim omnis creatura subiecta est, non uolens, sed propter eum, qui subiecit eam in spe. hunc autem textum exponit, beatus Thomas in postilla sua tripliciter, scilicet, specialiter de homine iusto, generaliter de quolibet homine, siue iusto, siue iniusto, generalissime de omni creatura tam rationali, quam sensibili, quam etiam insensibili. Sed omessa tercia expositio ne, dicamus tantum de duabus primis.

P R I M O igitur per omnem creaturam specialiter intellegit omnis homo iustus: Solus enim talis antonomasticè dicitur homo. Talis ergo creatura uanitati subiecta est, id est, rebus corporalibus, & transitorijs, quæ sunt vanæ, & caducæ, iuxta illud Eccl. 1. Vanitas uanitatum, & omnia uanitas. Item eiusdem. 3. Cuncta subiacent uanitati. Prædictis ergo rebus corporalibus, & transitorijs, quamvis uanis, utpote commixtione, bibitioni, dormitioni, & huiusmodi subiicitur homo iustus, sicut, & quilibet alias, & hoc propter necessitatem vite corporalis. Non tamen uolens: quia talis iustus non amat temporalia, neque quæcumque uana, quasi ponens in talibus cor suum per inordinatum amorem, sicut faciunt uiri iniusti, & mundani, contra quos loquitur Psal. dicens. Filii hominum usquequo graui corde? vt quid diligitis uanitatem? id est, res uanas, & caducas, quasi in eis uobis constituentes finem, & felicitatem sumam. Quo ergo subiectus est hō iustus p̄dicitis rebus uanis illis debite utendo? Certè p̄pter Dei ordinationem, qui vult, quod homo etiam iustus te peraret utatur p̄dicitis ad necessitatem, quousque fuerit in corpore

corpore, & anima in celo, & tunc talibus non indigebit. Hoc ergo innuit idem Apostol, qui cum præmisseret dicens: Vanitati omnis creatura subiecta est non uolens, mox addidit: Sed propter eum, scilicet Deum, qui subiecit eam, suppet talibus rebus, & hoc in spe, scilicet future Resurrectionis, ubi uisus talium cessabit omnino, iuxta illud Apoc. 21. Non cūriant, neq; sient amplius. Et sic patet de prima expositione. Quicunq; ergo uellet hic uiuere absque cibo, & potu, graui ter peccat, utpote faciens contra Dei ordinationē. Nota in uitis patrum de illo, qui uoluit uiuere, ut angelus.

S E C U N D O per omnem creaturam generaliter intelligit omnis homo, tam iustus, quam iniustus. Et tunc sensus prædictorum uerborum est talis. Vanitati enim, id est, passibilitati, morti, & incinerationi omnis creatura supp. humana subiecta est, iuxta illud Psal. Veruntamen uniuersa uanitas omnis homo uiuens. Et idem alibi. Quis est homo, qui uiuet, & non uidet mortem? Non tamen uolens, quia talis uanitas inflicta est toti humanæ naturæ in pœnam. Omnis autem pœna est inuoluntaria in quantum huiusmodi, sicut & quilibet culpa uoluntaria. Vel sic: Vanitati, id est, morti, subiecta est omnis creatura, id est, omnis homo, non uolens, ed quod talis subiectio inflicta est propter peccatum Adæ, quod nō est in nobis uoluntarium uoluntate propria, sed propter eum, qui subiecit eam. Tanquam aperte diceret Apostolus, q; omnis homo debet patienter sustinere prædictā uanitatem, scilicet passibilitatē, & mortem propter Deum, qui si ordinavit in pœnam peccati primi parentis. Et hoc in spe, scilicet futura Resurrectionis. Et sic patet de secunda expositione.

M O R A L I T E R notandum iuxta prædictum uerbum: Vanitati enim omnis creatura subiecta est, quod triplex uanitas in Sacra Scriptura reperitur, uidelicet uanitas.

Naturalis. Temporalis. Personalis.

P R I M O igitur inuenitur quedam uanitas, quæ dicitur naturalis, quæ est cōmunitis omnibus creaturis, tam inferioribus, quam superioribus. Nam omnis creatura, inquantu crea- tura haber uanitatē naturalē, quia de se nata est deficere, & in nihilū tendere. Quāuis enim substantiæ spirituales, cuiusmodi sunt angelī, & animæ rationales, nō habeant principiū intrinseci sui defectiōis, quemadmodū habent substantię

Dominica III post Trinit.

corporales, & præfertim inferiores, nihilominus indigent sustentari à Deo. Aliás tanquā res uane in momento deficerēt, quia ut dicit Augustinus, omnia tenderent in nihilum, nisi à Deo manutenerentur. Et de hac uanitate recte intelligitur uerbum Apostoli in præsenti Epistola dicens: Vanitatis subiecta est omnis creatura non uolens.

S E C U N D O inuenitur alia uanitas, quæ dicitur temporalis, quæ est bonorum mundanorum. Omnia enim bona temporalia dicuntur uana. Tum quia mentem non satiant, uelut inania. Tum quia innitentem fallunt, uelut instabilia. Tum quia spem frustrant, uelut mendacia, & inutilia. Res enim uana dicitur, quæ apparentiam habet, non existentiam, quæ uidetur fortis, & est debilis, quæ uidetur durabilis, & est deſtitibilis. Da exemplum de uessica, quæ cum solum sit uento plena, uidetur tamen esse aliquid firmum, quod tamen à parte rei est inane, & vacuum. Sic in proposito est de bonis temporalibus, quæ quamuis videantur aliquandiu firma, & durabilia, tamen à parte rei sunt debilia, & deſtitibilia. Et ideo dicit Eccl. 1. Vidi cuncta, quæ fiunt sub sole, & ecce uniuersa uanitas, & afflictio spiritus. Practica istud de diuitijs temporalibus, item de delicijs corporalibus, item de scientijs secularibus, item de amicis mundialibus, item de pulchritudine corporali, & huiusmodi.

T E R T I O inuenitur alia uanitas, quæ dicitur personalis, quæ est hominum peccatorum. Peccatores enim dicuntur uani, eo scilicet, quod uanitatis uitiorum sunt pleni. Vnde de talibus recte potest intelligi illud Sap. 13. Vani sunt omnes homines, qui non habent scientiam Dei. Res enim uana dicitur, quæ fulcimento, & fundamento priuat, quæ in pendulo constituitur, quæ nulla stabilitate firmatur, ut sunt nubes, uenti, & similia. Talia enim non stant, sed potius undequaque discurrunt, nunc ad unam partem, nunc ad aliam. Talis autem est omnis peccator, cui dcſcit gratia fundatum. Vnde in Psal. Homo uanitati similis factus est, dies eius sicut umbra prætereunt. Peccator enim propriè uanitatis dicitur, eò quod more umbre uanus, non solidus inuenitur, sicut patet in Hypocritis, uanis, glorioſis, iactantibus, & superbis. Patet ergo quomodo uanitatis subiecta est omnis creatura. Et hoc de secundo principali.

TERTIUS

Sermo I. de Epift.

58

T E R T I O principaliter Apostolus in præsenti Epistola tangit liberationem à prædicto malo, cui subiicitur omnis creatura non uolens, quod est paſſibilitas, mors, incineratio, & huīusmodi. Nam à prædicto malo, siue malis liberabitur omnis creatura, id est, omnis homo iuſtus in generali omnīū resurrectione, prout aperte insinuat idem Apostolus cum subdit. Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Hanc autem libertatem à seruitute corruptionis possimus inductiū declarare ex parte quaatuor dotium corporis. Corpus enim humanum, quod nūc subiicit seruituti quadruplici, uidelicet ponderositatē, obscuritatē, paſſibilitatē, & arctationē quo ad locum, in statu gloriæ habebit quadruplicem libertatem oppositionis prædictæ quadruplici seruituti. Nam contra seruitutem ponderositatē, seu grauitatis obtinebit tunc libertatem agilitatis. Erit enim tunc maximè agile, adeo q[uod] ubi uoluerit esse spiritus, ibi protinus aderit corpus, ut dicit Aug. vlt. lib. de cui. Dei ca. 30. Item contra seruitutem obscuritatē, & opacitatis obtinebit tunc libertatem claritatis. Erit enim tunc corpus humanum maximè claritatis, & hoc ex redundantia gloriæ animæ illi coniuncte sicut in simili legitur Matt. 17. de Christo, quod in hora transfigurationis illius resplenduit facies eius sicut sol. Vnde de istis duobus simul legitur Sap. 3. Fulgebunt iusti sicut sol, & tanquā scintille in arundinetō discurrent. Item contra seruitutem paſſibilitatis, & mortalitatis obtinebit tunc libertatem impaſſibilitatis, & immortalitatis. Apoc. 21. Mors ultra non erit. Item contra seruitutem arctationis quo ad locum, obtinebit libertatē subtilitatis, ita ut possit subintrare quodcumq[ue] corpus, sicut patuit de Christo, qui post Resurrectionem intravit ad discipulos ianuis clausis. Luc. 24. Item Iohan. 20. Ecce ergo quomodo omnis creatura, id est, omnis electus liberabitur in die generali Resurrectionis à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Prædictam autem libertatem gloriæ summo desiderio appetunt iusti adhuc in terris ambulantes. Et hoc est, quod subdit Apostolus dicens. Scimus enim quod omnis creatura, id est, omnis iustus ingemiscit, & parturit usq[ue] adhuc, id est, cum magno gemitu desiderare prædictā libertatē. Vel ingemiscit affectu, & parturit effectu, eò q[uod] cum dolore

H 2

dolore

Dominica IIII. post Trinit.

dolore operatur usq; adhuc, id est, usq; ad mortem. Nec quid mirum, cum etiam ipsi Christi Apostoli adhuc in terris ambulantes hanc libertatem summo affectu desiderarent. Et hoc est, quod ait Apost. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primi tias spiritus habentes, id est, nos Apostoli, qui habemus Spiritum Sanctum prius, & abundantius, quam alii, intra nos gemimus suspirantes peruenire ad libertatem glorie, ideo subditur. Expectantes redemptionem corporis nostri. Nec quidem solum ipsi Apostoli adhuc mortales desiderabant, seu optabant sepe dictam libertatem gloriae pro se, ut dictum est uerum etiam pro omnibus predestinationis. Et hoc est, quod ait Apostolus. Et ipsi intra nos, id est, in cordibus nostris gemimus, id est, desideramus adoptionem filiorum Dei, id est glorificationem omnium electorum in corpore, & anima, tandem fieri in generali omnium Resurrectione. Quam nobis prestatre dignetur ille, qui in Trinitate perfecta uiuit, & regnat. Amen.

Dominica quarta post Trinitatem. Sermo secundus de Euangelio.



S T O R E misericordes, sicut Pater uester misericors est. Luc. 6. Pro introducione praefentis sermonis mouetur questio talis. Vtrum misericordia sit maxima uirtus? Hanc questionem formar beatus Thomas. 2. 2. q. 3. o. art. 4.

Pro cuius solutione ponam aliquas veritates.

P R I M A igitur ueritas. Misericordia non semper est uirtus. Hanc ueritatem ponit idem doctor ubi supra art. 3. Ex cuius verbis potest formari talis ratio. Nulla passio est uirtus, in quantum huiusmodi, sed misericordia quandoque est passio. igitur. Minor sic probatur: Misericordia importat dolorē de miseria aliena. Sic est autem, q; huiusmodi dolor uno modo importat motum appetitus sensitivi, qui quidem motus non est aliud, quam uera passio. igitur.

S E C U N D A ueritas. Misericordia secundum, q; regulatur recta ratione est uirtus. Probatio. Misericordia importat dolorē de miseria aliena. Sic est autem, q; huiusmodi dolor potest nominari motū appetitus intellectivū, id est, voluntatis, secundum q; alicui displaceat malum alterius. Qui quidem motus

Sermo II. de Euang.

59

motus appetitus intellectivū, siue voluntatis potest esse secundum rationē regulatus, & per eundem potest regulari motus inferioris appetitus, id est, sensualitatis. Cum ergo ratio humanae uirtutis in hoc consistat, quod motus animi recta ratione reguletur, cocluditur, quod misericordia est uirtus, ut pote circa passiones, quas moderatur consistet. Propter quod Augustinus lib. 9. de ciui. Dei refert Ciceronem in laudem Cesaris dixisse: Nulla de uirtutibus tuis, nec admirabilior, nec greater misericordia est. Vnde ibi concludit idem Augustus quod tunc misericordia est uirtus, q; illa ita exhibet, ut conservetur iustitia, siue cū indigeti tribuitur, siue cū penitenti ignoscitur.

T E R T I A ueritas. Misericordia non est maxima uirtus simpliciter, & absolutè. Probatio. Constat, quod à toto genere uirtutis theologicæ, quæ sunt fides, spes, & charitas, cum sint de Deo, præcellunt uirtutes morales, inter quas cōnatur uirtus misericordie. Maximè autem ipsa charitas, quæ nos immediatè unit Deo, est multo præstior ipsa misericordia.

Q U A R T A ueritas. Misericordia secundum se præcellit in dignitate omnes alias uirtutes, quæ nos ordinant ad proximum. Probatio. Ad misericordiam pertinet, quod effundat, siue tribuat alijs. Item q; defeculus, & necessitates aliorū subluerit. Vnde & Deus maximè misericors dicitur, & est, eo quod maximè subuenit necessitatibus hominum, ita ut de eo dicat Greg. in collecta, Deus cui propriū est misericordia semper, & patere. Vnde & per misericordiam maximè assimilatur Deo, per similitudinem operationis, in hoc, scilicet, q; effundimus indigentibus sicut, & ipse. Quantum tamen ad interiorē hominem, siue quantum ad effectū, magis assimilatur Deo, quam quantum ad exteriorē hominem per ipsam misericordiam. Quemadmodum ergo oleum supernaturale alij liquoribus, ita & misericordia alij virtutibus nos ad proximum ordinantibus præfertur. Bene ergo, & salubriter ad eam nos innuit Christus in principio praesentis Euangelij dicens. Estote misericordes, sicut Pater uester misericors est.

I N prafenti ergo Euangelio Christus principaliter quinq; que facit. Nam Discipulos inuitat ad meritum.

In principio Euangelij.

Illis pollicetur præmium, ibi.

Mensuram bonam, &c.

H

Allegat

Dominica I I I I . post Trinit.

Allegat eorum officium, ibi.

Nunquid potest cœcus, &c.

Proponit se in exemplum, ibi.

Non est discipulus, &c.

Deteratur hypocrisis uitium, ibi.

Quid autem uides, &c.

P R I M Ø igitur Christus in principio euangelij invitauit discipulos suos, & in illis nos omnes ad uitę meritum ostendendo quatuor ad salutem necessaria, uidelicet.

Quid habendum, quia misericordia.

Quid uitandum, quia mala iudicia.

Quid remittendum, quia iniuria.

Quid impartiendum, quia temporalia.

P R I M Ø igitur Christus instruens nos ad uitę meritum ostendit, quid sit habendum, quia misericordia. Et istud exprimit, cū ait. Estote misericordes, sicut pater uester misericors est. Et nota, quod non dicit. Estote potentes, aut sapientes, sicut pater uecte potens est, aut sapiens. Sed tantum ad misericordia diuinæ imitationem nos inuitat, dicens. Esto te, &c. Sed cur hoc? Certe quia uelle imitari Deum in duobus primis est damnable. Vnde Angelus uolens Deum imitari in potentia, de cœlo corruit. Isa. 2.4. Et similiter Adam uolens, eum imitari in sapientia, seu scientia, de paradiso terrestri eiectus est. Gen. 3. Velle autem Deum imitari in misericordia, est ualde salubre, iuxta Matth. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

C I R C A hanc igitur materiam uidendū est, & discutendum, quō pater cœlestis est misericors, ut inde possumus pendere, qualiter in misericordia debeamus eum sequi. Inuenio autem, quod ipse est misericors in multis, uidelicet.

Perseuerando, Conseruando, Preueniendo, Differendo, Flagellando, Recipiendo.

P R I M Ø igitur pater cœlestis est misericors in hoc, quod à multis, & grauiissimis peccatis præseruat. Vnde Thren. 3. Misericordia Dei est, quia non sumus consumpti, super quo gl. Quelibet anima deuota misericordię domini tribuit, quia nou est consumpta flagitijs suis, infirmitate carnis, delectatione sc̄uli, hostium insidijs. Vnde Aug. li. de bono uirginali, exponens illud uerbum Luc. 7. Dimissa sunt ei pecca-

Sermo. I I . de Euang.

60

ta multa, quoniam dilexit multum, dicit, quod omnia illa peccata sic habenda sunt, tanquam dimittantur, à quibus Deus custodit, ne committantur. Iustus ergo diuinæ misericordię imputare debet, qd non est lapsus in peccatum. Insuper, & qui lapsus est in aliquod peccatum, lebet eidem diuinę misericordię imputare, qd non est lapsus in multa alia, maximè cum per præcedens peccatum sit factus debilior ad resistendum, & diabolus fortior ad inuidendum, qui ēt nullaprecatorum multitudo, aut grauitate satiarunt. Propter qd idem Aug. lib. 2. confes. dicebat. Misericordia tua domine deputo, quęcunque non feci mala. Et post pauca. Omnia illa peccata mihi dimissa esse fateor, & quę mea sponte feci, & quę te deuce non feci. Item Bernar. in quodam ser. Qus enim non uideat, quod sicut in multa cecidi, sic & in alia poteram cecidisse peccata, nisi omnipotentis pietas conseruasset? Fateor, & facio, nisi quia dominus adiuuit me, panlominus cecidisset in omne peccatum anima mea. Hęc ille. Quod ergo aliquis non sit latro, adulter, homicida, infidelis, hereticus, stuprator, aut huiusmodi, hoc totum diuinæ misericordię, & non uiribus proprijs attribuere debet, quęcum ab huiusmodi malis preferueruit. In tali ergo misericordia debemus imitari patrem nostrum cœlestem, quod opere implemus, quoties proximos nostros, ne peccent, pro posse nostro præseruamus, siue salubre consilium illis dando, siue exemplum bonę uitę tribuendo, siue uias male agendi illis percludendo, siue beneficij subueniendo, sicut fecisse legitur Beatus Nicolaus, quando sumptibus datis, stupti nefas prohibuit. Declara historiam de tribus puellis.

S E C U N D Ø pater cœlestis est misericors in hoc qd pa-
perem peccatorem in uita conseruat, quod est maximum
beneficium, eo quod si illico moreretur, dum peccatum
commisit, mox in infernum cum mille démonibus de-
scenderet, nunquam inde eripendus. Quod attendens Da-
vid, quām primum perpetravit adulterium, cepit orare do-
minus dicens. In multitudine misericordię tuę exaudi me
domine, in ueritate salutis tuę eripe me de luto, ut non in-
figar, libera me ab his, qui oderunt me, & de profundis aqua-
rum: Non me demergat tempestas aqua, neque absorbeat
me profundum, neque urgeat super me puteus os suum.

H 4 Exaudi

Dominica I I I I . post Trinit.

Exaudi me domine, quoniam benigna est misericordia tua. Vbi per puteum intelligitur infernus, qui cū urgeret os suū, super ipsum David peccatorē, illuc per mortem descendendo implorabat deuotē Dei misericordiam, ut eum adhuc in uita conseruaret ad agendum pénitentiam. Sic etiam egit, rex Ezechias. Nam cū illi denunciasset Isaías ex parte domini, quod disponeret dominū suū, cō quod esset moriturus, statim conuerterit faciem suam ad pariterem, & fleuit fletu magno rogans dominum, ut dignaretur adhuc cum in uita cō seruare ad agendā pénitentiam. Quod & factum est. Nam postea uixit annos. 15.4. Reg. 20. Item Isa. 38. Vnde in Psal. Dies super dies regis, sup. Ezechias adiicies, annos eius usq; in diē generationis filii sui, & generationis filii filii sui. Multum ergo misericorditer agit dominus, quoties conseruat peccatorem in uita, maximē cum non sit dignus uiuere super terram, sed potius in momento uiuens in infernum descendere, cum Dathan, Choré, & Abiron, de quibus in Ps. Aperta est terra, & deglutiuit Dathan, &c. De hac hystoria habes Nume. 26. Nec certè solum Dei misericordia peccatorem in uita conseruat, uerum etiam eundem ab infinitis penē periculis mortis præseruat, tam in aquis, quam super terram. In tali ergo misericordia debemus imitari patrem nostrum cœlestem. Hoc autem opere pro posse nostro implenus, dum oramus ad dominum pro inimicis nostris, & quibusque peccatoribus, ut dignetur illis dare locum, & tempus pénitentia. Cuius contrarium agunt nonnulli, qui ira, & impatiencia commoti aduersus inimicos, rogant dominum, ut subito, & male moriantur, & cum démonibus damnentur. Hoc autem est directe contra charitatem, quam tenentur habere ad proximum, & ideo grauissime peccant.

T R I T o pater cœlestis est misericors in hoc, quod peccatoribus debitam diu patienter differt, iuxta illud Sap. 11. Misericordia omnium domine, quoniam omnia potes, dissimulans peccata hominum propter pénitentiam, ubi glo. Bonus opifex opus suum diligit, & regit, & si aliquando homo peccat, susinet in multa patientia. Vnde in Ps. Misericordia, & misericors dominus, patiens, & multum misericors. In hoc, scilicet, quod tolerat peccantes, ut conuertantur. Item Ioh. 2. Conuertimini ad dominum Deum uestrum, qui benignus,

Sermo II. de Euang.

61

Benignus, & misericors est, patiens, & multe misericordias, ubi glo. interli. Non statim punit, sed expectat peccatores ad penitentiam. Vnde deuotus Ber. in quadam ser. loquens ad dñm ait. Ego peccabā, & tu dissimulabas, non continebā à sceleribus, & tu abstinebas à uerberibus. Ego prolongabam multo tēpore iniuritatem meā, & tu dñe prolongabas pietatem tuam. Isa. 30. Expectat dñs, ut miscreatur uestrī. Patet ergo misericordia Dei, in hoc, quod differt aliquando multo tempore, utpote pluribus diebus, hebdomadibus, mensibus, & annis punire delinquētes peccatores. In hmōi ergo misericordia debemus imitari ipsū patrē cœlestē. Hoc autē opere implenus, dū inimicos nřos patiēter toleramus, nec statim ad iudicātā prūpimus, sed expectamus, donec ad cor redeat.

Q V A R T o pater cœlestis est misericors in hoc, quod peccatorem præuenit, iuxta illud Psalm. Deus meus misericordia eius præueniet me. Item idem alibi. Cirō anticipent nos misericordiae tuae domine, quia pauperes facti sumus nimis. Et ideo adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui domine libera nos, sup. à peccatis, & per culis cunctis, & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum. Non solū ergo Deus peccatorē ad penitentia patiēter expectat, uerū ēt priusquam ipse peccator de sua correctione aliiquid cogitet, quinimo, cum ille in peccatis perseuerat, ipse dominus Deus sua ineffabilis misericordia eū præuenit, ad eū accedit, illi veniam, & pacē priusq; rogetur offértes, & ut ad ipsum redar, in p̄missionibus, & alijs modis admōnens. Et nota, quod hæc misericordia Dei, qua peccatorem præuenit, est tam necessaria ad salutem, quod ubi eum, non præueniret, ipse ad Dñm nunquam rediret, sed in suis fecibus perseverans tādē ineuitabiliter dñnaretur. In huiusmodi ergo misericordia debemus imitari patrem nostrū cœlestem, quod factō implenus, si inimicos nostros uerbis dulcibus, atque beneficijs præuenimus, ut sic nobis recōcilientur. Quod ualde pauci facere uolunt, sed fermē omnes dicunt, cum ad reconciliationem monentur à uiris probis. Ille me offendit non ego eum. Et ideo ipse debet ad me prior accedere, non ego ad eum. Propter quod plerunque difficultius est discordantes posse in unum cōgregare, quam congregatos, & post quam mutuo se audierint, inter se discordantes pacificare.

Dominica IIII. post Trinitatem.

de suo procumbere, sed benignis uestibus recreatum diademata, quod abiacerat, capiti reponere eum iussit, atque in pristinum fortunæ habitum restituit, è què pulchrum esse in dicans reges facere, & uincere, quamvis tamen dictus rex grauissima bella contra Romanos gessisset. O quanto igitur rubore perfundi debet uestir catholicus, si nou agit erga inimicum, quod egit uesti ethnicus, & paganus, & signanter ubi ille ueniam postulat? Cuius tamen contrarium nonnulli agunt, ante quos quanto, quis magis se humiliauerit tanto amplius superbiat, & inflatur, atque durius, & contumeliosius omnia præterita illis improphanter. Patet ergo ex superdictis, quād multipliciter si misericors pater noster cœlestis, & quomodo eum in misericordia imitari debemus. Et ideo bene, ac rationabiliter nos admonet Christus in principio præsentis Euangelij dicens. Estote misericordes, sicut pater uester misericors est. Pater etiam, quid ad salutem consequendam sit habendum tanquam medium necessarium: quia misericordia.

S E C V N D O Christus nos instruens ad vitæ meritum ostendit, quid sit uitandum, quia mala iudicia, hoc autem aperte expressit, cum ait. Nolite iudicare, & non iudicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini. Notandum tamen, quòd Christus per prædicta uestibilia non prohibet, nec interdit nobis omne indicium, sed aliquod sic, aliud non.

P R O quo notandum, quòd opera hominum sunt in triplici differentia. Nam quædam sunt omnino nobis occulta, ut sunt occulta cordium. Alia sunt manifesta, & aperita, sed tamen indifferentia ad bonum, & malum. Possunt enim bono animo fieri, pariter, & malo, sicut ambulatio ad Ecclesiam, datio elemosynæ, ieiinium, oratio uocalis, loqui cum risu cum muliere, aliàs non suspecta, & similia. Alia uero sunt manifesta sicut, & præcedentia, sed sunt aperte, & de se mala, sicut blasphemare nomen domini, detrahere de proximo, furari, mechari, & huiusmodi peccata, quæ habent in se inuolutam malitiam inseparabiliter annexam. Iudicare ergo de primis operibus nobis prohibet dominus, eo quod ipsius solius est de talibus iudicare, qui solus scit cogitationes hominum, quoniam uane sunt, ipse etiam est qui Hie-

Sermo II. de Euang.

63

¶. 17. loquitur dicens. Prauum est cor hominis, & infestibile. Quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans cor, & probans renes. Similiter iudicare de operibus indifferentibus, saltem in malam partem nobis prohibet dominus in præsenti Euangeliō, cum ait. Nolite iudicare, super de operibus indifferentibus in malam partem, & hoc propter incertitudinem. Incerti enim sumus, quo animo fiunt, & ideo temerarium est de illis iudicare in malam partem. Qui ergo de talibus non iudicatur, non iudicabitur, supple, à domino tanquam temerarius index. Suspicio autem leuis, & sinistra circa alia, tantum uenialis est. A' qua tamen cauendum est tanquam à ueniali peccato: Iudicare autem de operibus manifestè malis, & què non possunt tergiueratione celari nobis permittit tanquam non malum. Quinimo uolens talia excusare tanquam non mala, aut non malo animo facta gravior peccat, tanquam apertus fautor malorum, & iniquorum hominum. Propter quod dicit Psalm. Rectè indicate filij hominum. Quilibet etiam talis maledicitur à domino Esaïe. 5. Ve, qui dicitis malum bonum, ponentes tenebras lucem. Item Hierony. super Epistolam Pauli, ad Philemon, & recitat. 1. i. quæfio. tertia, si quis dixerit. Si quis, inquit, dixerit iustum iniustum, & in iustum iustum, abominabilis est uteisque apud Deum, hinc etiam est, q[uod] iudices criminales pro apertis malis iudicant criminosos ad pœnam mortis secundum exigentiam casus. Dicit ergo Christus. Nolite iudicare, scilicet, temerariè de proximo, & non iudicabimini, scilicet, aternaliter à Deo. Nolite condemnare, id est, aliquem dignum damnatione estimare, & non condemnabimini, supple, à Deo aternaliter. Ratio autem propter quam non licet de aliquo estimare, quòd debeat damnari, est eò, quòd aliquis est hodie malus, qui forsan cras erit bonus. Et de hoc habemus exemplum de Paulo Actuum. 9. Item de Petro Luc. vigesimo secundo. Item de publicano Luc. sextodecimo. Item de Magdalena Luc. septimo. Nam ut habetur Ecclesia. 11. Facile est in oculis Dei subito honestare pauperem, hinc etiam dicitur 11. quæst. prima, sacerdotibus. Adhuc nescimus, quis in terribili Dei iudicio qualis sit futurus. Pater ergo, quid sit virandum.

Dominica III post Trinit.

TE R T I Ó Christus nos instruens ad uitæ meritum ostendit, quid sit remittendum: quia iniuria, cū ait: Dimitte, scilicet, iniurias uobis ab alijs illatas. Dimitte, inquam, eas ex corde propter Deum, qui hoc uult, & percipit, & dimittit uobis, supple, peccatum uestrum à Deo, cui frequenter iniuriati estis. Eccl. 28. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur, homo homini seruat irā, & à Deo quærit uindictam. Ac si aperire diceret. Si homo homini nō dimittit, qualiter audet rogare Deum, ut sibi dimittat? Nota parabolam de seruo debitor, de quo Matt. 18. legitur, quod noluit dimittere conseruo suo. Et ideo dominus eius contra eum iratus dixit ei. Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogas mihi. Nonne ergo oportuit, & te misereari conserui tui, sicut, & ego tui misericordus sum?

QUADRÁTÓ Christus nos instruens ad uitæ meritum, ostendit, quid sit impariendum: quia temporalia, cum ait. Date, sup. pauperibus temporalia, & dabitur uobis, scilicet, vita æterna, & hoc oratione, & precibus ipsorum pauperum. Vn de Lu. 16. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æternis tabernacula. Insuper præter uitam æternam, que re promittitur uiris misericordiæ, qui dant in presenti temporalia pauperibus propter Deum, datur illis abundantia, & prosperitas temporalis, cū expedit, iuxta illud. Proverbiorum. 3. De primitiis frugum tuarum da pauperibus, & replebuntur horrea tua saturitate. Vbi aduertendum, quod date, & dabitur, sunt duas forores inseparabiliter se mutuò concomitantes. Propter qd in illis Abbatijis, & Monasterijs, à quibus ciecta est date, noluit ibi remanere foror sua dabitur. Pater ergo qualiter Christus instruit nos in presenti Euangeliō ad uitæ meritum, quantum ad quatuor. Et sic pater de primo principali.

SE C V N D Ó principaliter Christus in presenti Euangeliō pollicetur æternum premium hominib. qui fecerint, quæ superius dicta sunt, cum ait. Mensuram bonam, & confertam, & coagitaram, & super effluentem dabunt in sinum uestrum. Non quidem in sinum tunice uestre, sed animæ uestre. Sinus enim animæ est intellectus, qui implebitur in futura gloria vi flone diuinæ essentiae. Item affectus, qui implebitur ictitia dilectionis

Sermo II. de Euang.

64

lectionis perfectæ. Sed ad quos referunt illud verbum dabunt. Profectò referunt ad ueros pauperes, qui sunt occasio, dum illis dantur temporalia, ut dentur cœlestia, & eterna benefactoribus suis, & hoc ex pacto diuino, & Dei ordinatione.

CIRCA quod notandum, quod illi, qui dant temporalia pauperibus propter Deum, reportant multiplicem mensuram, uidelicet bonam, & confertam, & coagitaram, & super effluentem.

PRIMÒ quidem mensuram bonam, scilicet, substantiæ temporalis Proverb. 28. Qui dat pauperi, non indigebit, scilicet, nec in presenti, nec in futuro: quia ut habetur 1. ad Timotheum. 4. Pietas ad omnia valet, promissionem habens utq. quæ nunc est, & future. Nam eo ipso, quod bona temporalia bene, & laudabiliter expenduntur, à domino multiplicantur, iuxta illud Proverbiorum. 11. Alij dividunt propria, & ditiores fiunt. Non ergo quis pauperior efficitur, si bona sua seminauerit inter manus pauperum, que sunt agera pietatis afferens fructum trigesimum, sexagesimum, centesimum. Quinimo plerunque eo non aduertente datur, prout declarat Augustinus homilia. 39. dicens, Si pius fueris ad pauperes, uenieret tibi pluia, antequam roges, descendet ubertas de nocte, dum stertis, dum adhuc in lecto es, ex precepto vigilis dies excubant elementa, & fructus te nesciente effunduntur. Hęc ille.

SE C V N D Ó, qui dant temporalia pauperib. reportat mensuram confertam, id est, plenam gratiæ Dei, & remissionis peccatorum suorum, Lucæ undecimo. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Item Eccl. 3. Ignem ardöntē extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. Propreterea dicit Daniel regi Nabuchodonosor. Peccata tua eleemosynis redime. Danielis. 4.

TE R T I Ó prædicti reportant mensuram cogitatam, id est, calcatam, siue conquassatam auxiliu diuinum, & protectionis singularis contra Diabolum in mortis articulo. Unde Ecclæ 29. Conclude eleemosynam in corde pauperis, & hęc pro te exorabit ab omni malo. Deinde paucis interieritis subditur. Super scutum potensis, & super lanceam aduersus inimicum tuum pugnabit, sup. eleemosynam. Quod ergo ipsa eleemosyna protegat, & liberet hominem à Diabolo in

Dominica III post Trinit.

Io in mortis articulo, persuaderet. Chrysostomus super Matth. homiliis 55, ita dicens. Non sic oleum corpus hominis corroborat, ut animam misericordia stabilit, adeoque confirmat, ut superiori à Diabolo nequeat. Lubricum enim eleemosynę oleum corpus hominis constituit, ita ut manus Diaboli facilè propter lubricitatem effugiat, hoc igitur oleo crebrò nos perungamus, his ille. Précipite ergo morti uicini debent se ungere hoc sancto oleo eleemosynæ, distribuētes partem bonorum suorum in pios usus. Quod opere implentes reportabunt mensuram coagitatan protectionis gratia Dei contra hostem antiquum. Vnde Aug. ad fratres in eremo sermo 6. qui intitulatur de misericordia. Amate, inquit, fratres mei misericordiam: quia nunquam uidi piūm hominem mala morte finiri.

Quarto predicti reportant mensuram supereffluentem, id est, non rasilem, sed cumulatam glorię cœlestis in futuro, hoc autem erit, quando Christus dicet eis illud Matth. 25. Venite benedicti patris mei, possidete, &c. quia esurui, & dedistis mihi manducare, sitiui, &c. Propterea Thobi. 4. Fiducia magna coram domino, id est, perueniendi ante thronum Dei in celo, eleemosyna omnibus facientibus eam. Econtra autem impetas ad pauperes claudit homini ianuam celi, iuxta illud uerbum Aug. ad fratres in eremo sermo. 6. qui intitulatur de misericordia. Si, inquit, clauseris uiscera misericordie indigenti, omnino tibi claudetur ianua Christi: hec enim porta dominii, & iusti intrabunt in eam. hec ille. Pater ergo de quadruplici mensura, quem reportabunt iuxta domini sententiam uiri pii, & misericordes ad pauperes Christi.

Tertio principaliter Christus in praesenti Euangelio allegat officium discipulorum suorum, nec non, & quorum cunque prelatorum Ecclesie, seu regimen animarum habentium, cum ait. Nunquid potest cœcus cœcum ducere? Nonne ambo in fœueam cadunt? Per que uerba innuit, quod prelati, & Ecclesie pastores non debent esse cœci per ignorantiam eorum, que scirentur iuxta officium suum, sed potius illuminati per ueram doctrinam. Alias cum ouibus suis cœcis cadunt in fœueam peccati in praesenti, & inferni in futuro. Sed profecto sunt hac tempestate multi cœci in Ecclesia, & cœces cœrorum, quales sunt multi prelati ignari, & imbeciles.

Sermo II. de Euang.

65

Ies. In cuius figuram legitur. 2. Reg. 5. quod Iebusiti posuerunt super muros Hierusalem cœcos, & claudos in despectu David Regis. Sic multi Principes, quasi in despectum Dei hodie ponunt in Ecclesia multos Episcopos, & Abbates, similiter Episcopi multos curatores cœcos scientia, & claudos uitare, qui nihil sciunt, nec aliquid ualent. Esa. 56. Speculatoris eius cœci omnes, nesciderunt, uniuersi canes muti non ualentes latrare. Sed quid dixerunt Iebusiti ad David? Non ingredieris huc, nisi abstuleris cœcos, & claudos. Per quod denotatur, quod prelati, qui posuerunt in Ecclesia curatos, aut Vicarios ignaros, non ingredientes Hierusalem celestem, nisi primum deposituerint tales, & loco eorum prouiderint de uiris idoneis ad pascendas oves Christi, quia vt dicit Greg. Dum pastor per abrupta uitiorum graditur, necesse est, ut grex in precipitum ducatur. Et Christus in praesenti Euangelio: Si cœcus cœco ducatum præstet, ambo in fœueam cadunt.

Quinto Christus principaliter in praesenti Euangelio proponit se in exemplu, cum ait: Non est discipulus sup magistrum: Superioris enim dixerat Christus discipulis suis, & in eis oibüs Christianis: Estote misericordes: Nolite iudicare: Nolite cōdemnare: Dimitrite: Date. Et quia ipse in propria persona hec omnia obseruauit, sicut facile pō ostendi, & deduci p singula, ideo vult, q illius exēplo hæc omnia obseruemus, quia nō est discipulus sup magistrum, quinimo est eo inferior, & per cōsequēs debet eum imitari per cōformitatē motuum, & uite, quantū pō, ideo subdit Christus. Perfectus autē erit omnis, si sit sicut magister eius. Ac si aperire diceret: Si ego Dñs, & magister patienter sustinui iniurias, & eas benignè remisi, non indigne minui uos Christiani eas patienter ferre, & dimittere. Et istud sufficiat pro ito quanto puncto.

Quinto, & finaliter Christus in fine praesentis Euangelij detestatur Hypocrisis uitium, & peccatum, quia enim ipse Christus prius dixerat. Nolite iudicare, cuius contrarium faciunt multi hypocrites, qui de proximis sepe male iudicant propter quedam leuias, quæ forsitan uident in eis, seipso autem iustificant propter quandam sanctitatis apparentiam exteriorem, cum tamen intus sint corrupti, & abominabiles coram Deo, & angelis eius, ideo unumquemq; talē re-

Ser. Do. G. Pep. Pars Achiou.

I pre-

Dominica v. post Trinitatem.

prehendit ipse Christus sub quadam similitudine, ita dicit, O Hypocrita, quid uides festucam in oculo fratri tui, id est, leuem culpam, & offensam in proximo tuo, trabem autem, id est, grauius crimen, qua in oculo tuo est, non consideras. Tanquam aperte diceret. O Hypocrita cur habes oculum apertum ad iudicandum aliena crimina, & clausum ad iudicandum tua maiora. Certè facile patent ex dictis. Audistis ergo charissimi ex deductione præsentis euangelij, quām multipliciter Christus dominus noster, & magister instruit nos ad uitæ meritum. Item qualiter pollicetur celeste premium iis, qui fecerint, qua præcipit. Studeamus ergo facere, qua præcipit, & uitare, qua uetat, & prohibet, quatenus mensuram bonam percipere ualeamus in cœlesti gloria. Quam nobis concedere dignetur ille, qui in Trinitate perfecta uiuit, & regnat. Amen.

Dominica Quinta post Trinitatem, Sermo Primus de Epistola.

 M N E S unanimes in oratione estote. 1. Petr. 3. Videmus interdum, quod agricultorū eundem campum pro diuersis sui partibus seminant diuersis seminibus. Similiter uidemus in magnis conuiuijs, & banquetis, diuersa ferula intra eundem discum præsentari. Itē in eadem apotheca reconduntur diuersæ species aromaticæ. Ita, & Beatus Petrus in epistola hodierna, tanquam nerus agricultorū domini diuersis seminibus, id est, diuersis mysterijs seminat campum dictæ epistolæ. Item diuersa ferula ad reficiendas, & pascendas pauperculas animas offert, ut qui non vult gustare de uno ferulo, saltēt gustet, & sumat de alio. Similiter in eadem epistola uelut in quadam apotheca diuersas species aromaticas, id est, diuersas uirtutes coram Deo, & Angelis sanctis redolentes inserit. Summarie ergo. Beatus Petrus in præsenti epistola, Sex facit. Nam primò ad multiplicem uirtutem nos inducit, in principio epistolæ. Secundò prædictæ inductionis rationem subiungit, ibi. Qui enim vult, &c.

T E R T I O media perueniendi ad cœlestem hæreditatem

Sermo 1. de Epist.

66

tem ostendit, ibi. Qui enim vult, &c.

Q U A N T O timorem inimicorum à bonis excludit, ibi.

Et quis est, qui uobis, &c.

S E X T O reuerentiam Christo exhibendam concludit, ibi. Dominum autem Christum, &c.

P R I M O igitur Petrus in principio epistolæ hodiernæ, nos ad multiplicem uirtutem inducit, uidelicet.

Ad religiositatem.

Ad charitatem.

Ad misericordiam.

Ad modestiam.

Ad humilitatem.

Ad patientiam.

P R I M A igitur Beatus Petrus nos inducit ad religiositatem, siue ad orationem, qua est ad us religionis, maxime cum per eam exhibetur Deo honor, siue cultus debitus, cū ait. Charissimi omnes unanimes in oratione eflete compatiientes. In quibus uerbis tangit Beatus Petrus, duas conditiones requisitas ad orationem, ut-debitè fiat. Prima dicitur unanimitas. Secunda uera compassio.

P R I M A igitur conditio requisita ad debitam orationem vocatur unanimitas, quia, omnes unanimes in oratione estote, inquit, Petrus. Vnanimes, inquam, id est, unius animi, ita, ut nec cogitatione discrepetis, ut dicit gl. inter. Hæc autem unitas debet esse in bono, & non in malo, ita ut non concordent homines ad malefaciendum, sed tantum ad benefaciendum. Vnde de Apostolis, & de eis, qui cum ipsis erant in primitiis ecclesia, legitur Actu. 4. Quod multitudinis credentium erat cor unum, & anima una in Deo. Et quia dicti Apostoli habuerunt hanc primam conditionem, siue circumstantiam orationis, qua dicitur unanimitas, quando scilicet, orabant in unum locum congregati pro missione spiritus sancti, ideo exauditi sunt à domino, ut legitur Act. 2. Qui ergo cupiunt orationes suas à domino exaudiri, debent esse unanimes, id est, unius animi, tam ex parte intellectus, quam affectus, seu voluntatis. Ex parte quidem intellectus per unitatem fidei, ex parte uero affectus, per unitatem charitatis, & dilectionis mutue.

C I R C A hoc igitur notandum, quod unanimitas in ora-

I 2 tione

Dominica v. post Trinit.

tione ualeat ad multa.

P R I M ò quidem, uidelicet ad hoc, quod ipsa oratio familiaris exaudiatur a domino, unde Matth. 18. ait Christus. Si duo ex uobis consenserint super terram de omni re, quancumque perierint, fier illis a patre meo.

S E C V N D ò ad hoc, quod uictoria obtineat de Diabolo. Ut enim dicit Vegerius de re militari li. 1. cap. 9. Nihil est, quod magis faciat milites uincere in bello de aduersarijs suis, quam incedendo seruato ordine, atque exercitu unito, una cum valido clamore, quo hostes terroristur. Ita in proposito cum demones uident nos unanimes per charitatem clamare in coram orando, mirabiliter terroristur, & cōfusibiliter superant.

T E R T I ò ualer ad hoc, quod presentia sanctorum Angelorum commodius habeatur. Nam ubi aliqui in unum congregantur ad exorādium altissimum, statim adsunt inter eos sancti Dei Angeli iuxta illud Psal. Preuenerunt principes, id est, Angeli sancti coniuncti p̄fallentibus, id est, deuotè orantibus. Bene ergo, & rationabiliter nos admonet Apostolorum princeps in principio hodiernæ Epistola dicens, Charissimi, omnes unanimes in oratione efforte.

S E C V N D A conditio, siue circumstantia requisita ad debitam orationem uocatur compassio. Et hec conditio exprimitur, cum dicitur. Estote compatiētes, uos, sup. orantes. Sed quomodo compatiētes? Cei è alter alterius onus portando, atque infortunium proximi suum putando, ut dicit glo. interl. Bene ergo addit Petrus orationi compassionem, quia arida est oratio nisi adsit compassio eius, pro quo orat. Cum ergo, quis uidet proximum suum egere, egrotare, aut quodcumq; aliud infortunium pati, & compassionē ductus orat pro eo dominum, recte facit, atque implet uerbum beati Petri. Taliter autem compaticebatur necessitatibus, & miserijs aliorum beatus Paulus, cum dicebat. Quis infirmatur, & ego non infirmor? 2. ad Cor. 11. Aci aperte diceret Apst. Cum video proximum infirmari, reputo suam infirmitatem, tanquam meam, quia tantum, inde doleo per compassionē, ac si esset mea. Et ita implebatur in Apostolo illud mirabile, quod in aliquibus regionibus esse dicitur, videlicet, quod vir iacet in lecto loco uxoris suę, que peperit. Taliter etiam super miserijs proximorum suorum compatiens erat strenuus ille

Sermo I. de Epistola.

67

ille uir bellator Iudas Machabeus, cum dicebat. Vę mihi ad quid natus sum uidere contritionem populi mei. 1. Mac. 2. Taliter denique compatiens erat uir illę in utero sanctificatus Hieremias, qui dicebat. Deficit anima mea propter interfectos populi mei. Eiusdem. 4,

S E C V N D ò heu hac tempeste multi huius contrarium faciūt, quales sunt illi, qui ex intidia, aut odio mortali lætan̄tur de infortunio proxinorum suorum. Contra quos scribitur Proverb. 17. Qui ruina letat̄ur alterius, non erit impunitus. Et ideo nos admonet scriptura ubi supr̄ 24. c. dicens, Cum cederit inimicus tuus ne gaudeas, & in ruina eius, ne exultet cor tuū, ne forrē uideat dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam. Vnde, & sanctus ille Iob 31. c. dicebat. Si (pro non) gauisus sum ad ruinam eius, qui me oderat, & exultauit, quod inueniſſet eum malum. Patet ergo, quod compati debemus miserijs aliorum, & non inde gaudere.

S E C V N D ò beatus princeps Apostolorum Petrus inducit nos in presenti Epistola ad charitatem dicens. Estote fraternitatis amatores, id est, amate uos mutuo fraterno amore, eo quod omnes estis fratres, ut poterit eiusdem patris cęles̄is, qui Deus est, filij. Filii, inquam, cum per creationem, quod commune est bonis, & malis. Tum per gratiam adoptatantem, quod speciale est iustis, & bonis. De prima filiatione scribitur in Psal. Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. De secunda uero scribitur Io. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Credūt, inquam, si de forma per charitatem. Cōformiter ergo ad p̄dictū Petri uerbi nos admonet beatus Paulus ad Ro. 12. dicens. Charitatem fraternitatis inuicē diligētes, quia s. f. debetis eē siuicē frēs.

C I R C A qđ notandum, quod multa debent christianos prouocare, & inclinare ad fraternum amorem, que etiam prouocant fratres carnales ad mutuo se diligendum.

P R I M U M est unitas originis ex parte patris, & matris simul, aut ex parte alterius tantum. Vnde ex hac parte commotus fuit Joseph ad flerum, & ad osculandum fratres suos, quando descendederunt in Aegyptum, quamvis prius uendidissent eum, ut patet Gen. 45. Ex hac ergo parte debent christiani esse fraternitatis amatores: quia processerūt ab eodē patre celesti, itē ob eadem matre Ecclesia. Iudeos autem, &

Dominica v. post Trinit.

Gentiles debent fraternaliter amare ex parte alterius parentum tantū, scilicet Dei, cuius sunt filii per creationem, quāvis non sint filii Ecclesiae cum ipsis Christianis.

SECUNDVM, quod prouocat fratres carnales ad fraternū amorem est unitas medij, utpote, quando simil sub eodem teō cōmorantur, eodem cibo, & potu pascuntur, & cōmuni bursa utuntur. Ex hac autem parte debent Christiani esse fraternitatis sinceri amatores. Tum quia sub eodem teō unionis Ecclesiae cōmorantur, iuxta illud Psal. Ecce quām bonum, & quām iucundum habitare fratres in unum. Practica, quomodo tales conueniunt sepe sub eodem teō Ecclesiae materialis audituri, aut suscep̄turi diuina. Tum quia eodem cibo, & potu pascuntur in sacramento altaris. Iohann. 6. Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Tum quia cōmuni bursa utuntur, idest, thesauro illo infinito, qui exiuit de latere Christi in cruce quiescentis, item per pedes, & manus illius. Cuius una sola guttula erat plusquam sufficiens ad redimendos infinitos mundos equales huic, si tot fuissent.

TERTIUM, quod prouocat fratres carnales ad fraternū amorem, est unitas finis, idest, hæreditatis paternę percipiendę post mortem illius. Quod autem aliqui fratres sint discordes, & lites suscitent occasione dictę hæreditatis, prouenit ex eorum malitia. Bonus autē frater mortuo patre dicit fratri suo illud, quod olim dixisse legitur Abraham Loth fratri suo. Non sit, queso, iurgium inter me, & te, fratres enim sumus. Gen. 13. Ex hac ergo parte debent Christiani esse fraternitatis mutuę ueri amatores, quia vt dicit beatus Petrus in præsenti Epistola, in hoc uocati es̄tis, uos supp. Christiani, ut benedictionem hæreditate possideatis. Hanc tamen hæreditatem cœlestem nullus filius percipere potuit, quoisque magnus ille Pater cœlestis mortuus fui non in cruce. Patet ergo, quod debemus prouocari ad fraternū amorem ex parte trium, uidelicet principijs, medij & finis. Sed proh dolor rarus inuenitur fraternus amor tam inter fratres carnales, quām spirituales, sed potius proditio, odium, rancor, discordia, parcialitates, lites, & inimicitię. Nam hodie uideamus impletam illam Prophetiam Micheæ. 7. quæ dicit: Vir fratrem suum uenatur ad mortē, & inimici hominis domestici eius.

Propter

Sermo I. de Epist.

68

Propter quod cautos nos reddit scriptura Hiere. 9. dicens: Vnusquisq; à proximo suo se custodiāt, & in omni fratre suo, tam carnali, quām spirituali, sup. nō habeat fiduciā. Nota de proditionibus, quæ hodie sunt fermē in omni statu, etiam inter principes postūlūt fedus pacis, siue treugarum.

TERTIUS beatus Petrus in præsenti Epistola inducit nos ad misericordiā, dicens: Estote misericordes, idest, miserum cor gestantes. Est enim homo ex conditione naturæ suę animal manuetū, piuum & cōpōssiuū. Propter quod dicit Chrysostomus super Math. homil. 53. quod homo, qui non est misericors, à natura hominis decidit. Vnde etiam in signum huius, quādō & ubi canes infestant cœrulos, tunc ultra configunt ad hominem, tanquā ad refugium, ut refert Plinius in naturali historia lib. 8. cap. 3. quod intitulatur de cœriis. Bene ergo, & rationabiliter nos admonet princeps Apostolorum ad misericordiam dicens. Estote misericordes.

PRO QUO notandum, q; debemus esse misericordes tribus modis, secundum quod est triplex genus eleemosynarum, prout notatur in decre. dist. 45. tria. Prima corporalis, egendi dare quicquid poteris. Secunda spiritualis, dimittere illi à quo Iesus fueris: Tertia delinquentes corrigerē, & errantes in uiam ueritatis reducere.

PRIMUS igitur debemus esse misericordes dando temporalia egenis in præsenti seculo, vt in futuro mereamur recipere cœlestia, & æterna à Dño. Sic enim promisit ipse Dominus ne facturū uiris misericordiæ. Luc. 6. dicens. Date, & dabitur vobis. Et est sensus. Date temporalia, & dabitur uobis cœlestes, & æternū præmium. Et hoc est, quod loquitur Salomon Proverbiis. 19. dicens: Feneratur Domino, qui miseretur pauperis, & uicisitudinē suam redder ei, quando sup. centuplum accipiet, & uitam æternā possidebit. Item ad idem propositū loquitur alia scriptura Eccl. 29. dicens: Qui facit misericordiā, feneratur proximo suo: Sed quare hic dicit scriptura hominem misericordē fenerari proximo suo, cum prius dicat eum fenerari Dño? Responsio. Talis dicitur bene fenerari Dño, quādo propter eum dat eleemosynā indigenti. O' quam optimū fenus facit, qui miseretur pauperi propter Deum. Nam si cut fenerator, siue usurarius semper plus recipit, quām dedit, ita in proposito. Talis nempe pro nummo cœlum recipit,

I 4 pro

pro potu aquæ frigidæ torrente uoluptatis aeternæ potabitur à Domingo, pro pane exiguo recipiet satietatē refectionis eam, & pro tenui tunicella gloriam immortalitatis perpetue. Meritò ergo debemus esse misericordes pauperibus, temporalia largiendo.

S E C V N D O debemus esse misericordes offensas donando, & remittendo his, qui nobis iniuriati sunt uerbo, signo, aut facto. Et hæc eleemosyna procedit de thesauro abscondito, idest, de corde bono, & optimo. De qua loquens August. prout recitat dist. 45. qui sunt eleemosynæ, dicit, quod eleemosyna cordis est dimittere ei, à quo Iesu es, qua etiam multo maior est, quām eleemosyna corporis. Dicit etiā idem Aug. in Enchiridio. ca. 70. quod summa eleemosyna est uenire petenti homini ignoroscere. De qua etiā pōt rectè intelligi illud Luc. 6. Dimitte, & dimittemini. Ac si apertè diceret Christus. Dimitte offensas illis, qui uobis qualitererunt; nocuerūt, & ego di mittā uobis uestras p̄prias. Et hoc est, quod scribit Eccl. 1.8. Relinque p̄ximō tuo nōcēti, & tūc deprecāti tibi p̄tā solūctur.

T E R T I O debemus esse misericordes fraternaliter, & charitatiuè delinquētes corrigendo, & admonendo. Et hanc misericordiā, siue eleemosynā nobis precipit tempore, & loco Christus esse faciendā Matt. 18. dicens. Si peccauerit in te frater tuus, uade, & correipe eum inter te, & ipsum solum. Prædicta, quomodo hæc eleemosyna spiritualis aliquando cadit sub precepto, aliq[ue] uero solum sub cōsilio. Nec quidē solum debemus esse misericordes corrigendo uerbo delinquentes, uerū etiā uerbere, & hoc tempore, & loco, & præfertim si nobis subdātur. Et talis correctio magna eleemosyna est. Vnde Aug. in Enchiridio. ca. 70. Ille, inquit, dat magnā eleemosynā, qui emendat uerbē illū, in quē sibi potestas dat, uel coercet aliqua disciplina. Multa n. bona p̄fstant inuitis, quām eoū con sulitur utilitati, non uoluntati. Hæc ille. Patet ergo, quoniam debemus esse misericordes tribus modis. Bene ergo, & salubriter nos admonet uicarius Iesu Christi, & clauicula-rius coeli Petrus, dicens: Estote misericordes.

Q V A R T O id est principes Apofolorū in presenti Epistola hortatur nos ad modestiā, dicēs: Estote modesti, idest, omnia cū modo agite, & facite, vt exponit gl. intercl. Vnde modestus à modo dicitur, siue desceđit. Vel secundū alios descendit ab hoc

hoc uerbo moderator, ed quod moderatur operationes exteriores, reddendo hominē benignum, dulcem, & affabilem, ita ut neminē contristet uerbo, aut facto. Omnia ergo sunt facienda à prudentiis modestiæ, & temperate, nō impetuose, seu cholera, & passione. Modestia ergo decet quemlibet nimirum iustum, & maximè religiosum, Ecclesiasticū, iudicem, aduocatum, prælatū: Vnde specialiter de Episcopo loquens Apostolus. 1.ad Tit. 3. ait. Oportet Episcopum esse prudentem, sobrium, &c. Sequitur: Non percussorem, sed modestum.

Notandum ergo, quod modestia est nobis necessaria, ppter tria.

P R I M O quidem, quia mouet, & incitat ad cōpassionem. Facit etiam, ut alij libenter compatiantur homini modesto. Contrariū autem est de homine proteruo, & impetuoso, cuā pauci in aduersitate sua cōpatiuntur: Quod ergo uiro modesto cōpatiuntur alij, etiā uiri crudeles, inhumani, & infideles, patet per historiā, quę legitur. 2. Mach. 4. de impio, atq[ue] infide li Regi Antiocho. Hie enim audita necesse est: sacerdos Iudeorū cōtristatus est, & flexus ad misericordiā lachrymas fudit, recordatus defuncti sobrietatē, & modestiā. Propter quod occiso ē illius ī eodē loco fecit occidi, vbi eū prius occiderat.

S E C U N D O, quia inflamat ad dilectionē. Non solum enim boni, & modesti diligunt hominē modestum, & gratiosum, uerū etiā iniqui, & superbi. Et hoc ideo, cuiā ipse nouit gratiosę, & amicabiliter cum omnibus cōuersari. Et ideo debemus hac ueste libēter indui. Da exemplū de Pilato, de quo fertur, quod cum post Christi passionē fuissebat ab Imperatore Romano uocatus, ut condignā ultionem reciperet pro male gestis per eum in iudea, induit se tunica Christi, quam sibi resuauerat. Cungi in tali ueste uenisset ad Imperatorē, nihil mali aēstū est illi. Super quo admirans Imperator, & quo nam pacto posset tam subito mitigate iram illius, iussit ab eo dictam tunicam deponi. Quod cum factū fuissebat, mox seuuit ira Imperatoris in eum, & protulit cōtra eum mortis sententiam. Ad propositū modestia est uestis tam mirabilis, & singularis, quod reddit eum, qui ipsa induitur, omnibus amabilē, & dilectū. Et ideo debemus libenter eam induere, prout nos admonet Apostolus ad Col. 3. dicens: Induite uos, sicut electi Dei sancti, & dilecti, uiscera misericordiæ, benignitatem, modestiam, &c.

T E R T I Ó modestia est nobis necessaria, quia adorna humanam conuersationem. Constat enim, q̄ homines modesti, & temperati sciunt gratiosè cum omniibus conuersari. Propter quod Apostolus ad Ti. 3. instruebat discipulum suum Titum dicens. Admone subditos tuos, non litigiosos esse, sed modestos, & mansuetos ad omnes. Patet ergo quare modestia est nobis necessaria. Propter quod bene nos admonet Apostol. dicens. Estote modesti.

Q V A R T Ó B. Petrus in præsenti epistola inducit nos, & hortatur ad humilitatem, dicens. Estote humiles, ut scilicet, de predictis bonis, non eleuemini per superbiam, seu arrogantiā, sed potius totum attribuatis gratia Dei, animaduertentes, quod Deus superbiis reficit, humilibus autem dat gratiam, ut haberur Iac. 4. Et reuera parum ualeat oratio, uel eleemosyna, unde homo superbit. De oratione quidem patet per illum Pharisēum, qui in sua oratione superbiebat, dicens. Gratias tibi ago domine, quia non sum, sicut ceteri hominū. & ideo non fuit iustificatus, sicut humilis publicanus. Luc. 18. De eleemosyna uero patet. Matth. 6. ubi dominus loquitur dicens. Tu cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt, ut honorentur ab hominibus. Ecce superbia. Amen dico uobis receptorum mercatum suum.

C I R C A hoc autem notandum, quod debemus summo pere studere humilitati, eò quod super omnia operatur tria singulariter. Nam.

Deo placet, Diabolo displicet, Actori prodest.

P R I M Ó igitur humilioras uirtus Deo ualde placet. Propter quod caſuſima illa mulier Iudith dicebat ad dominū. Eiusdem nono. Humilium, & mansuetorū semper tibi placuit deprecauio. Ecōtrario autē de superbis loquebatur eadē Iudith dicens. Superbi non placuerunt tibi ab initio, sicut diabolus, & homo primus, qui ambo ceciderunt per superbiam, unus de celo, alius de paradiſo. Quantum etiam placeat Deo humilitas, patet per hoc, quod ipse ualde exaltat humiles in futuro iuxta illud Luc. 1. Deposituit potentes, id est, demones, de fede, id est, de celo, & illuc, supp. exaltauit humiles hoies. Vnde Iob. 5. Ponit humiles in sublime. Itē id est patet à signo. ipse nempe omnipotens Deus aperte insinuauit in

ſua

ſua incarnatione, quantum illi placet sancta humilitas, quā doquidem de humili virgine nasci uoluit, humiliē domum habuit, quia diuerſorū, humiliē lectū, qui preſepiū, humiliē uestē, quia pannis inuolutus est, humilibus personis ſuā natiuitatē nunciari uoluit, quia pastoribus, ſacra humilitatis ſuſcepit, uidelicet circumſcriptionis, & baptiſmi, & ſic de multis alijs signis uere, & ingentis humilitatis. Patet ergo quantum placeat ipſi Deo sancta, & immaculata humilitas, quę ēt coegit eū descendere de celis in uterū uirginis. Hoc autē fuit, quando nardus B. Mariæ. i. ipſius profunda humilitas dedit odorem ſuū, ut habetur Can. i. cū ſcilicet, respondit Angelus dicens. Ecce ancilla dñi, fiar &c. Propter quod dicit Hie. 3. parte epi. ſuarum epiftola. 8. 5. Quod maluit Deus de Beata Virgine in carnari propter illius humilitatē, quā propter quācunq; aliam uirtutem. Hoc etiā ipſamet teſtatur in ſuo cantico dicens de domino. Respxit humilitatē ancillæ ſuæ. Non autem dicit dñm respexisse prudentiam, fidem, ſpē, charitatem, aut aliam uirtutem ancillæ ſuę, ſicut humilitatem.

S E C U N D Ó uirtus humilitatis ſummè diabolo displicet. Sunt enim Deus, & diabolus ualde inter ſe cōtrarii quo ad affectiones suas. Nam quod diligit Deus, odiat diabolus. Et per oppofitum, quod odiat Deus, diligit diabolus. Propter quod dicebat Chriftus de diabolo. Qui non est meū, cōtra me est Lu. 11. Sic est autē, q̄ humilitas ualde Deo placet, ut immediatē oſtentum eft. Relinquitur ergo, q̄ ualde diabolο diſplicet. Et per oppofitum superbiam, qui ſummè Deo diſplicet ſumim ipſi diabolo placet. Quod autē humilitas diſplicet ualde diabolο, patet tali exēplo. Legitur n. in uitis patrum, quod ipſefemēt diabolus apparuit B. Macario in uia quadā publica tenens falce messoriā in manu, qua uoluit dictum Macariū percire, ſed nō potuit. Tandē dixit ei. Magnam à te vim patior Macari, qui cū tibi nocere cupio, non ualeo, quinimo à te ſuperior. Tu interdū ieuiunas, ſed in hoc me nō ſuperas, quia nunquam cibo utor. Tu ſepe uigilas, ſed neque in hoc me ſuperas, quia me ſopor nunquam oppreſſit, ſed in una re me uincis. In humilitate. Similiter legitur ubi ſup. de quodā ſene monacho, quę cum quidā demoniācū ſpumans fortiter in maxillam percuiſiſet, mox dictus ſenex præbuit ei alteram maxillam feriendam. Diabolus autem non ferens

inceps-

Dominica v. post Trinit.

incendium humilitatis eius mox discesserit . Ecce quantum displicer diabolo uirtus humilitatis.

T E R T I O uirtus humilitatis prodest multū actori suo. i. humili homini. Facit.n. sibi recognoscere suā fragilitatē & miseriā. Item anger in eo gratiā, & meritū in presenti . Et tandem facit eum ascendere ad coelestem gloriam , iuxta illud Lu. 14. Omnis , qui se humiliat, exaltabitur . Et sic patet de quinto .

S E X T O Beatus Princeps Apostolorum Petrus hortatur nos in hodierna epistola ad patientem , cum ait , non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed econtrario benedictentes. Concordat uerbū Petri, cū uerbo Paul. 1. Thessa. 5. dicentis. Videte, ne quis malum pro malo reddat aliqui, sed semper, quod bonū est, sectamini inuicem, & in omnes. Item Rom. 12. Benedicte, & nolite maledicere.

N O T A N D V M est aut̄ iuxta predictū uerbū. Non reddit̄es malū, &c. conformiter ad Aug. super ps. 108. exponētem illum uersum. Pro eo, ut me diligenter, detrahebat mihi, ego autem orabam, & similiter recitat̄ur in decretis. 23. q.3. sex sunt differentia, quōd sunt sex differentiæ retributionum.

P R I M A igitur retributio est, reddere bona pro malis. Et haec retributio solum conuenit bonis, & perfectis. Quam quidē retributionem facit dñs , quoties iustificat impiū. Similiter eandem fecit Christus , q̄āquidē pendens in cruce orauit patrem pro suis crucifixoribus dicens . Pater ignosce eis, quia nesciunt, quid faciunt. Luc. 23. Cuius ueritati secutus Beatus Stephanus flexo genu orauit dñm pro suis lapidatoribus dicens . Dñe , ne statuas illis hoc peccatum. Act. 7. ad quod similiter faciendum nos coarctat Christi authoritas. Mat̄h. 5. dicens. Diligite inimicos uestrōs , benefacite his, qui oderunt uos, & orate pro persequentiib⁹, & calumniantibus uos.

S E C U N D A retributio est, non reddere mala pro malis, signanter ubi hoc fieri p̄t. Et haec retributio similiter tantū conuenit bonis, sicut & precedinḡ. Harū tamen duarum prima est melior. Hāc ergo retributionē, quāuis negatūam, sc̄ licet, non reddere mala pro malis , pr̄cepit nobis Apostolus Ro. 12. dicens. Nulli malum pro malo reddentes. Et similiter eandem nobis pr̄cepit Beatus Petrus in praesenti. ep̄.

Stola

Sermo 1. de Epistola.

71

Stola dicens. Non reddentes malum pro malo , uel maledictum pro maledicto.

T E R T I A retributio est reddere bona pro bonis, quae quidem retributio est communis bonis, & malis, & ideo eam non reprehendit dominus , nihilominus non vult discipulos suos in ea manere, quos vult ad maiora promouere, quibus dicit Mat̄h. 5. Si diligitis eos , qui uos diligunt , idest, redditis solum bona pro bonis, quam mercedem habebitis , idest, quid magnos facitis ? Nonne , & publicani hoc faciunt ? Vult ergo discipulos suos diligere non solum amicos, uerum etiam inimicos, quod ad uitę perfectionem pertinet . Hac tamen retributione uetus Christus in die iudicij, quandoquidem dabit regnum aeternum iustis, qui in presenti ergerunt bona , utpote misericordia opera. Propter quod dicit eis illud Mat. 25. Venite , &c. quia esurii, & desistis mihi manducare, sitiui, & dedistis, &c.

Q U A R T A retributio est, reddere mala pro malis. Et talis retributio est communis malis, atque mediocriter bonis, quibus lex dedit ulciscendi modum. Exod. 21. dicens. Oculum pro oculo, dentem pro dente . Hac tamen retributio, si dici potest, iniustorum iustitia est. Non quia iniquum est, ut recipiat unusquisque, quod fecerit, sed quia ulciscendi libido uitiosa est , magisque ad iudicem pertinet inter malos hoc discernere , quam bonum hominem sibi expetere. Et quia Christus est summus iudex ueuorū , & mortuorum , cui ēt pater potestate dedit iudicium facere, ideo in die iudicij uetus haec retributione , non quidem liuore vindictæ , sed zelo iustitiae, quandoquidem ignem aeternum retribuet impijs pro facinoribus suis.

Q U I N T A retributio est, non reddere bona pro bonis. Et talis retributio (si tamen retributio dici debeat) est tantum propria malis, & per cōsequens uitiosa censenda est, utpote ad ingratitudinē maximā pertinens. Et haec retributione inuoluti fuerunt illi nouem Ies̄i , pro quos cum curasset Christus , dum irent ad sacerdotes legis , prout illis præceperat , non redierunt tamen ad eum gratias tanto beneficio reddituri. Quos etiam redarguit ipse Christus dicens. Nonne de cem mundati sunt , & nouem ubi sunt ? Lueç. 17. Practica , quām multi circa hoc delinquunt omittentes reddere.

gr̄

gratias Deo, & sanctis eius similiter, & benefactoribus suis post adeptum beneficium. Nam ut dicit Seneca Epistola. 82. Nihil carius estimamus, quam beneficium, quamdiu illud pertimus. Nihil vero uilius estimamus, cum acceperimus.

S E X T A, & ultima retributio est reddere mala pro bonis, quod est omni retributione deterius, & quod omnem excedit malitiam, & ideo solum ad viros pessimos pertinet. Unde hac iniustissima retributione usi sunt tam Iudas, quam iudei aduersus Christum. Ipsis nempe penè infinita beneficia contulerat tam docendo, quam infirmos curando, quam denique panes multiplicando. Et ideo pro tot, & tantis beneficijs eum sumimè diligere debebant. At vero econtra eum sumimè odiebant, & de eo detrahebant. Et hoc est, quod loquitur Psalmus in persona domini dicens. Pro eo, ut me diligenter, detrahebant mihi, ego autem orabam, sup. pro cis. Insuper posuerunt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea, hanc ergo retributionem Deus nescit: quia nulli malum pro bono retribuit. Vade igitur ò christia ne, & tu fac similiter. Et sic patet, de sex differentijs retributio nrum. Et per consequens de prima parte principali praesentis Epistolæ.

S E C U N D O principaliter beatus Petrus in presenti Epistola assignat rationem, quare inducit nos, siue hortatur ad prædictas uirtutes, & quare debeamus eas opere adimplere, cum subiungit dicens. Quia in hoc uocati estis, ut benedictionem hereditate possideatis. Benedictionem, inquam, illam, de qua Matt. 25. Venite benedicti patris mei, possidete regnum &c. Ecce hereditatis possessio.

M O R A L I T E R. Notandum, quod dominus uocat tria hominum genera ad triplicem hereditatem, siue possessionem, uidelicet, infideles, paganos, peccatores, christianos, fidèles, iustos. Primos uocat ad gratiam baptismalem, per quam omnes iustificantur. Rom. 8. Quos uocauit, hos & iustificauit. Secundos uocat ad poenitentiam iuxta illud Matt. 9. Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. Sic enim uocauit Christus Matthæum in telonio sedentem, cum ait ille: Sequere me, eiusdem. 9. Sic uocauit Paulum persecutorum, cum ait illi: Saule, Saule, quid me persequeris? Act. 9. Sic denique uocauit peccatricem Magdalenam, secundum quod locuta

est ad eam soror sua Martha, dicens. Dominus adest, & uocat te. Iohan. 11. Tertios uocat ad tria, uidelicet ad celestes nuptias, ad coenam æterni conuiuij, & ad percipiendam mercedem ineffabilis præmij. de primo Matth. 22. Misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias. De secundo Luc. 14. Homo quidam fecit cęnam magnam, & uocauit multos. De tertio Matth. 20. Cum sero factum esset, dixit dominus vineę procuratori suo. Voca operarios, & redde illis mercedem.

T E R T I O principaliter princeps Apostolorum Petrus in praesenti Epistola ostendit media perueniendi ad prædicām celestem hereditatem, cum ait. Qui enim vult uitam diligere, & uidere dies bonos, coercat linguam suam à malo, & labia sua ne loquantur dolum. Declinet à malo, & faciat bonum, inquirat pacem, & persequeatur eam: quia oculi domini super, &c. hæc autem uerba assumpit Petrus ex Psal terio Davidico. In quibus ostenditur, quid sit necessarium uolenti peruenire ad prædictam celestem hereditatem, illa autem sunt multa. Primū est refrenatio lingue ab omni mala locutione: quia coercat linguam suam à malo. Eccle. 28. Ori tuo facito ostia, & labia tua, sup. similiter coerces, ne loquantur dolum Psal. Muta fiant labia dolosa. Propter quod idem psal. de scipio loquens aicbat. Dixi custodiām vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiām. Nota de illo simplici eremita, qui uenit ad publicas scolas cā discendi literas. Qui postquam exercitatus fuit in legendō, & utcumque in lingua latina, uenit ad dictum paſſum Psal terij. Dixi custodiām, &c. Et mox uale fecit præceptoris suo, dicens se satis scire, dummodo faceret, quod didicerat. Secundum necessarium ad salutem, quod tangitur in prædictis uerbis, est uitatio omnis mali: quia declinet à malo. Terrium est operatio boni: quia faciat bonum. Non enim sufficit ad salutem non facere malum, sed oportet tempore, & loco facere bonum, ut pote orare, ieiunare, eleemosynas dare, & huiusmodi, hec enim sunt duas partes iustitiae, quas quicunque obseruauerit, indubie saluabitur. Quartum est præcūratio pacis: quia inquirat pacem, & per sequatur, id est, perfeceat sequitur eam. Quod ubi quis fecerit prædicta, indubie peruenier ad celestem hereditatem: quia oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum, ut eos suprà condigā remune-

Dominica IIII. post Trinit.

remuneret. Vbi uero quis oppositum fecerit absque dubio in eternum peribit: quia uultus domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Et sic patet de medijs perueniendi ad cœlestem hereditatem.

Quarto principaliter idem Petrus in presenti Epistola excludit à bonis timorem inimicorum suorum tam corporalium, quam spiritualium, tam uisibilium, quam inuisibiliū, dicens. Et quis est, qui uobis noceat, si boni amatores fueritis? Vbi notandum, quod ly boni est neutri generis, & genitiui casus, & est sensus, quod nullus potest uocere emulatoribus, id est, amatoribus boni, seu uirtutis. Quod si interdum tales patientur in corpore, aut rebus secundis, siue etiam in fama, aut honore, hoc tamen non nocet eis, eò quod persecutions qualescumque sint, non sunt illis ad detrimentum, sed magis ad uirtutis augmentum. Nota ad propositū de Iob, qui fuit emulator boni patientie, & ideo persecutio-nes omnes, quas passus est, non nocuerunt ei, sed magis profuerunt, saltem quamdiu ad uirtutis augmentum, ideo subditur. Sed si, quid patimini propter iustitiam beati, supple, eritis in futuro, iuxta illud Matth. 5. Beati, qui perfectionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum. Timorem autem eorum, ne timueritis, id est, non timatis passiones, quas mali uobis infligunt, ut nō conturbemini, sup secundum rationem, quamvis sensualitas interdu turbeatur inter huiusmodi passiones, & aduersitates, cum inferuntur. Et hoc est, quod loquitur salvator Matth. 10. dicens. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, & post hoc non habent amplius, quid faciant. Sed timete eum, qui postquam occiderit corpus, habet potestatem mittendi animam in gehennam.

Quinto principaliter beatus Petrus in fine Epistole presentis concludit reuerentiam esse Deo exhibendam dicens. Dominum autem Christum sanctificate in cordibus uestris, id est, sanctum ueneramini in cordibus uestris, illi firmiter adhaerendo per fidem charitate formatam. Vel sic secundum glo. ordi. Dominum Christum sanctificate in cordibus uestris, id est, sanctitatem Christi, quem sit incomprehensibilis gloria intimo cordis affectu intuemini. Vel sic, dominum Christum, &c. ut non recedat à memoria uestra per iugem medita-

Sermo II. de Euang.

73

meditationem. Non ab intellectu per iugem illius contem- plationem. Non à uoluntate per iugem illius amorem, & dilectionem. Non ab ore per iugem illius laudem. Sic enim agendo peruenietis ad celestem gloriam, non recedet à uobis, nec uos ab eo. Quam nobis prestat dignetur ille, quia in Trinitate perfecta uiuit, & regnat. Amen.

Dominica quinta post Trinitatem Sermo secundus de Euangeliō.



Vc in altum Nauculam Luc. 5. Pro introduc- tione presentis sermonis mouetur q̄d talis.

Quare specialiter præcepit Christus Petro ducente Nauculam in altum? Respondebitur, q̄d hoc præcepit propter duo, secundū q̄d ly altū du- plicem haber significationem. Nam altum aliquando idem ualeat, quod profundum, sicut ibi: Puteus altus est Io. 4. Ali- quando uero idem ualeat, quod sursum, sicut ibi Eph. 4. Ascē dens Christus in altum, id est, in celum, captiuam duxit capiuitatem, id est, sanctos illos patres, qui multo tempore fue- rint captivi in Limbo.

Primo ergo modo capiendo altum, scilicet idem valer quod profundum, rationabiliter præcepit Chrs Petro, in spe- ciali precepto Apostolis, ut Nauculam duceret in altum, id est, in profundum disputationum. Vnde Amb. & recitatur in glo. ord. super hoc passu. Etsi, inquit, imperetur alijs Apo- stolis, qui cum Petro erant, ualent retia, soli tamen Petro dicitur. Duc in altum, id est, in profundū disputationum, ut potest, cum de eterna uerbi diuini generatione disseritur, uel de uirtute resurrectionis dominicæ, aut de Spiritu sancti misione, & huiusmodi. Ad Petrum enim, id est, ad summum Pontificem, qui fuerit pro tempore, specialiter pertinet de talibus, & tam profundis materijs loqui, disputare, & dif- finire, ut notatur 24. quæstio. 1. non turbatur, quod autem ad ipsum summum Pontificem pertineat decisio, seu determi- natio, uel diffinitorum maiorum causarum uersantur in Ecclesia, siue concernant fidem, siue bonos mores, patet per id, quod figuratiuè dixit Ieron ad Moyser. Esto tu populo, in his, quæ ad Deum pertinent, ut referas, quæ dicun- tur ad eum, ut ostendas ei ceremonias, & ritum colendi Deum. Constitute etiam iudices, qui iudicent populum.

Ser. Do. G. Pep. Pars Actua.

K. omni

omni tempore . Quicquid autem maius fuerit , referant ad te , & ipsi minora tantummodo iudicent , leuisque tibi sit partito in alios onere . hæc ille . Ad propositum Moyfes , qui fuit dux populi iudeorum , rectè designat summum pontificem , qui est dux , & pastor summus (saltem in terris) christianorum . Quemadmodum ergo omnes quæstiones emergentes de lege , & cultu Dei , reseruabantur Moyysi determinande , ita omnia , quæ sunt fidei christianæ reseruatur Romano Pontifici determinanda , & diffinienda , atque mandanda teneri , & obseruari omnibus Christi fidelibus , hinc etiam scribitur in decre. distinct. 18. multis . quod maiores , & diffiniliores quæstiones (ut sancta Synodus statuit) ad Apostolicam Sedem semper sunt deferenda . Idem habetur . 16. quæstio . 1. frater . Et similiter extra de translatione , capitu . cum ex illo . Meritò ergo dixit Christus specialiter Petro , qui erat futurus Pausa : Duc in altum , idest , in profundum disputandum . Ex quo patet , quod Summus Pontifex , debet , & teneatur habere eminentissimas literas , pariter , & in suo comitatu viros doctissimos , & literatissimos tam Theologos , quam Iuristas . Vnde in curia Romana semper est , unus doctor , qui vocatur lector sacri Palatij , qui communiter assumitur de ordine fratrum Prædicatorum . Inferiores autem Prælati , ut pote Episcopi , & Archiepiscopi , quamvis non teneantur ad tantam literarum eminentiam , sicut Papa , nihilominus tenentur plura scire , quam simplices curati , prout iura volunt . Nec in eorum mensa debent esse fabula , sed lectio Sacrae Scriptura , ut notatur distinct. 44. pro reverentia . Item debent habere secum maturos viros ; & literatos , cum quibus conferant de agendis , ut notatur . 2. quæstio . 7. cum pastoris . Item de confe. distinct. 1. Episcopus . Cuius proh dolor ordinatis oppositum faciunt multi modici Prælati , qui in coniunctiis suis habent viros mundanos , cum quibus conferunt de mundanis , & uanitatibus huius seculi .

S E C U N D O modo capiendo ly altum in eodem sensu , scilicet , prout idem ualeat , quod profundum , profundum , in quam , iurisdictionis , & authoritatis adhuc rationabiliter p̄cepit Christus eidem Petro , etiam præ ceteris Apostolis , ut duceret in altum nauiculam Ecclesiarum , idest , in profundum iurisdictionis . Iurisdictionis , inquam , non particularis , ut ce-

teri Apostoli , sed uniuersalis , & generalis . Quamvis enim ipse Christus ceteris Apostolis in commun i dixerit : Quocunq; ligaueritis super terram , erunt ligata , & in celis , & quocunq; solueritis super terram , erūt , &c. Mat. 18. soli tamen Petro fecit de hac potestate speciale promissionem , cum ait illi . Quocunque ligaueris super terram &c. Matt. 16. Insuper ipsi soli dixit . Paice oves meas , paice agnos meos . Iohann. 21. Ecce profundum iurisdictionis Ecclesiastica , idest , altissima potestas , & authoritas , qualem nullus aliorum Apostolorum habuit . Vnde in decre. di. 19. ita dominus . de eo dicitur , quod à domino princeps Apostolorum constitutus est , ut ab ipso , uel à capite in membra , uelut à fonte in riuos omnis uigor spiritualis descendat . Item dis. 21. in nouo , dicit Anacletus Papa , q; in nouo testamento post Christum per Petrum cepit ordinis sacerdotialis : quia ipsi primo Pontificatus in Ecclesia Christi datus est , dicente domino ad eum . Tu es Petrus , & super hanc petrā . &c. Et post pauca , hic ergo ligandi , solueridiq; postulat primus accepit à domino . Super quo dicit gloria , quod quamvis omnes Apostoli fuerint équaies ratione consecrationis , sive ordinis , Petrus tamen fuit maior alijs in administratione , ut patet . 2. q. 7. puto . Et sic patet intentum .

T E R T I O modo capiendo ly altum , prout idem ualeat , quod sursum , adhuc rationabiliter Christus p̄cepit Petro , ut duceret in altum , idest , sursum , scilicet , cor suum per cœlestium contemplationem , corpus suum per crucis affixionem , proximos suos per bonę uitę informationem . Et haec eadem uerba meritò potest dicere Christus cuiilibet Prælatu . Primò nempe quilibet Prælaetus tenetur ducere cor suum tempore , & loco in altum coactéplationis cœlestium éternorum , ita ut quilibet talis meritò possit dicere illud Iob 7. Suspenditū elegit anima mea . O' bonum , & optabile suspendum . Vnde dominis Episcopis conceditur habere domum extra ciuitatem , ut possint commodi uacare contéplationi , q; uis ordinarii hospitium eorum non longe ab Ecclesia esse debeat , ut notatur dist. 41. Episcopus . Secundò , quilibet talis debet tempore , & loco ponere animam suam pro oibis suis , ut haberetur Ioh. 10. Tertiò , quilibet talis debet subditos suos sursum ducere , more boni pastoris per uitę exemplaritatem , ita ut cuilibet eius subditu possit rationabiliter dici illud Exo. 25. Inspice .

Dominica v. post Trinitatem.

¶ fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Patet ergo, quam rationabiliter dicit Christus. Perro. Due in altum, prout innuitur in praesenti euangelio.

I N hoc ergo euangelio fit mentio de quodā maximo miraculo, quod operatus est Christus in captura piscium mulorum. De quo quidem miraculo tria principaliter tanguntur in dicto euangelio, uidelicet.

Antecedentia, Concomitantia, Consequentia.

P R I M O igitur tanguntur antecedentia ipsum miraculum. Et iterum huiusmodi antecedentia sunt tria, uidelicet.

Populi deuotio.

Christi fecessio.

Populi instructio.

P R I M U M igitur antecedens dicitur populi deuotio. Quod quidem antecedens tangitur in principio euangelij, cum dicitur. Cum turbē irruerent in Iesum, id est, currerent ad eum uisus miraculis, quae in dies operabatur, ut audirent uerbum Dei. Ecce populi simplices ad Christum deuotio, & salutis suæ desiderium, & feroꝝ. Nam, ut dicit glo. interlocutus turbarum fidem designat populorum. Nunquam enim legitur tantus concursus scribarum, & phariseorum ad Christum, sicut turbarum, qui simplices erant, & idiotæ. Per quod designatur, quod simplices plerunque sunt deuotiores ad Christum, & ad audiendū Dei uerbum promptiores, quam multi clericis. Propter quod dicebat Aug. 2. Sulti, & indocti rapiunt celos. Hinc etiam dicitur Canti 1. Adoleſcētula, id est, simplices, & deuotæ animæ dilexerunt te nimis. Item ad propositum loquens Christus Luc. 10. dicebat ad Deum patrem loquens. Confiteor tibi domine pater, id est, gratias ago tibi, quia abscondisti haec à sapientibus, & prudentibus, sup. huius sculpi, & reuelasti ea paruulis, id est, simplicibus, & humilibus.

M E R I T O ergo irruerant turbē in Christum, ut auditent uerbum Dei, tū quia auditio beatos facit auditores. Beatos, inquam, in praesenti per spē, in futuro per rei adoptionē. Lu. 11. 1. Beati, qui audiunt uerbi Dei, &c. Tum quia hīmōi auditio illuminat humanā mentem contra oēm errorem psal. Declaratio sermonum tuorum domine illuminat, & intellectu dat paruulis. i. simplicibus, & indoctis. Tum quia tetra-

Sermo 11. de Euangelio.

75

bit hōiem à peccato, tam propter cōminationē penarum infernaliū, quam propter spēm cœlestium bonorum, de quibus duobus solet sepe fieri mentio in declaratione diuinis verbis. Vnde Ps. In corde meo abscondi cloquia tua, ut non peccem tibi. Et sunt uerba illius, qui libenter audit uerbum Dei. Et breuiter, ut dicit Chryso. in prologo super Io. Fieri non pōt, ut is miseram agas uitam, qui frequenter diuinis uacat sermonibus. Et per oppositum illi grauisimē, & periculosisimē peccant, qui ipsum diuinum uerbum audire nolunt, ita ut dicat Aug. super psalm. 5. Quod illi amaricant Deū, qui peccando in eam egritudinem ueniunt, ut cibum aeritatis, quo sanę mentes gaudent, tanquam feluum sustinere, non possint. Hæc ille. Propter ergo prædicta debemus libenter audire uerbum Dei, & more turbarum irrueare, id est, festinanter currere, ubique scimus esse feruidos prædicatores.

CVM QVE igitur populus sic irrueret in Christum ad sensum datum, ipse stabat secus stagnū Genezareth. i. ad litus stagni. Quod quidem stagnum aliquando uocatur in euangelio mare Galileæ, aliquando uero mare Tyberiadis.

A L E G O R I C ē per stagnum Genezareth designatur mundus præsens, non quidem à stando, maximè cum transseat mundus, & concupiscentia eius, ut habetur. 1. Iohann. 2. Sed dicitur stagnum ab aquarum collectiōne, quia aquæ multæ populi multi, ut dicitur Apo. 17. Recte ergo dicitur Christi post suam resurrectionem stercus secus stagnum, non in stagno, eō quod tunc esset stabilis, & impennisibilis, atque immortalis. Et hoc est quod loquitur Apoſt. Ro. 6. dicens. Christus resurgens ex mortuis, iam nō moritur, mors illi ultra non dominabitur. Sic autem stabunt electi secus stagnum post generalem resurrectionem, quia ut habetur Apoc. 21. mors non erit ultra, neque lučus, neq; clamor, neque dolor erit ultra, quæ prima abierunt. Et ideo amor talis status, & conditionis debet nos multum inducere ad suffferendum quæque ardua, & grāvia in praesenti uita. Item ad Deum diligendum super omnia. Et ad hoc persuadendum Chryso. ser. 4. qui intitulatur de misericordia, dat talem similitudinem dicens. Dic mihi, si quis te seneſcentem, & inopem pollicetur in primam restituere i-

uit

K 3. ventutem

Dominica v. post Trinitatem.

tentum, & ad priorem illius eratis florem, & uirtutem, atque largitum tibi ad mille annos imperium totius orbis summa cum tranquilitate, quid tu facere, aut pati pro rati homine deberes, aut reculares? Ecce autem Christus non solum haec sed longe maiora, & meliora tibi pollicetur. Nam si ei fideler seruire uelis, promittit tibi regnum, & imperium coeleste, qd sine fine permanet. Item pollicetur ubi reparationem corporis tui configurari corpori claritatis suæ. Nonne ergo meritò debes illi hilariter, & ex corde seruire? Hæc ille.

M O R A L I T E R . Stagnum Genezareth designat abundantiam rerum temporalium, & hoc iuxta nominis interpretationem. Nam Genezareth dicitur genero generas, & aura, auræ, quasi generans auram, sive motum aeris, per quod designatur motus, sive uentus superbiae, quem generant temporales diuitia. Similiter generant motum inanis glorie, rixæ, atque discordia, propter quid dicit Apostolus. I. Tim. 6. suo discipulo Timotheo loquitur. Diuitibus huius seculi præcipice non sublime sapere. Super quo dicit glorificandi, quid uermis diuitium est superbia. Rectè autem Hebrei uocant congregationem istarum aquarum maria, quia non est in eis, nisi maxima amaritudo, sicut dicit Gregorius in homiliâ. Hodier. Nam cum labore acquiruntur, cum timore possidentur, cum dolore deseruntur. De primo. Ecclesiæ. 4. Vnus est, & secundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi eius diuitiis. De secundo Proverbii. 10. Pauor ijs, qui operantur malum. Item Iob. 15. Sonitus terroris semper in auribus eius, scilicet, diuitia auarii, & cum pax sit semper infidias suspicatur. De tertio, Eccl. 5. Est, & alia infirmitas pessima, quam uidi sub sole, diuitiae congregatae sunt in malum domini sui, perirent enim in afflictione pessima. Non ergo in hoc stagno per inordinatum anorem terrenorum stare debet, sed simul, cum Christo, quicunque cupit saluare animam suam, quia ut habetur. 2. ad Tim. 2. Nemo militans Deo implicatus negotiis secularibus, ut ei placeat, cui se probauit. Item Lucas. 9. Nemo mitiens manum ad aratum, & respiciens retro, idest, ad temporalia per inordinatum affectum, aptius est regno Dei. Propter quod dicebat Apostolus de scipio lo-

queus

Sermo 11. de Euano.

quens ad Philip. 3. Quæ retro sunt oblitus, & in uero, quæ sunt priora, extendens me ipsum. Et sic ex eternis autem fecus hoc stagnum, sive mare diuitiarum corporalium debent cum Christo stare uiri religiosi, qui tantum per uotum pauperatis abrenunciauerunt rebus. & diuitiis prætentis seculi, ut sic facilius possint adipisci diuitias spirituales uitrum, & eternales gloriae celestis. Sed propter dolor multorum stant adhuc in dicto stagno, quales sunt religionis proprietarij abhorrentes nomen reformationis, & uita communis. Inter quos etiam nonnulli faciunt se dispensari à sede apostolica ad tenenda beneficia, etiam secularia, & quibus est animarum cura annexa. Alij etiam offertur se Episcopis, & Archiepiscopis, ut fint suffraganei eorum, & uocentur reverendi in Christo domini, qui postmodum intromitunt se de conferendis ordinibus, & dedicandis, & conferrandis ecclesijs, altariis, caicitibus, & huiusmodi. Item de benedicendis abbatis, & similibus actibus pontificalibus. Et hoc totum precio appretiari, & conuentione facta. Qui in quali statu uiuant, ipsi uidentur. Vnum audacter dicam, quia non uellem mori in pelle eorum.

M O R A L I T E R . Et secundo dic, quod stagnum Genezareth est mundus præsens, à quo quidem stagno, sive mari flant præcipue tres uenti, sive aure, scilicet, concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia uitæ. Et certe tanta est tempesta horum uentorum in stagno, sive mari huius seculi, quod pœnitentia nauis, idest, animæ pericli tantur, & hoc ad procurationem diaboli iuxta illud psalmi. In spiritu uehementi conteres nauis Tharsis. In hoc autem stagno non dicitur dominus sterile, sed tantum secus stagnum, quia quāuis in mundo conuersatus sit annis pluribus, non tamē mundanæ, aut seculariter. Propterea dicebat Io. 17. Jam non sum in mundo.

S E Q U E N C I A in textu. Et uidit, sup. Christus duas naues stantes secus stagnum, idest, ad littus stagni. Harum autem nauium una erat Simonis, sive Petri, altera autem Zebdei, ut dicit Dominus Hugo. Cardi. Piscatores autem descedenter, scilicet, de naui ad littus, & lauabant retia, siue moris est piscantium.

M Y S T I C A duplex est nauis, scilicet, diaboli, & Petri.

K 4 Nauis

Nauis diaboli designat conscientiam animæ peccataricis , quæ se cum portat merces diaboli , id est , peccata ad infernum . Nam diabolus est sicut Antiochus rex , de quo legitur . 1. Ma-cha . 3. Quod intravit in Aegyptum , cum maxima multitudo ne nauium . Sic & diabolus intrat infernum , qui per Aegyptum , que tenet interpretantur , recte designatur , cum multitudine maxima nauium . Nam animarum peccatarum . Legitur . n. Paralip . 9. de rege Salomone , quod naues ipsius semel in tribus annis ibant in Tharsis , & deferebant inde aurum , argen- tum , ebur , simias , & pauos , per quæ omnia designantur anime peccatarices hominum diuersorum statuum , quas dia- bolus nō solum semel in in tribus annis , sed semel in anno , mensē , hebdomada , aut die , sed omni momento cuuslibet dei referit , & secum trahit in abyssum inferni . Hanc nauem non intrat Christus , quia non est contentum Christi ad Be- lial , nec lucis ad tenebras , ut habetur . 2. ad Cor . 6. In cuius rei signum non legitur in praesenti euangelio , quod ipse a- scenderit in nauim primam , cuius postflos non exprimitur . Nauis autem Petri est nauis ecclesiæ , quæ Petro com- missa est à Christo , cum ait illi . Pase oves meas , pase agnos meos . Iohan . ultim . Hæc autem nauis more nauis ma- terialis fuit stricta in principio , & hoc propter multitudinem oppressionum , uidelicet , Tyrannorum , Hæretico- rum , & falsorum fratum , sive Hypocritarum . Propter quod ipsa piè conqueritur dicens illud Psalm . Sæpe expu- gnauerunt me , supple , prædicti aduersarij mei , & hoc à iu- ventute mea , id est , ab exordio meo . Similiter erit stri- eta in fine saeculi , & hoc propter persecutions , quæ illi supercruent ab Antichristo , & membris illius . Nam tunc erit tanta tribulatio , ut si possum sit moueantur etiā electi . Matth . vigesimoquarto . Nunc uero , quæsi in medio , est ualde lata , & spatiosa . Sunt enim in ea multi Christiani , non tam merito , quam numero . Item multi sacerdotes , & mul- ti religiosi , ad sensum datum . Pro quo facit illud decre- tum , multi , distinet . 40. Multi sunt sacerdotes , pauci sunt sacerdotes , &cæt . In hanc igitur nauem Simonis commis- sam intravit Christus ad regendum eam , quam prius in propria persona construxerat . 1. ad Cor . 3. Fundamentum a- liud nemo potest ponere præter id , quod positum est , quod est .

Et Christus Iesus . Deinde post suam resurrectionem eam commisit Petro regendam , ut dictum est . Ac demum omnibus summis pontificibus debite ingredientibus , qui ex qualem potestatem iurisdictionis habent cum Petro .

M O R A L I T E R , duæ naues duæ sunt uia eundi in ce- lum , scilicet , uia innocentia , & uia poenitentia . Per pri- mariam nauem transeunt mart præfentis facti paruoli de- cedentes post baptismum , & peruenient ad portum salutis perpetuæ , iuxta illud Christi uerbum Matth . vigesimonono . Sint paruulos uenire ad me . Talium enim est regnum celorum . Et præter tales paruulos ualde pauci peruenient ad dictum portum per nauem innocentia , eò quod pauci- simi facti adulti obseruant gratiam baptismalem , quini- mo teste psal . fermè omnes adulti corrupti sunt , & abomi- nabilis facti sunt in iniquitatibus , non est qui faciat bo- num , sup integrè , & perfectè , non est usque ad unum , scilicet , Christum . Per secundam autem nauem transeunt mare præfentis uite omnes ueri penitentes , sive perue- niunt ad prædictum portum salutis perpetuæ , dicente Christo Matthei . 4. Penitentiam agite , appropinquabit regnum celorum . Et in signum huius penitentie assigna- tur à sacris doctoribus secunda tabula post naufragium . Quicunque ergo non intrauerit alteram istarum nauium , absque dubio demergetur in profundum abyssi infernalis . Et ideo unusquisque cogite , & aduertat modum ad ca- sum suum .

M O R A L I T E R , & aliter , duæ naues sunt aliq duæ uie perueniendi in celum . Prima igitur nauis uocatur ob- seruantia mandatorum Dei , quæ est summè necessaria , iuxta illud Christi uerbum . Matth . 19. Si uis ad uitam in- gredi , serua mandata . Per hanc itaque nauem , sive uiam illuc peruenit ille , qui de seipso loquens ait ad dominum . Viam mandatorum tuorum eucurri . O utinam unusquisque nostrum in mortis articulo possit taliter di- cere ad dominum . Et per oppositum , qui per hanc uiam non incedit , deuiat à via coeli . Secunda nauis uocatur ob- seruantia confitiorum Euangelicorum , quæ est claustra- lium , sive perfectorum , quæ est nauis Simonis , id est , uerè obedientis . Nam , & Simon obediens interpreta- tur .

tur, itaque nauem ascendit Christus, quia consilia perfec-
tissimè impletuit, ita ut meritò dicere poslit illud Pro-
verb. 8. Ego in consilij habito. Hanc etiam nauem af-
cenderunt omnes Christi Apostoli, quippe, qui emiserunt
tria uota religionis, scilicet, obedientiæ, paupertatis, ca-
stitatis, prout tenet Beatus Tho. in summa sua, in materia
de religione. Hanc etiam nauem ascenderet docuit Chi-
ristus illum adolescentem, cum ait. Si uis perfectus esse, uade,
& uende omnia, quæ habes. Ecce uotum paupertatis. Et
ueni. Ecce uotum obedientiæ. Et sequebre me, scilicet, ca-
stus castum. Ecce uotum castitatis. Per hanc itaque nauem
consiliorum euangelicorum debet petere quilibet deuotus
religiosus deduci à domino in cœlum, dicendo cum psl.
Deduc me in semitâ mandatorum tuorum, quia ipsum, sup.
semitam uolui. Vbi per semitam, quæ est abbreviatio uiz, in
telligitur uia consiliorum euangelicorum, per quam breuis,
& facilius itur in cœlum, quam per viam mandatorum lo-
sum. Quinimo cooperatur ad hoc, quod quis faciliter cur-
rat viam mandatorum domini. Per hoc autem, quod addi-
tur, quia ipsa, supple, semitâ uolui, denotatur religiosus, qui
ultrò se obligauit ad ipsa consilia. Et hoc est contra illos re-
ligiosos, qui timentes reformationem adeuent curiam Ro-
manam potentes secum dispensari, ut possint mutare habi-
tum religionis, allegantes excusationes in peccatis, & dic-
tes, quod neficiebat, quid agebant, quando religionem pro-
fessi sunt, neque unquam intenderunt se obligare ad absti-
nentiam carnium, aut huiusmodi, sed sepe mentita est ini-
quitas sibi.

M O R A L I T E R., & aliter, duas nauem sunt alię duas uic-
perueniendi in cœlum, secundum quod duplex est uita, sci-
ficer, actiua, & contemplatiua. Per primam nauem illuc
peruenit Abraham, qui hospitalitatē deditus erat. Vnde &
Angelos propter hoc hospitio recipere meruit. Gene. 18.
Similiter Thobias, qui mortuos sepeliebat. Eiusdem. 1. Item
Martha, quæ hospita Christi appellatur. Vnde Luc. 10. dici-
tur de ea, quod ipsa fatigebat circa frequens ministerium.
Et breviter diuites huius seculi, quoties reficiunt pauperes
propter Christum, dictam nauem uitæ actiue ingrediuntur,
qua deducuntur tandem in cœlum. Propter quod consuluit

eis Christus eleemosynam facere, Luç. 16. dicens. Facite uo-
bis amicos de Mamona iniquitatis, ut cum defeceritis, reci-
piant, &c. Item Luç. 6. Date, & dabitur uobis. Date, inquā,
temporalia pauperibus, & dabitur uobis regnum celorum.
Per secundam nauem peruenit in cœlum, Maria Magdale-
na, quæ sedens fecus pedes domini audiebat uerbum illius.
Lu. 10. De qua etiam ibi concluditur, quod optimam partē
elegit, quæ non auferetur ab ea. **Quia** uita contemplatiua
in praesenti inchoatur, in futuro autem perficitur. Per hanc
etiam nauem perueniunt ad cœlum deuoti religiosi, & cle-
rici, similiter deoꝝ reclusi, uiduæ, & similes personæ soli
desiderio conditoris inherentes, quæ etiam ad uidendam
faciem sui creatoris totis animis inardescunt, appetentes
illis hymnidicis Angelorum choris intercessi, & admisce-
ri coelestibus ciuiis, ut dicit Gre. super Ezechie. homi-
lia. 24.

P O S T Q V A M ergo dictum est de duabus nauibus, de
quibus fit mentio in praesenti euangelio, consequenter di-
cendum est de piscatoribus lauantibus retia. Piscatores er-
go sunt predicatores, & pastores ecclesiae, quibus uidetur
dominus loqui dicens illud Matth. 4. Faciam uos fieri písca-
tores hominum, idest, animarum deuotarum, iuxta illud
Hiere. 16. Ecce ego, inquit, dominus mittam eis píscatores
multos, & píscabuntur eos. Retia sunt uerba sacre prædi-
cationis. Quæ quidem retia opus est lauare, quod fit, cura
qui predicit principaliter ad Dei honorem, & animarū sa-
lutem. Tunc ergo píscanti píscatores animarum optimè la-
uant retia sua, cum cauerint, sibi à tribus uidelicet à questu
temporali à gloria inani, & ab adulatione fallaci. Et hoc, e-
xempli illius optimi píscatoris, & magistri predicatorum
Apostoli Pauli, qui abstinuit à tribus pídictis, prout ipse
met testatur. 1. ad The. 2. dicens. Neq; aliquando fuimus in
occasione quarariorum, Deus testis est. Ecce primum. Neque que-
rentes ab hominibus gloriam, ecce èm. Neque in sermone
adulationis, sicut scitis. Ecce tertium. Sed proh dolor pauci
predicatores moderni ita agunt, quinimo multi querunt,
quæ sua sunt, & non quæ Iesu Christi. Querunt ardentius
lanā, idest, temporalē commoditatē, q; animarū salutē. Que-
runt propriā gloriā, & laudem, potius quām Dei honorem.
Querunt

Dominica v. post Trinit.

Quærunt complacere hominibus potius, quam Deo, timores incurrere indignationem populorum, & maximè magnatum, ne diminuatur quæstus eorum. Sed de hoc ista sufficiant. Pater ergo descriptio nauium, & pectorum, & per consequens de primo antecedente primæ partis præsentis Euangelij, in quo fit mentio de populi deuotione.

SECUNDVM antecedens, quod tangit in prima parte eiusdem Euangelij, & quod præcessit miraculum sequens, dicitur Christi secessio. Ipse nempe uidens, quod turbes irruerent in eum, ut audirent uerbum Dei, uolens ut homo uitare oppressionem populi, ascends in unam nauim, qui erat Simonis, id est Petri, qui prius dicebatur Simon, rogauit eum (in quo notatur eius humilitas, quia cum posset imperare Petro, rogauit eum) à terra reducere pusillum. Sic enim uolebat Christus elongari à ripa, ut posset à populo audiri, non tamen opprimi.

MYSTICE nauis, quam ascendit Dominus, recte designat arborē crucis, quam ipse ascendit non in terra, sed in aere eleuatam: Sed quomodo eam ascendit? Profectò spontaneè, & non coactè. Esa. 53. Oblatus est, quia ipse uoluit.

CIRCA quod notandum, quod crux comparatur naui propter quatuor.

PRIMO quidem, quia sicut medio nauis transitur de una ripa maris ad alteram, sic & medio crucis Dominica transiit de miserijs huius mundi ad gaudia celi. Luc. 24. Nonne oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam? Item Actuum. 14. Per multas tribulationes, &c.

SECUNDÒ vero, quia nauis est stricta in principio, & in fine, in medio uero lata. Sic crux Christi fuit in principio, id est in capite stricta adeo, quod ex illa parte non habebat ipse Christus, ubi caput suum reclinaret. Similiter in fine, uidelicet, uersus pedes, adeo stricta fuit, ut unus pes super alium poneretur. In medio autem lata fuit adeo, quod expansis manibus in ea crucifixus fuit.

TERTIÒ autem, quia in naui, quæ transit mare, est communiter cibus aridus, & potus acetosus. Sic Christus in cruce habuit cibum aridum, & amarum, pariter & potum acetosum. Vnde in Psal. De hoc cōqueritur Dominus dicens: Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me acero.

QUARTO

Sermo II. de Euang.

79

QUARTO, quia in naui transeunte mare sustinetur multæ angustiæ. Sic & Christus sustinet in cruce multa opprobria, & dura tormenta. Propter quod in cruce positus dicebat: O' uos omnes, qui transitis per uiam, &c. Thre. 1. Ecce igitur quadruplex ratio, quare crux Christi comparatur naui, scilicet præter officij similitudinem, facturæ assimilationem, cibi, & potus amaritudinem, angustiarum perpessionem.

MYSTICE nauicula est crux Christi, in qua ipse sedens quasi in cathedra magistrali docuit turbas. Docuit, inquam, magis facto, & hoc multa. Primò quidem obedientiam ad Heb. 5. Didicit obedientiam in his, quæ passus est. Secundò docuit patientiam, & humilitatem Mat. 11. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Tertiò docuit perfectam charitatem, cum orauit pro inimicis suis, dicens illud Luc. 23. Pater ignosce eis, q. a. &c. Quartò docuit perseverantiam. Iaco. v. 1. Sustinentiam Iob auditus, & finem Christi uidisset, id est, finalem perseverantiam.

TERTIVM antecedens dicitur populi à Christo instrucción, quia sedes docebat de nauicula turbas, quæ, supple, erat in ripa maris. Quibus uidebas dicere illud Psal. Venite filii, audite me, timorem Domini docebo uos. Notanter autem dicitur, quod docebat turbas, id est, simplices, & illiteratos, nō Scribas, nō Phariseos, nō principes populi, quia stulti, & indocti rapiunt coelos, docti autem cum scientijs suis demerunt frequenter in infernum, ut fertur August. dixisse.

SECUNDÒ principaliter in presenti Euangilio tanguntur concomitantia miraculū de captura piscium, de quo quidem miraculo tria principaliter tanguntur, quæ sunt.

Christi iussio. Iussionis impletio. Impletionis cōsecutio.

PRIMO igitur tangitur Christi iussio, cum ait ad Simonem: Duc in altum, & Laxate retia uestra in capturam piscium. Et nota, quod dicit. In altum, id est, in profundum secundum quod dicitur altum mare, id est, profundum.

MYSTICE in uerbis prædictis dicuntur tria prædicatio ri expedientia. Primū est sublimis cōueratio, cum dicitur: Duc in altum. Esa. 40. In monte excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion. Secundum est facilis, & plana prædicatio, cum subditur: Laxate retia uestra. Quasi diceret, Vos prædicatores planè, & clarè loquamini, ut quilibet etiam quantumcumq; simplex, & indoctus possit in sermone vestro proficere.

Vnde

Vnde Prove. 14. Doctrina prudentum facilis. Tertium est re-
cta intentio, cum dicitur. In capturam piscium. Non ergo
prædicandum est propter humanam laudem, aut temporaliē
cōmoditatē, sive aquulationē, sed ad hominū adificationē.
Sed heu hodie multi prædicatores laxant retia sua non in ca-
pturam piscium, idest, animarum, sed in capturam ranarum,
& muscarum, idest, præbendarum, dignitatum, conuiniorū,
fauoris magnatum, lucri temporalis, quod est quasi litorum, &
huiusmodi. Qui postquā cęperint pingue beneficium, Episco-
patum, uel aliquid simile, non ultra laxant retia sua, idest,
linguas ad prædicandum, sed à cetero ponunt uicellam sub
banco, ut uulgo dicitur.

S E C V N D ḥ tangitur iussionis impletio, eum ait Petrus:
Præceptor, per totā noctē laborantes nihil cepimus, in ver-
bo autem tuo laxabo rete. Rationabiliter autem Petrus obe-
dit præcepto Domini. Tum quia nihil præcipit, quod non sit
iustū, & equum Psal. Omnia mandata tua equitas. Item alibi:
Acquitas testimonii tua. Tum quia quicquid præcipit, facile
est, & leue, iuxta illud Matt. 1. Iugum meum (inquit Christus)
suave est, & onus meum leue. Item. 1. Iohann. 5. Mandata
eius grauias non sunt: Tum quia adimpletio diuinorum præ-
ceptorum est maximē utilitatis Psal. In custodiendis illis re-
tributio multa.

M Y S T I C ḥ nox designat legem ueterem, sicut lux le-
gem gratiæ. Et utraq; lex habuit suū præceptorē. Nam præ-
ceptor legis ueteris fuit: Moyses, tamen sub Deo. Præceptor
aut̄ legis gratiæ fuit Christus. In cuius figurā dicitur Gen. 1.
quod fecit Deus duo luminaria magna, scilicet Christum, &
Moysen. Luminare maius, quod est Christus, ut præcesset dici.
Luminare minus, quod est Moyses, ut præcesset nocti, idest,
legi ueteri. Qui ergo fuerunt sub lege ueteri merito dicere
potuerunt ad Moysen, siue ad Deum Patrem: Præceptor, per
totam noctem legis ueteris laborantes nihil cepimus, scilicet
dignum uita æterna, quia ut haberetur Heb. 7. Lex sup. uetus
neminem ad perfectum adducit. Qui aut̄ in uerbo Dei in-
ernato laxauerūt rere sanctę fidei, ceperunt multitudinem
copiosam-piscium, idest æternam retributionē, & hoc ideo,
quia laborauerunt in die. In die, inquam, legis gratiæ. Vnde
qui in lege gratiæ decedunt cum gratia, & charitate, mox

perue-

perueniunt ad regnum cœlestē, iuxta illud Matt. 3. Pœnitentiā
agit, appropinquabit regnum cœlorum.

M O R A L I T E R nox est statu culpe. Qui cuncti ergo la-
borant per totam hanc noctē facientes opera de genere bo-
norū, qualia sunt iejunium, oratio, elemosyna, peregrina-
tio, & similia, nihil cipiunt, supp. meritorum uitæ æternæ.
Nec similiter tales sic decedentes capient regnum cœlestē, eō
quod nos datur, nisi decedentibus cum gratia, iuxta illud ad
Rom. 6. Gratia Dei uitæ æterna. Et ideo istud debet multum
mouere nos ad hoc, ut ponamus nos extra statum culpe, sive
noftis peccati, cuū volumnus facere aliquid de genere bonorū.

T E R T I O tangitur impletio consuetudine. Nam cum
Petrus cum alijs sibi adiunctis impleverint Christi iussionē,
consecuti sunt inde magnam utilitatem, quia conculserunt
piscīi multitudinē copiosam, ita vt inde impleuerint ambas
naueculas, adeo abunde, vt pene mergeretur, vt refert Lucas.

M Y S T I C E multitudine piscium copiosa, quam cepit Pe-
trus, cum sibi adhaerentibus, designat illam maximā multitu-
dinem iudeorum, atq; gentilium, qui intrauerunt rete primi-
tiue Ecclesiæ opere, atq; prædicatione, tam ipsius Petri, quam
aliorum Apostolorum. Vnde Act. 2. legitur, quod ad præda-
tionem primā beati Petri tria milia baptizati sunt. Similiter
alia uice quinque milia, ubi supra. 4. ca Quod si queratur de
modernis pescatoribus, idest, prædicatoribus, quare non pi-
scantur tot pisces, sicut Apostoli, & pescatores primitiue Ec-
clesiæ? Responso, quia non laxant retia sua in capturam
piscium, idest animarum, sed potius in capturam beneficio-
rum, & dignitatum, ut sunt plerique prædicatores seculares.
Alij autem laxant retia sua in capturam gratiæ populi, &
questus temporalis, ut sunt multi religiosi, ut dictum est.
Insuper inter utrosque tam seculares, quam religiosos, sunt
nonnulli, qui non bene nouerunt artem pescandi, similiter,
qui non utuntur bonis reribus, ut sunt nonnulli minus do-
cti, & minus periti, cum tamen ad tantum officium non de-
beant admitti paſſim, & indifferenter omnes, sed tantum
probati uita, moribus, & literis.

T E R T I O principaliter in præsenti Euangelio tangun-
tur consequentia dictum miraculum de captura piscium.
Huiusmodi autem consequentia sunt tria, uidelicet.

Petri

Dominica v. post Trinit.

Petri humiliatio. Signi expressio. Piscatorū conuersio.
P R I M U M igitur cōsequens ipsum miraculum fuit Petri humiliatio. Hic enim cum uidisset tam euidentis miraculū in captura piscium ad solum Domini primum umerum contigisse, procidit ad genua Iesu dicens. Exi à me Domine, quia homo peccator sum. Quia si diceret: Non sum dignus cohabitare tecum. Hic dicit beatus August. quod beatus Petrus stulte, & simpliciter locutus est, ac si infirmus medico accedit, & eum curare uolenti diceret. Exi à me, quia ego totu[m] Exclusatur tamen Petrus, quia non ex malitia sic locutus est, sed potius ex affectu humilitatis. Et ideo ab eo non exiit Dominus, quia ipse non deseruit humilitatem.

S E C U N D U M consequēs fuit signi expressio. Quid enim prædicta captura piscium significaret, paucis aperuit Christus, cum ait Petro timenti cum alijs discipulis, quos (inquit Euangelista) stupor circundederat. Noli, inquit, timere, ex hoc enim eris iam homines capiens. Non aurum, non argentum, non laudes hominum, non præbendas. Et ideo Paulus fuit optimus pescator animarum, qui dicebat. 2. ad Cor. 11. Non quero, quæ uesta sunt, sed uos. Studeamus & nos prædicatores esse tales.

T E R T I U M consequens fuit pescatorum conuersio ad Christum. Hi enim, ut concluditur in fine Euangeli, subductis ad terram nauibus, relictis omnibus fecuti sunt cum. Rechè ergo reliquerunt discipuli omnia, ut sequerentur Christum, quia perdifficile est eum sequi cum onere diuitiarum huius seculi. Nota circa hoc de triplici uocatione Apostolorum. Prima fuit ad simplicem notitiam, de qua Iohann. 1. ubi fit mentio de uocatione Petri, Andree fratris eius, & Philippi. Secunda fuit ad familiaritatē, de qua hic loquitur Lucas. Tertia fuit ad Apostolatum, de qua Matt. 4.

M O R A L I T E R . Multipliciter impediuntur homines, ne sequantur Christum. Nam quedā sunt retrahentia, quedā retardantia, quedā retinencia. Primi igitur, quedam sunt retrahentia nos, ne sequamur Christum, & illa sunt temporales diuitiae, carnalies delitiae, seculi honores, dignitates, & pomps. Hæc enim omnia, & similia mundalia multos retrahunt; & résistere faciunt à beato, & sancto proposito. De quibus Sap. 2. Dixerunt impij apud se cogitantes nō rechè. Exiguum, & cum

Sermo I. de Epist.

81

¶ cum tedio est tempus uitæ nostræ, &c. Item Esai. 22. Come damus, & bibamus, cras enim moriemur. Secundò, quedam sunt retardantia, & huiusmodi sunt uxores, filii, confanguinei, parentes, & amici. In cuius figuram legitur Genes. 3. 1. quod Laban insecurus est Jacob fugientem, & quantum potuit, ipsum retardauit. Tertiò, quedam, sunt retinencia, & illa sunt timor perseverandi in bono, corporis debilitas, stulta, & uana securitas, sicut, patet de illis, qui dicunt, bene uiuimus, & securi, sic mori possumus. Omnia ergo ista ab iuncta sunt à nobis, ut sequi ualeamus Christum Dominum nostrum, in præsenti quidem per gratiam, in futuro autem, per gloriam. Quam nobis præstare dignetur ipse Clarissus, qui cum patre, &c.

Dominica Sexta post Trinitatem, Sermo Primus
de Epistola.



V I C U N Q U E baptizati sumus in Christo Iesu, in morte, &c. ad Rom. 6. miratur nonnulli, unde proueniat originalis culpa in anima, cù primum infunditur humano corpori in utero matris. Non enim prouenit, nec oritur ab ipsa, anima, maximè cum sit immediatè à Deo, per creationē. Modò perfecta sunt Dei opera. Nec ab eo, cum sit mundissimus, procedit aliquid nisi mundum, purum, & perfectum. Similiter non ut originalis culpa oriù à carne, sive à semine, tum, quia semen, cù sit quid corporale, nō ut esse suscepitum infectionis culpe originalis, maximè, cum uideat esse quid spirituale. Insuper ipsum semen q[uod]que decidit ab ho[mo]e baptizato. Mirabile ergo est, q[uod] ab ho[mo]e baptizato træfundat peccatum originale in parvulū, per uiam gnationis. Ad hoc igitur dicendū, q[uod] peccatum originale contrahit per hoc, q[uod] aīa infundit corpori decisio ab Adam, per uia natura. Et ad hoc soler dat exemplum de lapide precioso claro, & mundo, qui si proiecias in lutum, efficit immūdus, & maculat, ita in proposito. Nec mirū, si ab ho[mo]e baptizato, & ab originali mundato ghetur parvulus originali peccato subiectus, cù homo nō generat in quantum talis uel talis particulariter, sed in quantum homo. Modò etsi Sortes baptizatus, sit ab originali purgatus, manet tamen in eo natura corrupta, & debitrix Ser. Do. G. Pep. Pars Actua. L origi-

originalis iustitia. Vnde Aug. de uerbis Apostoli fer. 14. quod fit, & mouet p̄äsentem difficultatem, quare, scilicet, de homine iusto, & ab originali purgato nō nascitur filius iustus, & mundus. Et respondet per similitudinem de grano, dicens. Iustum baptizatum, pone granum purgatum. Non attendis quia de grano purgato frumentum cum palea nascitur, sine qua seminatur h̄e ille. Patet ergo, quomodo culpa originalis contrahitur. A' qua quidem culpa purgatur, quicunque in forma Ecclesie baptizatur, & hoc totū in uirtute mortis, & passionis Christi, qui operatur in baptismō, sicut & in alijs Sacramentis Ecclesie. Propter quod Apostolus in principio hodiernae Epistole meritò premitit dicens. Quicunque baptizati sumus in Ch̄o Iesu, in morte ipsius baptizati sumus.

In hac igitur Epistola Apostolus hortatur Romanos, & in ipsis omnes christianos, qui per baptismum peccato sūt mortui, ut deinceps sine peccato uiuant, & hoc propter tria, uidelicet. Propter uitæ præteritæ mortificationem, in principio Epistole. Propter uitæ nouæ conformatiōnem, ibi. Si enim complantati, &c. Propter uitæ æternæ adēptionem, ibi. Si autem mortui sui, &c.

Primo igitur hortatur nos Apostolus, ut sine peccato uiuamus, & hoc propter uitæ præteritæ mortificationem: quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, id est, iustificati, siue purificati, & abluti à uitijis per Iesum Christum, in morte ipsius baptizati sumus, id est, abluti sumus in baptismō cōsequente effectum, tum patiter uirtutem, & operationem à morte eiusdem Christi, iuxta illud Apoca. i. Laut nos à peccatis nostris in sanguine suo. Concepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit à mortuis, per gloriam, patris, ita, & nos in nouitate uitæ ambolemus, feliciter, de bono in melius, Psal. Ibunt de uirtute in uirtutem: Vnde ergo dicere Apol. in prædictis uerbis, quod si cut Christus semel tantum carne mortuus est, & postmodum resurgendo deinceps semp̄t uiuit, ita, & nos postquam semel mortui sumus peccato per baptismū, debemus deinceps semper uiuere uitæ gratia: quia nunquam, debet in nobis interrumpi, per sequentē culpā. Propter quod Apol. immediate ante p̄cedentia uerba premitit dicens. Qui .n. mortui sumus peccato, quod adhuc uiuemus in illo: sup. redeundo ad uomitiū.

Pro quo notandum, quod contingit homines mori multo expliciter, videlicet:

Peccato.

In peccato.

Per peccatum.

Propter peccatum.

Primo igitur contingit aliquis mori peccato, cuiusmodi sunt illi, quibus remittitur peccatum, & in eis plenè extinguitur, siue per baptismum, siue per penitentiae Sacramentum. Et tales verè moriuntur spiritualiter, siue in ipsis uerè moriuntur peccatum, sicut & Christus corporaliter, si modò non redcant postea ad peccatum, innuit Apol. in præcedenti textu. Cuius proh dolor multi tam baptizati, quam in Sacramento penitentie abluti contrarium faciunt ad uomitum redeentes, quorum etiam nouissima fiunt peiora prioribus, ut dicit Christus Luc. ii. Sed ut habet Eccl. 3. 4. Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodest lauatio eius? Et est sensus. Qui mundatur à peccato aqua baptismi, uel communionis, & iterum tangit mortuum, redeundo, sup. ad peccatum, siue canis ad uomitum, quid proficit lauatio eius? Quasi dicat, nihil: quia sequens culpa perdit priorem gratiam, & interiorem munditiam. Proverb. 2. 6. Sicut canis, qui reuertitur ad uomitum, sic imprudens, qui iterat stultitiam suam. Pro quo notandum, quod qui de peccato præterito cogitat non causa doloris, uomitum suum ad os resumit. Qui autem in eo delectatur, iam ipsum maliat. Qui uero consentit in ipsum, illud translugit. Postremò, qui ipsum perpetravit, illud comedit, & animę suę incorporat damnabiliter. Propter quod dicitur 2. Petri. 2. Melius erat illis, scilicet, ad uomitum redeuntibus, non cognoscere uiam iustitiae, quā post agnitionem retrosum conuersti ab eo, quod illis tradidimus est sancto mandato. Contingit enim eis illud ueri prouerbij, sup. 2. 6. & supra allegatum est, Canis reuersus ad uomitum suum, & sus lota in uolutabro luti, id est, in luto, in quo se reuolut. Istud ultimum apponit Petrus de suo, quia non est in prouerbij. Quemadmodum ergo à morte naturæ non est regressus iterum ad uitam, nisi miraculose, sic non debet esse regressus à morte culpæ iterum ad culpam, quod tñ est frequenter, sed istud est miraculū, & opus Diaboli, & nō Dei.

Dominica V i. post Trinitatem.

SECUNDÒ contingit aliquos mori in peccato, quod valde damnable est, & super anima timendum, quia tales direc-tè uadunt ad mille Diabulos in infernum. Vnde in Psalm. Mors peccatorum pessima. Qui ergo sic moriuntur, omnino moriuntur, & perpetuò in peccato, & pena manebunt. Exo di. 15. Fiant immobiles quasi lapis. Item Ecclesiastici. 11. Si ceciderit lignum ad austrum, sive ad aquilonem, ubique ceciderit, ibi erit. Ad propositum ergo loquens Sene. Epitola, vigesimasecunda ad discipulum suum Lucilium scribit dicens, quòd peiores morimur, quām nascamur, nostrū istud, non naturā uitium est. Illa nobiscum conqueri debet, & dicer. Quid hoc est? Sine cupiditatibus uos genui, sine timoribus, sine superstitione, sine perfidia, ceterisque peccatis. Quales intrasit, præcipio exire. Hæc ille.

TERTIÒ contingit aliquos mori per peccatum. Quod libet enim mortale peccatum est mors spiritualis anime, iuxta illud Ezech. decimo septimo. Anima, qua peccauerit, ipsa morietur. Et Sapien. decimo sexto. Homo per malitiam occidit animam suam, cum tamen ipsa sit immortalis morte naturæ. Vnde de hac morte loquens Augusti. ad fratres in erro. serm. 72. qui intitulatur de morte, ait. Mors uera, quām non timent homines, est separatio à Deo. Item idem de uerbis Apofstoli ser. 6. loquitur dicens. Sicut anima est uita corporis, sic Deus est uita animæ. Et sicut expirat corpus, cum animam amittit, ita expirat anima, cum Deum, per peccatum amittit. Anima emissa mors corporis. Deus amissus, mors animæ. Mors corporis necessaria, mors animæ voluntaria. Hæc ille. Item idem Augustinus libro decimotertio, de ciuit. Dei, capitu. secundo. Quamuis, inquit, anima rationalis uera cetera immortalis perhibetur, habet tamen quandam etiam ipsa mortem suam. Mors igitur ipsius animæ fit, cum eam de ferit Deus, qui est uita eius, sicut mors corporis, cum ipsum deserit anima. Hæc ille.

QUARTÒ contingit aliquos mori propter peccatum. Et hoc iterum tripliciter. Primo, quidem propter peccatum, proprium, sicut patet, omni die de malefactoribus, qui adiudicantur suspedio. Secundò uero propter peccatum alienum, sed particolare, sicut parvulus quem generauit David adulterando, cum Bersabee, mortuus est propter peccatum,

feu

Sermo I. de Epistola.

83

Secundam peccati eiusdem David, eo quod fecisset blasphemare inimicos nomen domini, ut legitur 2. Regum. 12. Nam sapientia dominus tollit per mortem parvulos propter peccata parentum, iuxta illud Exo. 20. Ego dominus Zelotes uisitans peccata parentum in filios usque in tertiam, & quartam generationes. Tertiò autem propter peccatum alium, sed uniuersale. Et hoc modo solum Christus mortuus, est propter peccatum, qui solus mortuus est pro peccatis omnium, iuxta illud Esaïæ. 54. Omnes nos quasi oves errauimus unusquisque in viam suam declinauit, & dominus posuit in eo, scilicet, Christo, iniurias omnium nostrorum. Et sic, pater de quadruplici differentia inorientium, quo ad peccatum.

Erat, quia in precedenti textu, fit mentio de baptismo, & eius effectu in parte, ideo notandum ad maiorem ipsius declarationem, laudem, & uenerationem, quod habet multos, & gloriosos effectus, qui sunt principaliter tres, uidelicet.

Remissionis. Introductionis. Liberationis.

Primus igitur effectus Sacramenti baptismi dicitur remissionis. Remittit enim omnem culpam. In paruolo quidem originali solum remittit, eo quod nullam aliam inueni. Sed in adulto remittit originalem, & mortalem, & venialem. Penitentia enim Sacramentum, quamvis remittat culpam mortalem, non tamen semper ueniale, & hoc propter remissionem doloris de peccatis. Insuper unum ueniale potest per priam remitti absq; alio. Secus autem de baptismo, qui remittit uniuersaliter omnem culpam. Ceterum, quis Sacramentum prius conuertat penitentem in temporalem, non tam remittit regulariter totam penitentiam, quinimodo profector ligat sibi confitentem semper ad illam. Sed ei, qui baptizatur, nulla pena imponitur, etiam dato, quod sit adulterus, nisi forsitan, quod restitutus alienum, aut satisfaciat leso ab eo. Et ideo in duobus predictis præcellit hoc Sacramentum cetera Ecclesiæ Sacraenta. Pro quo facit, capitu. per baptismum. de conse. di. 4. Item ibidem ca. in regener. & capit. sine pñia. Itē, c. deinde. di. 26. Itē de hoc habes extra de diuortijs, cap. gaudemus. Similiter extra de baptismo, cap. maiores.

Secundus effectus baptismi, dicitur introductionis, introducit nos enim hoc Scrum, dum debitè sumit, in dupli-

Dominica VI. post Trinitatem.

cem Ecclesiam, militarem, scilicet, & triumphalem. Primo quidem in Ecclesiam militarem, ut scilicet, baptizatus adsciri batur consortio Christi fidelium, & amodò sit capax aliorum Sacramentorum, quorunnullus infidelis est capax. Et ideo hoc Sacramentum nocatur ianua aliorum Sacramentorum, ut patet de conse. dist. 4. Cum itaque. Propter quod mandant iura, quod clericus ordinatus, antequam baptizatus, baptizetur, & iterum ordinetur, eo quod prius nihil acceperat, ut patet. 1. q. 1. si quis per ignorantiam. Idem etiam determinat Innocentius. 3. extra de presbytero non baptizato, cap. uenies. Ecce quomodo hoc Sacramentum introducit ipsum suscipiente in Ecclesiam militante. Item tandem introducit eundem in Ecclesiam triumphantem. In cuius rei signum legitur Luc. 3. quod cum Christus baptizareretur, apertum est celum. Vnde Innocentius. 3. Extra de baptismō, & eius effectu, c. maiores, dicit, quod per Sacramentum baptismi Christi sanguine rubricati culpa remittitur, & ad regnum celorum peruenientur, cuius ianam Christi sanguis fidelibus suis misericorditer referatur. Dicit etiam Ambro. libro de Sacramentis, & recitat de conse. dist. 4. per aquam, quod per aquam, baptismi sit transitus de terrenis ad celestis. Et sic patet intentum.

T E R T I S effectus baptismi dicitur, liberationis. Tanta enim est huius Sacramenti uirtus, & efficacia, quod liberat ipsum suscipientem à multis malis. Primo quidem liberat eum à potestate démonis, tam quo ad animam, quam quo ad corpus. Primo quidem quo ad animam, quam prius possedebat Diabolus per culpam. In cuius rei signum Sacerdos baptizans aliquem coniurat Diabolum, exfluffans, & dicēs. Exi ab eo spiritus immunde, & da locum, & honorem Deo. Et de hoc habes de conse. dist. 4. sic paruuli, ubi precipit. Cœlestis nūs Papa, quod à baptizādis spiritus immundus exorcisnīs, & exsufflationibus clericorum abigatur. Super quo dicit gl. quod per talēm coniurationem fit, ut Diabolus minus noceat baptizandis, siue etiam iam baptizatis, quam prius illis nocere poterat. Secundò baptismus liberat baptizatum à potestate démonis quo ad corpus. Comportum enim est aliquando, quod non baptizati, & à démonio corporaliter uexati, aut possessi, dum baptizabantur, postmodum à démonio liberabantur. Secundò baptismus liberat interdum ab agitudine

Sermo 1. de Epistola.

84

sudine corporali. Vnde refert Augustinus libr. 22. de ciuitate Dei, capitu. 8. de quodam medico iudeo, qui apud Carthaginem degebat podagra laborans. Qui cum deuotè suscepisset baptismi Sacramentum, sanatus est in utroque homine, scilicet, spiritualiter, & corporaliter. Refert etiam ibidem simile de quodam paralyticō. Tertiò baptismus liberat à culpa, & poena in foro Dei debita, ut dictum est. In cuius figuram legitur Exo. 15. quod Pharaon, cum uniuerso exercitu suo submersus est in mari rubro. Et sic patet de triplici effectu baptismi. Et per consequens de primo principali.

S E C U N D O principaliter horratur nos Apostolus in presenti Epistola, ut sine peccato uiuamus propter nouę uitę conformatiōem, cum ait. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Ac si aperte diceret. Si mortui fuerimus culpe, nunquam ad eam reddituri, scit Christus mortuus est, nunquam postea moriturus, ita etiā participes erimus resurrectionis eius gloriose iuxta illud ad Timo. 2. Si commortui sumus, & conuiuemus.

M O R A L I T E R. Notandum iuxta illud uerbum. Si enim complantati &c. quod contingit homines plātari multipliciter. Primo enim quidem plantantur in terra per amorem terrenorum, ut sunt auari, & rebus huius saeculi dediti. Et tales tunc profundi radices in terram mittunt, cum magis afficiantur temporalibus. Insuper tales quandoque faciunt fructum, ut cum contingit eos prosperari in rebus huius seculi. Secundò aliqui plantantur in aquis carnalium voluptatibus, ut sunt carnales, & luxuriosi, & similiter tales quādoque mittunt radices in terram profundè, ita, ut inde eueni illi non possint, nisi forsitan per mortem, sicut patet de ineteratis concubinarijs. Tertiò aliqui plantantur in montibus, ut sunt superbi, & elati. Quales etiam sunt illi, qui sublimant in officijs, & dignitatibus, atq; honoribus huius seculi. Et tales sepe turpiter corruunt, sicut patuit de Amancio Hester. 7. Vnde de talibus loquens Pfal ait. Deieci eos, dū alienantur. Quomodo facti sunt in desolationem? subito defecerunt, perierunt propter iniuritatem suam, id est, superbia. Quartò aliqui plantantur in celo, ut sunt deuoti, & cōtemplanū, qui dicunt cū Apostolo Phil. 3. Nostra conuersatio in

Dominica v. post Trinitatem.

eccl^{is} est . Vnde de talibus loquens Psal. ait . Plantati in domo domini in atrijs domus Dei nostri florebunt , idest , in ecclesia militante , quae ueraciter est dominus domini . Quicunque ergo terrena despiciunt , & esse cum Christo per affectum ardenter cupiunt , hi in celo plantantur per amorem , & desiderium . Sed tandem tales illuc plantabuntur per rei exhibitionem , cum illuc realiter post hanc uitam collocauntur . Quod nobis donet dominus .

SEQVI TVR in textu . Hoc scientes , quod uetus homo noster simul crucifixus est , ut destruatur corpus peccati , ut ultra non seruamus peccatis . Tria ergo dicit Apostolus .

PRIMVM est , quod uetus homo noster simul crucifixus est . Sed quis est iste uetus homo noster ? Certe ille est fomes peccati , quem à patre nostro Adam traximus , qui facit hominem ueterem spiritualiter . Hic ergo uetus homo noster crucifixus est , idest , per passionem domini debilitatus , et si non totaliter extinctus , aut extirpatus . Vel dic , quod si uetus homo noster designat ueterem conuerstationem malam , sive peccandi consuetudinem , quæ à nobis est , de qua Eph. 4. Exuite ueterem hominem . Hic ergo , uetus homo noster simul crucifixus est , quandoquidem per mortem Christi deleta est iniq[ue]itas terræ , & hoc quantum in eo fuit .

SECUNDVM , quod dicit Apostolus in uerbis prædictis , est , quod præcipit corpus peccati destrui . Sed quid intelligitur per corpus peccati ? Profectò per hoc intelligitur congeries peccatorum , secundum glosam interli . Vbi notandum , quod sicut in humano corpore sunt diuersa membra , ita & in corpore peccati . Nam caput illius est amor proprius , sive priuarus , qui uocatur à doctoribus amor cupidineus , qui est radix , & caput omnium malorum . Istud igitur caput est destruendum , ut impleatur de unoquoque nostrum illud Abac. 3. Percussisti caput de domo impij , id est , de corde . Item illud Psalm. Tu confregisti capita draconum . Frons corporis peccati est impudentia peccandi , de qua Hier. 3. Frons mulieris meretricis facta est tibi , noluiti erubescere . Oculi eius sunt sapientia , huius mundi , & prudentia carnis . De primo oculo scribitur Iaco. 3. Non est ista sapientia de sursum descendens . De secundo uero Roman. 8.

Sermo 1. de Epif.

58

man. 8. Prudentia carnis mors est . Nafus corporis peccati est astutia , & calliditas malefaciendi , quia ut dicitur Luc. 16. Filii huius mundi sapientiores , sive prudentiores filii lucis sunt in generatione sua . Lingua corporis peccati est serpentina , & bifurcata , quia coram hominibus dicit unum , & retro contrarium . Psalm. Linguis suis dolosè agebant . Quod ad literam de detractoribus dicitur . Nam tales in linguis suis ferunt uenenum aspidum mortiferum , & insanabile , quo communiter interficiuntur tres personæ , ui delicit , detractor , auditor , & ille , de quo detrahitur . Facies corporis peccati est adulatio , per quam quis querat alteri illicitè complacere eum laudando . Nam laudare aliquem , de quo non est laudandus , uel pluquam est laudandus , uel non eo fine , quo fieri debet , ad adulatioem pertinet , quæ peccatum est . Venter prædicti corporis est gulosis . Vnde de gulosis loquens Apostolus Phil. 4. Dicit , quod Deus eorum est uenter ipsorum . Pedes citidem corporis sunt malæ affectiones , & prava desideria , quæ portant miseras animas in infernum . Proverbio . 1. Pedes eorum ad malum currunt . Manus , & brachia sapientiæ corporis peccati sunt mala opera , per quæ deducuntur homines mali ad æternum incertum . Et sic parer descriptio corporis peccati , quod omnino destruendum est in præsenti per ueram pœnitentiam . Aliás suo pondere trahet secum miseros peccatores in infernum .

ALITER autem potest describi , corpus peccati in modum , qui sequitur . Pro quo notandum , quod ipsum corpus peccati ualde congruè fuit designatum in illa statua , quam uidit Daniel , cuius caput erat ex auto optimo , pectus & brachia de argento , uenter & femora ex ære , tibiae ferreæ , pedum uero quædam pars ferrea , & quædam pars fictilis . Tandem autem abscissus est lapis de monte sine manibus , & percussit statuam in pedibus eius ferreis , & fictilibus , & comminuit eos . Postmodum percussit dictus lapis ceteras partes statuæ , quæ omnia redacta sunt in fauillam . Daniel . 2.

A d^r propositum statua prædicta corpus designat peccati , ut dictum est . Cuius quidem corporis caput quod est aureum , designat eccl^{is}æ prælatos , qui debent reli-

Dominica v i. post Trinit.

cere doctrina, & uita bona instar auri, prout eos admisit saluator Matth. 5. dicens. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorifcent, &c. In cuius figuram legitur, quod in templo Salomonis nihil erat, quod auro non tegeretur. Per quod designatur, quod nullus debet assumi ad regimen ecclesiarum, qui non uel in ea residere modo prius dicto. Sed proh dolor huiusmodi caput aureum in multis praelatis obscuratum est, tum per doctrinæ debita defectum, tum per male uitæ exemplum. Propter quod pia mater ecclesia, & Christi sponsa Canti, lamentatur dicens. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Non enim habet hodie ecclesia tales prælatos, quales olim habuit, sed pro patribus nati sunt ei filii, idest, pro uiris doctis ponuntur hodie in ea uiri in doctri, & ignari instar parvulorum. Vel dic, quod loco uirorum grauium ponuntur sepe hodie in ecclesia ad regendum eam parvuli filii nobilium, aut principum. Insuper, multi, qui illuc assumentur, non querunt animarum salutem, sed potius terrenam, & temporalem substantiam. Et hoc est, quod dicitur ubi supra. Filii Sion incliti, & amici, auro primo, (idest, ecclesiæ prælati, qui deberent esse incliti, per bonam uitam, & doctrinam salutarem, ut sic essent amici auro primo, idest, similes primis ecclesiæ prælatis) mutati sunt in uasa teste per amorem terrenorum. Nec quidem uirum, quia sicut opus manuum figuli. Ac si aperte diceretur, quod tales non sunt opus manuum spiritus sancti, qui se non intromittit de electione talium, sed potius sunt opus manuum regum, ac principum, qui fermè ubique ponunt tales in ecclesia iure, uel iniuria, aut saltē nominant tales, & summus pontifex confirmat, & approbat eos, ita ut superflua, & per consequens abradenda censentur à decretalibus rubrica de electione, & ele. potestate. Sed quid est, quod cecidit lapis de monte, qui percussit, & comminuit caput aureum statuæ? Nisi, quod iu die iudicij Christi, qui petra vocatur ab Apost. 1. Corinth. 10. descendit de celo in ualeum Iosaphat, & ibi discepit cum talibus ecclesiæ prælatis, interrogans eos, quomodo intrauerunt, quomodo rexerunt, quomodo uixerunt. Et quia non poterunt ad hæc salubriter respondere, ideo communiquerunt eos.

Sermo I. de Epist.

86

ens, dicens illud Mat. 25. Ite maledicti in ignem eternum, &c. O dñi prælati, qui effis opus manuum figuli, mentibus uestris infigit illud uerbū Sap. 6. Horrende, & citè apparebit uobis, quoniam iudicium durissimum in his, qui presunt, fiet, Et sic patet descriptio capitii statua predictæ.

Preciosi & brachia argentea dictæ statuæ, siue corporis peccati designant reges, principes, ac ceteros nobiles huius seculi. Nec quispiam miretur, si per caput aureum dixerim ecclesiæ prælatos debere intelligi, per pectus aut, & brachia argentea, principes, & nobiles huius seculi, quia tanta est dispensatio in dignitate inter ecclesiasticos, & seculi huius nobiles, quanta est inter aurum, & argentum. Huiusmodi ergo brachia debent tueri, & defendere armis, si necesse sit ipsam ecclesiam, ut notatur 23. q. 5. principes. Debent etiam esse talia brachia argentea per uitæ munditiae, ita ut non sint subditorum oppressores. Sed proh dolor, huiusmodi brachia ecclesiæ non defendunt, sed potius opprimunt, sicut uidere est in multis principibus, & potestatibus huius seculi necnon, & plerisque secularibus iudicibus, qui uolunt ecclesiasticos, & causas merè ecclesiasticas, & spirituales trahere ad iudicium suum. Item hodie per principes seculares, & tyrannos infringuntur ecclesiastice libertates. Insuper tales exigunt tributata interdictu sub nomine mutui, siue prestantiæ ab ecclesijs, & monasteriis, atque piis locis, etiam absque necessitate. Propter quod hac tenebitate merito potest de ecclesia dici illud lamentabile uerbum Thren. 1. Princeps prouinciarum factus est sub tributo. Plorans plorauit in nocte sup. tribulacionis, & angustie, & lachrymæ eius in maxillis eius. Non est, qui consoleretur eam ex omnibus charis eius. Omnis amicus eius, idest, qui deberent esse eius amici, quinimo filij, & defensores spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici, eam perseverando, & opprimendo multipliciter. Sed nouerint tales, quod non enadent iudicium Dei. Nam in fine seculi descendet grandis lapis de monte, idest, Christus de celo, & exterminabit minutatim dicta brachia, & pectus corporis peccati, quandoquidem deiciet eos, in infernum properationem factam sponsæ siue ecclesiæ, & similiter proper inuestigam oppressionem pauperum. Tunc ergo dices ipse Christus illud Psal. 1. Propter misericordiam inopum, & genitum

mitum pauperum nunc exurgam, ut scilicet faciam iudicium, & iustitiam oppressoribus eorum, qui scilicet deuauerunt plebem meam, sicut escam panis. Et sic patet de scriptio brachiorum corporis peccati.

V E N T E R, & femora crea prædictæ statuæ, per quam de signatur corpus peccati, sunt diuites huius seculi, qui abundant eæ, idest, diuitijs temporalibus, sive constant in bonis naturalibus, ut sunt uinum, frumentum, pecora agri, & huiusmodi, sive in bonis artificialibus, & ut sunt argentum, & aurum, domus, & similia. Nam utrisque bonis sepe abundant homines mundani, & auari, nec tamen inde satiantur. Propter quod sapiens Eccl. 4. de homine auaro loquens dicit sic. *Vnus est, & secundum non habet, non filium, non frater, & tamen laborare non cessat, nec satiadetur oculi eius diuitiis, nec recognitat dicens. Cur labore, & fraudo animam meam bonis, supple gratia in presenti, & gloria in futuro. Nonne quofo magnum uentrem habebat diues epulo, qui epulabatur quotidie splendide? Luce. 16.* Similiter, & ille de quo legitur Luca. 12. qui dicebat. *Quid faciam, quod non habeo, quod congregem fructus meos, hoc igitur faciam, destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, &c.* Tales ergo diuites amari debent laxare uentrem suum impariendo de bonis filiis pauperibus, & egenis, iuxta illud consilii Thobie. 4. dicetis. *Si multù tibi fuerit, abundanter tribue Sin alias fecerint, cadet super illos in die iudicij ille mirabilis lapis diuina seueritatis, & iustitiae, de quo Mat. 20. Ite maledicti auari in ignem eternum, quia esuriui, supple, in membris meis, & non dedistis mihi manducare. Iac. 2. Iudicium, sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam.*

T I B I A B ferreæ, & pedes partim ferrei, & partim fisticles prædictæ statuæ, sive corporis peccati, designant homines uitibus corporeis potentes, sanos, & incolumes, qui cum deberent fortitudinem suam ad dominum custodire. prout dicit. Psal. custodiunt ea diabolo, uacantes multis insolentiis, deliberantes eidem domino custodire debilitatem suam, idest, illi seruire in senectute sua, quando non poterunt amplius præ debilitate corporis ieiunare, peregrinari, mane surgere ante lucem, & huiusmodi. Item tales for-

tes sunt, ut faciant mala, bene autem facere nescierunt. Vnde ad propositum loquens Greg. lib. 19. moral. c. 15. Et similiter recitatur in decre. dist. 47. omnes, dicit sic. Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes, sunt in celestibus debiles, nam pro temporali gloria usque ad mortem desudare appetunt, & pro spe perpetua, nec parum in labore quidem subfunt. Sed ad deodorandum, quod prædicta fortitudo corporalis est multum, & citabilis, quando Deo placet, notanter dicitur ubi supra, quod pedum, prædictæ statuæ una pars erat ferrea, & alia fictilis. Vnde in morte cadit lapis diuini iudicij super prædictas tibias, & pedes, & exterminat corporalem fortitudinem. Propter quod scriptura Hiere. 19. loquitur dicens. Non glorietur fortis in fortitudine sua, eò sup. quod est res multum instabilis, cauda est fragilis. Et sic patet descriptio corporis peccati, quod deferendum est.

T E R T I U M quod dicit Apostolus in prædictis verbis est gratiosa, & fructuosa instruatio, cum ait. *Vt ultra non seruimus peccato. Pro quo notandum, quod non debemus seruire peccato propter tria.*

P R I M O quidem, quia in tali seruitute est labor magnus, iuxta illud Hiere. 16. Seruientis Diis alienis, qui non dabunt uobis requiem die, ac nocte. Nota de illis, qui pernoctant in ludis. Alij pernoctant in commissationibus, & ebrietatis bus. Alij in lubricitatibus, & huiusmodi.

S E C U N D O, quia ibi est subiectio mirabilis, & damnabilis. Iohan. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Quinimo talis est seruus diaboli, cuius tyrannidi peccando se subiecit spontaneè. Modò, ut haberetur. 2. Petri. 2. A quo quis superatus est huius, & seruus est. Quamvis enim homo spontaneè peccet, & seruum diaboli se constitutus, nihilominus post factum, non potest propria uirtute à tali seruitute liberari. Et ad hoc propositum, solet dari familiare exemplum de populo, qui eligit sibi regem uoluntarie. Sed eo electo, & super se assumpto non potest ulterius se liberare à subiectione illius. Et idem indicum est de canonis eligentibus episcopum. Item de religiosis eligentibus sibi prælatum. Et hoc est, quod ait Ambr. libr. de beata uita, & recitatur. 15. quest. 1. non

Non est. Voluntarium, inquit, seruum sibi diabolus auctiōnatur, neminem iugo seruitus astricūm possidet, nisi se enim prius peccatorum ære vendidērit. Hæc ille.

TERTIUS, quia talis seruitus excludit hominem à domino Partis sui cœlestis iuxta illud Iohan. 8. Seruus non manet in domo in æternum. Quinimo includit eum tandem perpetuū in carcere inferni. Hiero. 5. Seruitus dijs alienis in terra non uestra. In cuius figuram legitur Iudi. 2. quod filii Israhel fecerunt malum in conspectu Domini, & seruierunt Baalim, & Astartoth. Per quos intelligitur multitudine universa démonum, quibus subiiciuntur, inclinat, nolunt, hi, qui in praesenti seruunt peccato. Ut ergo uitare possumus tandem malum in futuro, debemus uitare seruitutem peccati in praesenti seculo, prout nos admonet Apostolus in praesenti Epistola dicens: Vlti non seruiamus peccato. Et sic patet diffusus de secundo principali.

TERTIUS principaliter Apostolus in hodierna Epistola hortatur nos, ut sine peccato uiuamus, & hoc propter uitæ eternæ adiectionem, cum ait: Si autem mortui sumus Christo, id est, si ad similitudinem mortis Christi, quæ tantum semel facta est, mortui sumus spiritualiter per peccatum, ad illud ultetius non redeentes, credimus, quia simul etiam uiuimus cum illo, scilicet in cœlo, iuxta eiusdem Christi testimoniū. Iohan. 12. ubi ait. Vbi sum ego, illuc & minister meus erit. Deinde Paulus clare exprimit, quod prius dixerat, cum ait: Scientes, quod Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, id est pro peccato omnium hominum, mortuus est semel, id est, non iterato, sed perfecte. Quod autem uiuit, uita, supple, gloria, uiuit Deo, id est, ad honorem Dei Patris, qui fecit eum sic uiuere refuscitando ipsum à mortuis, dicens ei illud Psalm. Exurge gloria mea. Ita inquit Apost. & nos existimate uos mortuos quidem peccato esse, sic, scilicet, quod nec actu, nec affectu uiuatis amoldò peccato, uiuentes autem Deo illi deuotè seruiendo, & ad honorem eius omnia hilariter faciendo. Quod nobis præstare dignetur, qui in Trinitate perfecta uiuit, & regnat. Amen.

*Dominica sexta post Trinitatem, Sermo secundus
de Euangeliō.*



Ixi abundauerit iustitia vestra plusquam Scripturarum, & Phari. Matth. 5. Pro introductione presentis sermonis mouetur quæstio talis.

VTRVM necesse sit simplicitad ingens sum regni cœlorum, quod: iustitia Christianorum sit abundantior; quam iustitia Scribarum, & Phariseorum?

PRO solutione huius dubij ponam aliquas ueritates pœnitentiales.

PRIMA agitur ueritas. In praesenti noti est quæstio, quoque de iustitia specialiter dicta, prout est una de quatuor uitib[us] cardinalibus, quæ dirigit, & ordinat hominem circa ea, quæ sunt ad alteram singularē personam. Sed est quæstio de iustitia generaliter dicta, quæ est uirtus generalis, & communis ordinans hominem circa ea, quæ concernunt bonitatem communitatissimam, quæ dicitur iustitia legalis, eð, scilicet, quod per eam homo concordat legi ordinantib[us] actus omnium uirtutum in bonum commune. De qua etiam loquens Philosophus. 5. Ethicorum dicit, quod iustitia est uirtutum præclarissima, & ipsa est omnis uirtus.

SE C V N D A ueritas. Iustitia Scribarum, & Phariseorum etat ualde imperfecta, utpote deficiens à uera iustitia ex parte quadruplicis generis causarum.

PRIMÙ quidem ex parte cause materialis. Ipsi enim solum diligebant amicos, & benefactores suos, odio habentes, suos inimicos. Quia enim lex Leui. 13. dicit. Diliges amicum tuum sicut teipsum, nullam faciens mentionem de dilectione inimici, id eo antiqui errantes addiderant ad uerbū Domini. Et odio habebis inimicum tuum. Insuper sumebant fundamentum sui erroris ex illo textu Exo. 17. vbi legitur Dominum præcepisse filios Israhel, ut delerent Amalechitas de sub cœlo, eð quod aduerterent illis. Sed prædictum errorem, reprobat Christus. Matt. 5. cum ait illis. Auditis, quia dictum est antiquis. Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem, qui sum, supple legislator, & verus interpres legis antiquæ dico uobis. Diligite inimicos vestros, &c.

Sunt tamen aliqui inimici nostri, quos nullo modo debemus diligere, sed perfecto odio odire. Illi autem sunt demones, cum quibus nullam cōmunicationem habere debemus, neq; participationē. Tum quia nullum bonū volunt nobis, sed potius malū. Tum quia non sunt capaces cēlestis hæreditatis.

S E C U N D O ex parte cause formalis. Forma enim dilectionis p̄dicatorum Scribarū, & Phariseorū confitebat in amore naturali, aut beneficio, & non in amore gratuito. Qui autem solum aliquem diligit amore naturali, & nō gratuito, seu ex uera charitate, deficit à uera dilectione, & iustitia. Et certe adhuc inter Christianos multi sunt similes iudeis in dilectione proximorū suorum ex parte prædictæ cause formalis, prout innuit Chrys. super Matt. hom. 7.1.dicens. Videamus complures uarias causas amicitiæ querentes. Nam aliis amat, quia redatur. Alius, quia honore afficitur. Alius, quia utilitatib; sibi esse, aut fore hominem putat. Causa uero Christi difficilimè inuenies quequā, qui amicum diligit oportet, sed omnes ferè secularium rerum uinculo intencio inueniuntur. Hæc ille.

T E R T I O ex parte cause efficientis. Solum enim beneficia iam recepta, aut quæ superabantur, inducebat Scribas, & Phariseos ad diligendū aliquem. Quibus quidem beneficijs cessantibus cessabat pariter dilectio eorum, ita ut tuac relinquerent quondam benefactores suos in angustia, & penuria. Sic & hodie talis falsus amor inuenitur in multis Christianis. Cum tamen dicat sapiens Proue. 17. quod omni tempore diligit, qui amicus est, sup. uerius, ideo sequitur. Et frater in angustiis comprobatur. Econtra autem Eccle. 6. dicitur. Est aratus mensa, & nō permanebit in tempore necessitatis.

Q U A R T O ex parte cause finalis. Iustitia nempe Scribarum, & Phariseorum erat terrefrictis, eo quod quicquid illi faciebant, hac intentione, & spe faciebant, ut consequerentur in præsenti remunerationem terrenam, & transitoriam, aut certè, ut euitarent peccata transgressoribus mandatorū Dei debitam. Et de utroq; habes Deut. 27. & 28. Iudeis autem sunt similes multi Christiani quo ad prædicta, qui seruitunt Domino ad oculum, ne scilicet incurvant peccatas huius seculi, siue ut non reprehendantur in malo ab hominibus, siue ut bene prosperentur in præsenti, dicentes Domino illud Psalma

Inclina cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem, sup. temporalem.

T E R T I A ueritas: Iustitia Christianorum deber abundare, & exceedere iustitiam Scribarū, & Phariseorum quo ad omnia prædicta. Primum quidē ex parte cause materialis, quia tenentur ex diuino præcepto diligere, nēdum amicos, uerum etiam inimicos dicente Christo Matt. 5. Ego autē dico uobis, diligite inimicos uestrós, scilicet corde, ore, opere. Corde qui dem desiderando eis uera bona. Ore uero pro eis orando. Opere autem illis tempore, & loco subueniendo. Bene ergo ad propositū loquitur Psal. dicens ad Dominū. Latum mandatum tuū inimicis, id est ualde. Sed quod mandatū? Certe de dilectione proximi, quod se extendit usque ad inimicos, & quosque peccatores in hac uita degentes. Secundū uero ex parte cause formalis, quia debent diligere quosque principaliiter proprie Deum, & quę mandata illius ex charitate implere, si uelint præmium cēlestē percipere. Tertiū autē ex parte cause efficientis, quia sola authoritas Dei præcipientis debet eos inducere ad opera iustitiae. Quartū & finaliter ex parte cause finalis, quæ est remuneratio eternalis. Matt. 19. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Ecce ergo quomodo, & in quibus iustitia, id est, uita Christianorum deber abundare super iustitiam Scribarū, & Phariseorū. Sed proh dolor in mul tis Christianis deficit, & diminuta est iustitia plusquam Iudeorum atq; Paganorū. Vnde Augu. super Psal. exponiens illum uersum Psal. 25. In Ecclesijs benedic te Domine, dicit sic. Multi infideles nolunt esse Christiani excusantes se per malos Christianos, & dicentes, quid mihi persuades, ut Christianus sim? Ego fraudem à Christiano passus sum, & nunquam feci. Falsum mihi iurauit Christianus, & ego nunquam. Et cum ista dicunt, impediunt a salute sua. Hæc ille.

Q U A R T A ueritas. Iustitia Christianorum deber abundare plusquam iustitia Scribarum, & Phariseorum ex parte prohibitionis: Iudei enim credebat solum actum exteriorē malum esse à Deo prohibitum, ut pote furtum, adulterium, homicidium. Non autem actum interiorē, scilicet malam voluntatem, nisi forsitan prodiret in actum exteriorē. Vnde dicebant de hoc præcepto. (Non occides) quod per illud prohibebatur occidendi factum, & non occideandi propositum.

Ser. Do. G. Pep. Pars Aestiu.

M Et

Dominica VI. post Trinit.

Et est, quod dicit Saluator in praesenti Euangeliō. Auditis, quia dictum est antiquis. Non occides. Sed hunc errorem excludit ipse Christus dicens. Ego autē dico uobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus criti iudicio. Ac si aperte diceret, quod non solum, qui occidit fratrem suum, uertuū etiam qui irascitur ei, reus erit iudicio. In quibus quidem verbis Christus superaddendo actum interiorē animi super actum exteriorē homicidij aperte ostendit, quomodo iustitia Christianorum debet abundare super iustitiam Scribarū, & Pharisaeorum, quæ quidem iustitia solum prohibebat opus exterius malum. Et ideo lex noua est perfectior lege veteri in hoc, quod cohibet simul manum, & animum.

QUINTA UERITAS. Quamvis lex uetus sanè intellecta prohibebet omnem actum malū tam interiorē, quam exteriorē, non tamen cohibebat actum interiorē malum, sicut exteriorē. Pro quo notandum conformiter ad beatum Tho. 2.2. quest. 107. art. 1. in sol. ad secundum, quod prohibitio, & cohibitio non sunt idem, sed sic differunt. Nam prohibitio fit solo uero, & abique pœnæ cōminatione. Cohibitio autem est, quæ fit per factum, sive per metum ex cōminatione pœnæ. Et quia lex uetus non infligebat pœnam pro actu interiori malo, cuius Deus solus est cognitor, sed tantum pro actu exteriori, cuius homo est cognitor (de interioribus autem non est hominis iudicare, nec per consequens pro illis pœnam infligere) ideo prædicta lex, quāvis prohibebat omne peccatum tam cordis, quam operis exterioris, non tamen cohibebat pœnā imponende, nisi peccatum operis exterioris, idest, quod consistit in actu exteriori.

SEXTA, & ultima ueritas. Lex etiangularica non solum prohibet actum exteriorē malum, uerum etiam cohibet illum, pœnā pro eo infligendo, prefertim in foro conscientiae, & in sacramentali confessione. In qua iudex Ecclesiasticus, sive sacerdos cognoscit de omni actu, tam interiori, quam exteriori, & pro eo pœnam infligit. Et hoc uice Christi, qui est cognitor cordium, pariter & iudex. Patet ergo solutio ad quæsitus, videlicet, quod necesse est simpliciter ad ingressum regni celorum omnibus Christianis, ut iustitia eorum sit abundantior, & perfectior iustitia Scribarum, & Pharisaeorum, prout Christus testatur in praesenti Euangeliō.

Sermo XI. de Euang.

90

IN hoc itaque Euangeliō de tribus principaliter fit mentione uidelicet.

De legis Euangelię super Mosaicam perfectione.

In principio Euangelij.

De motu irę uitiofę punitione: ibi.

Ego autem dico uobis, &c.

De boni operis rationabili exhibitione: ibi.

Si ergo offers, &c.

PRIMA igitur in principio praesentis Euangelij fit mentione de perfectione, & præminentia legis nouæ super legem veterem, cum dicitur. Nisi abundauerit iustitia uestra, idest, uirtus, plusquam Scribarū, & Pharisaeorum, quorum iustitia tantum semiplena erat, & imperfecta, non intrabit in regnum celorum, idest, in Ecclesiam triumphantem.

CIRCA quod notandum, quod est quadruplex iustitia ad celum finaliter non introducens, uidelicet iustitia Transitoria. Mercenaria. Tepida. Fertia.

PRIMA igitur iustitia non introducens in regnum celorum uocat iri iustitia transitoria, sive non perseverans. Et huius generis est iustitia multorum filiorum, ac filiarū, qui in primis annis sunt benigni, & gratioli, parentibus obsequentes, Deo deuotè seruientes, cunctis amabiles. At uero postquam incrementū ceperint, efficiunt interdū de patuis angelis magni demones. Et ita tales citò recedunt à uia celi, & ingrediuntur uiam inferni. Recedunt à seruitute Domini iusta, bona, & sancta, & ingrediuntur seruitū diaboli, quæ est iniusta mala, & penosa. Ecce quām transitoria est iustitia talium. Idem practica de multis nouiter conuersis ad religionem. Item de multis clericis nouiter ordinatis. Item de multis nouiter coniugatis. Item de nouis seruis, & ancillis. Similiter de nouis operarijs, & artificibus. Item de nouis procuratoribus, aduocatis, & iudicibus, atq; communitatum rectoribus. Idem practica de multis pœnitentibus, & confessis, qui adueniente Quadragesimali, artq; Paschali tempore uidentur tene re Deum per pedes, ut uulgō dicitur, sed statim post Pascha eiiciunt eum à consortio suo male uiuendo. Propero quod fiunt nouissima eoruū peiora prioribus. Vnde Greg. & recitat in decretis, de p̄. dist. 2. multi, inquit, bene incipiunt, qui in malo uitā finiunt. Practica de Saul, de Salomone, de Iud.

& similibus. Tales ergo sunt similes arboribus, quæ interdū multum florent, & suo flore prætendunt multam abundantiam fructuum, sed ad modicū gelū, uel breuem pruinam perdunt totum bonū suum, ita ut uideantur sicce, & steriles. Patet ergo qualiter iustitia transitoria; & non perseverans non introducit in regnum celorum, iuxta illud Greg. uerbū, & recitatū dicitur de pœ. dist. 3. incassum. Incassum, inquit, bonum opus agitur, si ante vitę terminum deseratur, &c. Econtra autem iustitia perseverans illuc introducit, iuxta illud Christi uerbum Matt. 10. Qui perseverauerat usq; in finē, hic saluus erit. Propter quod nos admonet Apost. Gal. 6. dicens. Bonum facientes nō deficitiamus, tempore enim suo metemus nō deficentes. Et sic pater de prima iustitia, q̄ nō introducit in celū.

S E C U N D A iustitia nō introducens in regnum celorum uocatur iustitia mercenaria, ut cum quis facit opus de generib; bonorum propter laudem hominū, & gloriam mundanam. Propter quod Christus Matt. 6. nos admonet dicens. Attende, ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis. Alioquin mercedem non habebitis apud Patrem uestrū, qui in celis est. Vnde capitulo sequenti idem Christus exemplificat de duobus operibus iustitiae, uidelicet de eleemosyna, & oratione: De eleemosyna quidem dicens. Cum facis eleemosynā, nesciat finistra tua, quid faciat dextera tua. De eleemosyna uero cum ait. Cum oratis, non eritis sicut Hypocritæ, qui amant in synagogis, & in angulis platearum orare, ut uideantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedē suam. Similiter illa iustitia dicitur mercenaria, cum quis facit opus de genere bonorū principaliter spe retributionis temporalis. De exemplū de illis, qui pradcant propter quæstum. Item de illis, qui assumunt curā animalium non propter saluē carū, sed propter lanam ipsarū, ut sunt pleriq; Episcopi, Abbates, priores, & curati. Propter qđ cōquerendo de talibus loquitur Dñs dicens illud Malach. 1. Quis in uobis est, qui claudat ostia mea, & incendat altare meū gratuitō? Quasi dicat, nullus. Cum tamen hoc parū sit.

T E R T I A iustitia nō introducens in regnum celorum uocatur iustitia tepida, qualis est iustitia regum, ac principū, prælatorū, atq; comitū, rectorum, necnon parentū, & aliorū, qui in potestate, & authoritate sup̄ alios cōstituti sunt,

nec

nec defectus, aut insolentias talium debita poena coercent. Talis nemp̄ fuit iustitia Heli, qui valde remis̄, & tepidē increpauit in insolentia filiorū suorū. Propter quod in breui more plexus est à Domino, ut pater. 2. Reg. 2. Nota de illa abbatisa, quæ disciplinavit quandā de monialibus suis propter lapsum carnis, cum cauda uulpis. Multi ergo praelati iudices, & rectores populi sunt ualde remissi in puniendo delicta subditorū, quinimo solent multi dicere subditis suis, q̄ caueant sibi à scandalis, ne cogant eos punire, & q̄ in reliquo erunt illis benigni, & gratioli, atq; per hāc remissam, & tepidā iustitiam ducunt eos secum in infernū, iuxta illud Domini uerbum Matt. 3. 5. Cœus si cęco ducatū präster, ambo in foueā cadūt.

Q U A R T A iustitia nō introducens in regnum celorum uocatur iustitia feruida, quæ est opposita priori iustitia. Sunt n. nonnulli in potestate cōstituti sibi ipsi nimirū misericordes, sita liceat loqui, alijs autē nimium feueri, & crudelēs, velut leones, cōtra quos loquitur scriptura. Eccl. 7. dicens. Noli esse iustus multū. Nā sicut remissio, & pusillanimitas uituperatur in iudice, ita & nimia seueritas. Necesse est ergo, ut interdū temperetur iustitia per misericordiā, ut meritō dicere possit bonus iudex illud Psal. Misericordiā, & iudiciū cantabo tibi Domine. In cuius figurā legimus, q̄ in arca Domini cū uirga erat, & manna. Similiter legit Luc. 10. q̄ Samaritanus volens curare illū, q̄ semiuius fuerat à latronibus relictus, apposuit vulneribus illius uinū, & oleū. Applicatio est facilis. Pater ergo de quadruplici iustitia nō introducente in regnum celorum.

P O S T Q U A M ergo habitū est de imperfecta iustitia, quæ nō introducit in regnum celorum, consequēter loquendū est de pfecta iustitia, & quæ illuc introducit. Huiusmodi ergo iustitia ad hoc, q̄ finē suū assequat, qui est introductio in dictū regnum, debet habere multas pulchras cōditiones. Debet n. esse.

Recta. Vera. Operativa. Integra. Cōtinuata.

P R I M Ó igitur iustitia sumpta generaliter, prout est omnis uirtus, ut dictum est in deductione questionis, debet esse recta. Tunc autē iustitia est recta, quoties opus bonū, & iustū sit recte, & principaliter propter Deum, & ad illius honorem, iuxta illud Thob. 13. Facite iustitiam coram Deo, idest, ipsum solum habentes p̄œ oculis. Econtra autem Matt. 6. dicitur. Attende, ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut

Dominica VI. post Trinit.

uideamini ab eis. Alioquin mercedem non habebitis apud Patrem uestrum, qui in cœlis est. Vbi aduentendum, quod nō prohibetur quis facere bona coram hominibus simpliciter, & absolute. Hoc enim licet agere ad eorum aedificationem, iuxta illud Domini uerbum Matt. 5. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent Patrem uestrum, qui in cœlis est. Sed hoc prohibetur, ne ad ostentationem, & uanam gloriam fiat. Quantum autem malum sit querere ab hominibus laude ex bonis operibus, aper- tè ostendit August. super Epistolā ad Gal. ita inquietus. Si ita martyrium fecerimus, ut nostras uelutinas ab hominibus ueuerari reliquias, & si opinionem vulgi sc̄fantes intrepida la- guinem nostrum fuderimus, & substantiam nostram usque ad mendicitationem propriam dederimus, huic operi non tam præmiū, quam pœna debetur. Hæc ille. Debemus ergo qua- tum possumus uitare uanam gloriam in operibus nostris: Sic enim egerunt olim sancti Dei amici. Vnde legitur in vi- tis patrum, de quodam sancto sene, qui habebat adeo mirabilem gratiam in expellendis démoniis ab obſessis corporibus, ita ut indilatè eos abiceret. Propter quod notus ferme toti orbi habebatur, & ex omni parte possedit ad eum adducabantur. Cui rei inuidens spiritus nequam cepit eum ten- tare de inani gloria propter talem, ac tantam sibi diuinitus datam gratiam. Cumq; ille talem insultationem, nec preci- bus, nec ieiuniis, aut disciplinis superare posset, tandem pe- tijt à Domino, ut & ipse corporaliter à démonio ad tempus uexaretur, atque simili illis fieret, quos curabat. Quod & fa- ctum est. Nam per quinque menses traditus est démonio tor- quendus, ita ut necesse fuerit eum catenis ligare. Post hæc à démonio liberatus est, nec deinceps sensit motu uane gloria in liberandis démoniacis. Ecce igitur charissimi, quantū ex- horruerunt, & timuerunt sancti Dei uiri humanæ laudis per- nicioſissimam pestem. Sic & nos agere debemus.

S E C U N D O iustitia nostra debet esse uera, ita ut simus realiter tales, quales apparemus. Oſeq. 10. Seminate nobis in ueritate iustitiam. Verum enim illud dicitur, quod est tale, quale apparet. Falsum autem, siue fictum econtra illud dicitur, quod non est tale, quale apparet. Cum igitur opera iusti- tia facimus, nihil fingere debemus. Hoc idem ad hypocrita, pertinet,

Sermo II. de Euang.

92

pertinet, qui interdum fingunt se ieiunare, ubi tamē oculi r̄e comedunt. Item quandoque fingunt se deuotè orare ubi forsitan nihil dicunt. Alij magnam pauperatem exterius pre- tendunt, qui in effectu diuines existunt. Alij uerba lubrica, & turpia uidentur abhorre, qui tamē corrupti, & abo- minabiles coram Deo, & Angelis eius sunt. Hinc Ambr. in quodam ser. Latet plerumque sub tristi amictu lascivia, & deformis horror uili ueste texitur, ut secreta petulantium te- gantur animorum. Alij magnam fidelitatem in uerbis, & gestis pre-tendunt, qui tamē quandoque infideliter agunt. Vnde noui in hac ciuitate Ebroycen. quedam nimirum, quem inter mille existimasse fidelissimum, cuius ta- men fallacia tandem apparuit. Erat enim in eadem ciuita- te quædam deuota, & abundans uidea, qnæ secerò uolens facere elemosynas suas præter quotidianas, tradidit eidem suminam . 33. librarum turon. distribuendam certis ec- clesijs, & monasteriis mendicantium eiusdem ciuitatis. Sed profectò ille uix mediapartem distribuit, quoif- que factum uenit ad lucem, & tunc cunc rubore residuum, quod sibi retinuerat, distribuit. Iustitia ergo illius uera non erat, sed fallax, & deceptoria. Nota etiam de iustitia illo- rum, qui fingunt alios diligere, quibus etiam applaudunt uerbo, risu, & amplexibus, quos tamē libenter uidcent mortuos. Similiter pota de iustitia illorum, qui uidentur fu- ger honores huius seculi, quos tamē toto corde affectant, & sic de multis aliis. Horum ergo omnium iustitia uera non est, sed fallax, & deceptoria.

T E R T I O iustitia nostra debet esse operatiua, & non so- lum uerbosa, quia ut habetur Eccl. 44. qui operatur iustitiā, idest, opera iusta, ipſe exaltabitur, sup. in celo, cum omni- bus sanctis, de quibus Hebreo. 11. Sancti per fidem uicerunt regna, operati sunt iustitiā. Item Act. 10. dicebat Beatus Petrus. In omni gente, qui timer Deum, & operatur iusti- tiā, acceptus est illi, scilicet, domino. Ecce quomodo no- stra iustitia debet esse operatiua, ut & tēpore, & loco opere- mur bonum. Maximè aut ad domesticos fidei, ut dicit Apol. Gal. 6. Sed proh dolor sunt pleriq; etiam in omni statu, quo- rum iustitia est solum uerbosa, & non operosa. Præctica de multis prælatis, atq; prædicatoribus, qui dicunt multa recta,

pulchra, & bona, sed non faciunt. Quos reprehendit dominus Matth. 25. Practica etiam de multis principibus, & communilitate rectoribus, qui solent interdum contentare uerbis dulcibus, & promissionibus oppressos, qui ipsorum implorant auxilium, dicentes, quod sit illis bona iustitia. Sed hoc est totum, quia tanta est in talibus desidia, quod nihil faciunt. Interdum etiam corrumpuntur nunceribus à parte aduersa. Sed nouerint tales, quod non evadent iudicium domini, cuius iustitia non est uerboſa, sed operosa.

QUAR TÒ iustitia nostra debet esse integra, iuxta illo Matth. 3. Sic decet implere omnem iustitiam. Ad plenitudinem autem iustitiae pertinent illa, quæ Beatus Bernardus in quadam ser. describit dicens. Iustitia est reddere unicuique, quod suum est. Redde ergo tribus differentiis hominum, quæ sua sunt, scilicet, superiori, equali, inferiori. Redde superiori, id est, prælatō obedientiam, & reuerentiam. Primum concernit cor. Secundum uero concernit corpus. Redde equali consilium, quo ignorantia eius eruditatur, & auxilium, quo infirmitas illius minuantur. Redde subdito custodiā, ut caueat peccatum, & disciplinam, ut quod non uitauit, minimè maneat impunitum. Aliter autem describit iustitiam Ansel. li. cur Deus homo, ita dicens. Iustitia est animi libertas tribuens unicuique secundum propriam dignitatem, uidelicet maiori reuerentiam, pari concordiam, minori disciplinam, Deo obedientiam, sibi sanctimoniam, inimico patientiam, egeno operosam misericordiam. Aliter etiam describit iustitiam. Senec. ita dicens. Si iustus esse cupis, præstabis parentibus pietatem, cognatis dilectionem, pacem cum hominibus, habebis bellum cum uitioribus, præstabis amicis fidem, omnibus equitatem. Vel dic, quod tunc implemus omnem iustitiam, quando reddimus Deo, proximi, & nobisipsis, quod suum est. Debemus autem Deo tria, scilicet honorem, amorē, timorem. Honorem quidem, quia est summus Deus, & dominus. Amorem uero, quia benefactor optimus. Timorem, autem quia iudex futurus seuerus. Item debemus proximis nostris tria, uidelicet, obedientiam, concordiam, beneficentiam. Obedientiam quidem superiori. Concordiam uero equali. Beneficentiam autem inferiori. Que quidem beneficentia consistit in sustentatione si egat. Item in disciplina, & correctione, si sit subditus, & eum errare contingat. Similiter debemus nobis ipsis tria, uidelicet, sustentationem, custodiā, munditiam. Sustentationem quidem corpori semota omnī superfluitate. Custodiā uero ori refecata omni uiciose loqua.

Laborent igitur omnes, non ut superflua congregent, sed ut habeant unde honeste uiuant, & egenis tribuant. Ecce qualiter in omni opere bono extremitates sunt uitandas, & medium conformiter ad rectam rationem seruandum.

QUINTÒ iustitia nostra debet esse integra, iuxta illo Matth. 3. Sic decet implere omnem iustitiam. Ad plenitudinem autem iustitiae pertinent illa, quæ Beatus Bernardus in quadam ser. describit dicens. Iustitia est reddere unicuique, quod suum est. Redde ergo tribus differentiis hominum, quæ sua sunt, scilicet, superiori, equali, inferiori. Redde superiori, id est, prælatō obedientiam, & reuerentiam. Primum concernit cor. Secundum uero concernit corpus. Redde equali consilium, quo ignorantia eius eruditatur, & auxilium, quo infirmitas illius minuantur. Redde subdito custodiā, ut caueat peccatum, & disciplinam, ut quod non uitauit, minimè maneat impunitum. Aliter autem describit iustitiam Ansel. li. cur Deus homo, ita dicens. Iustitia est animi libertas tribuens unicuique secundum propriam dignitatem, uidelicet maiori reuerentiam, pari concordiam, minori disciplinam, Deo obedientiam, sibi sanctimoniam, inimico patientiam, egeno operosam misericordiam. Aliter etiam describit iustitiam. Senec. ita dicens. Si iustus esse cupis, præstabis parentibus pietatem, cognatis dilectionem, pacem cum hominibus, habebis bellum cum uitioribus, præstabis amicis fidem, omnibus equitatem. Vel dic, quod tunc implemus omnem iustitiam, quando reddimus Deo, proximi, & nobisipsis, quod suum est. Debemus autem Deo tria, scilicet honorem, amorē, timorem. Honorem quidem, quia est summus Deus, & dominus. Amorem uero, quia benefactor optimus. Timorem, autem quia iudex futurus seuerus. Item debemus proximis nostris tria, uidelicet, obedientiam, concordiam, beneficentiam. Obedientiam quidem superiori. Concordiam uero equali. Beneficentiam autem inferiori. Que quidem beneficentia consistit in sustentatione si egat. Item in disciplina, & correctione, si sit subditus, & eum errare contingat. Similiter debemus nobis ipsis tria, uidelicet, sustentationem, custodiā, munditiam. Sustentationem quidem corpori semota omnī superfluitate. Custodiā uero ori refecata omni uiciose loqua.

loquacitate. Munditiam autem cordi expulsa inde omni nequitia, & iniquitate. Ecce ergo qualiter iustitia nostra debet esse integra.

S E X T Ó, & ultimò iustitia nostra debet esse continua-
ta, & semper crescens de bono in melius. Vnde de ueris iustis
dicitur in Psalm. Ibunt de uirtute in uirtutem. Sed, quia hoc
donum Dei est, ideo dicit Apost. 2. Corin. 6. Viris iustis, quod
do, cuius augebit incrementa frugum iustitiae illorum, hinc
deuotus Bern. in quadam Epist. dicit, quod iustus, nūquam,
arbitratur se comprehendisse, nūquam dicit, satis est, sed sem-
per eligit, atque fit iustitiam, ita ut, si semper uiueret, sem-
per, quantum in se est, iustior esse contendere. Propterea,
dicebat sanctus ille pater Iubar, & speculum Monachorum
Antonius, hoc, inquit, sit primum cunctis mandatum, nullus
in arrepti propositi uigore lacestere, sed quasi incipientem
l'amer augere, quod cepit. Debet ergo ad continuè persisten-
dum in bono uirtutis, & ad incrementum iustitiae nos moue-
re, quod seruos, qui talentum à domino suo accepert, licet
ipsum integrum conseruasset, & appo rrasceret: quia tamen i-
usti non multiplicauit, nec ex eo maiora lucra quefuit, à do-
mino suo reprobatus est. Mat. 25. Ad idem etiam nos mouere
debet illa uisio Ezechielis, de qua eiusdem. 1. ubi legitur uidil-
se animalia, quæ non reuertebatur, cum incederent, sed unu-
quaque ante faciem suam gradiebatur. Per quod denotat,
quod debemus semper nisi ad meliora charismata. Ad idem
etiam debent nos mouere sanctorum Patrum exempla, quo-
rum tantus feruor fuit ad profectum uirtutum, ut postquam
per plurimos annos sanctissime auixerant, atque in maxima
austeritate uitam duxerant, ita ut perfectissimi possent meri-
tò ab omnibus estimari, tanto tamen animi conatu in omni
virtute excrescere satagabant, ut quasi incipientes semper,
& noui sibimet uiderentur, & tāquam nihil boni prius egis-
s. se existimarent. Quid plura? Certè, si quis feruorem eoru-
m, abstinentias, lachrymas, vigilias, & varios labores aspexisset,
præteritam quoq[ue] eorum uitam, quām sanctissime duxer-
ant, non cognouisset, meritò putare potuisset eos omne an-
te actum tempus in grauissimis sceleribus consumpsisse. Vn-
de legitur in Vitis Patrum de beato Arsenio, quod cum de-
mones cum in cella sua turbarent, dicebat. Domine non me
derelicias.

derelinquas, quia nihil boni feci coram te, sed presta mihi se-
cundum benignitatem tuam saltem modè habere bene ui-
uendi principis. Legitur etiam ubi sup. de Abbat. Sisois,
quod cum uenisset ad mortem, & Angeli, ac sancti uenissent
tollere animū eius, rogabat eos, ut paululū differrent pro pe-
nitentia agenda. Cui, cum dixissent, qui adiabant, quod
non indigeret penitentia, ait. In ueritate dico uobis, quia
aduic me nec principium penitentie arripiisse reminiscor.
Exemplo ergo horum sanctorum Patrum studeamus charis-
simi opera iustitie continuare, & augere, si cupimus postip-
pos tandem celum ascendere. Et sic pater de sex conditioni-
bus perfecte iustitie. Et per consequens de prima parte prin-
cipali euangelii.

S E C U N D Ó principaliter in presenti euangelio fit men-
tio de motus iræ uitoſe punitione, cum dicitur. Ego autem
dico uobis, quia &c. Pro quo notandum, quod iudei, ut di-
ctum est prius, non faciebant sibi magnam conscientiam de
malis actibus interioribus, nisi forsitan prouumerent in a-
ctuum exteriorum malum. Quorum errorem reprehendens
Christus in presenti euangelio ait illis. Auditis, quia dictū
est antiquis. Non occides. Qui autem occiderit, reus erit
iudicio, id est, accusatione legis, ut iudicio puniatur legis,
ut dicit glo. interl. Ego autem dico uobis, plus uobis impo-
nens, quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio,
id est, dignus accusatione. Moyses posuit securim suam ad
ramos arboris, quando dixit. Non occides. At uero Christus
posuit suam ad radicem, quando dixit. Omnis, qui ira-
scitur fratri suo, reus erit iudicio. Quia Moyses prohibebat
manum, Christus autem animum, id est, affectum malum.

Q V A E R I T V R circa hoc utrum omnis, qui irascitus
fratri suo, sit in iusto Dei futuro iudicio depanditus ēterno
supplicio. Pro solutione huius questionis aduertendū, quod
duplex assigatur ira ad dōctotibus, scilicet, per zelum, &
per uitium. Ira per zelum est bona, sancta, & uirtuosa, dum
modò regulet ratione recta. Est autem ira per zelum, cum
quis irascitur alienis peccatis, eō q[ue] p[ro] h[ab]et offendit Deus,
quem summè diligit, & ideo nihil potest uidere, aut audire
quod sit contra ipsius Dei honorem. Et de hac ira potest re-
gredi intelliigi illud uerbum psal. Irascimini, & nolite pecca-
re. Hęc

Dominica VI. post Trinit.

re. Hęc ira legitur Num. 25. Quod Phinees arrepto pugione ingressus est post uirū Israelitē in lupanar, & perfodit eū cū muliere Madiantide. Similis ira fuit in Moysē, de quo legitur Exod. 32. Quod cum descendisset de monte, & uidisse populum choreas ducentem coram uitulo aureo, iratus est ualde, unde, & multos ex illis occidit. Similis ira fuit in Christo, quando ecceit cum funiculo uidentes, & ementes de templo. Matth. 21. Item Iohan. 2. Et sic patet de ira per zelum. Secunda ira dicitur ira per uitium, & hac iterum duplex. Prima uenialis. Secunda mortalis. Ira uitiosa, & uenialis accidit in illis, qui ex motu abundantis cholerae citèr irascuntur, sed statim pacantur. Et horum ira nocatur acuta. De quibus August. in regula communī uita clericor. Melius, inquit, est, qui quā muis ira sepe tenetur, tamen imperare festinat, ut sibi dimittat, cai se fecisse agnoscat iniuriam, quām qui tardius irascitur, & ad ueniam pertendam tardius inclinatur. Benē ergo ad propositum loquitur Beatus Paulus Ephe. 4. dicens. Sol non occidat super iracundiam uestram. Et est sensus. Ira non duret in uobis usque ad occasum solis, sed citèr euaneat, & extinguitur. Ira uero uitiosa, & mortalis accidit, cum quis deliberat se uindicare de proximo suo, & illi nocere, cō quod arbitratur illum prius sibi nocuisse, cogitans apud se quomodo, qualiter, aut quando sibi nocere poterit. Talis igitur ira est mortale peccatum, & uocatur ira amara, siue grauis. Et talēm iram præcipue nobis prohibet Apostolus Ephe. 4. dicens. Omnis amaritudo, & ira tollatur à uobis, sicut decet sanctos.

Vbi notandum, quod huiusmodi ira secundum sententiam Saluatoris in præsenti Euangelio habet tres gradus.

P R I M U S igitur gradus est, quando huiusmodi ira tenetur firmiter in corde cum proposito se uindicandi, uel faltem cum appetitu uindictæ. Et talis, qui sic irascitur, reus erit iudicio. Nam ad iudicium Dei citabitur, & ab eo requiretur, qualiter seruauerit illud Domini præceptum. Diliges proximum tuum, sicut teipsum. O' quantum stupebunt irascundi ad huiusmodi interrogacionem.

S E C U N D U S gradus est, quando ira non solum in corde retinetur, uermetiam per signa exteriora manifestatus prius

Sermo I I. de Euang.

priusquam prorumpat in effectum. Huiusmodi signa universa exteriora sunt cum toruo vultu aliquo impicere, uel oculos aduertere, siue uersus terram imminare, ne ipsum aspicere videatur. Item non uelle cum rehalutare, nec cum uolto qui. Similiter non uelle cum eo manducare, aut bibere, & huiusmodi. Item illi uerbum indignantis, siue indignationis dicere. Ideo dicit Christus in præsenti Euangelio. Qui dixerit fratri suo Racha, reus erit consilio, Rama enim cit interiectione indignantis, utpote si diceretur alicui cadenti in terram. Ita est bene tibi. Hoc tamen intelligendum est, quando tale uerbum, uel simile dicitur cum indignatione. Qui ergo sic irascitur aduersus proximum, reus erit consilio. Consilium enim Sanctissima Trinitatis est, quod eadem mensura remetietur talibus, idest, sicut ipsi ostendunt aliis signa iræ, ita & Christus cū omnibus sanctis suis ostender illis signa iræ, & indignationis. Et primò quidem Christus ostendet talibus mirabile signum iræ in facie, quia terribilis, & grauissimum illis ad uidendum. Similiter Beata Virgo ostendet talibus maximum signum iræ. Ipsi enim forsan eam deprecabuntur, ut tunc intercedat pro eis apud benedictum filium suum. At uero ipsa faciet illis aurem surdam, uel forsan auerter benignam faciem suam ab eis. Et simile iudicium erit de ceteris sanctis. Item de Angelis, quia separabunt malos de medio iustorum, & mittebunt eos in caliginem ignis. Matth. 13.

T E R T I U S gradus iræ est, quando illa perducitur ad effectum, sicut contingit, cum quis percutit alium, aut ipsum occidit. Et istud est grauissimum peccatum, quia sine causa occidere proximum est unum de quatuor peccatis clamatibus in colum uindictam. Vnde Gen. 4. Legitur, quod dominus dixit Cain. Ecce uox sanguinis fratris tuu Abel clamat ad me de terra. Similiter cum quis grauiter iniuriat proximo uoleat se de eo uindicare. Unde grauitatem huiusmodi iræ ostendit Christus in præsenti Euangelio per grauitatem penitentiæ illi correspondentis, cum ait. Qui autem dixerit fratri suo fatue, & hoc animo grauiter illi iniuriar reus erit gehennæ ignis, supple, infernalis. Et sic patet de secundo principali.

T E R T I O principaliter in præsenti Euangelio fit mentio

tio de boni operis rationabili exhibitione , cum dicitur . Si ergo offers munus tuum , scilicet , boni operis sacrificium , ut dicit interli . ad altare ; & ibi recordatus fueris , &c . Hoc tamen intelligendum est , si ille , qui offensus est , sit praesens . Item si non sequatur scandalum . Quibus duobus concorrentibus debet offendens ire ad offensum , per eum , & ab eo querere ueniam . Quod si fuerit absens , tunc offendens debet firmiter proponere in animo suo , quod habita illius copia , & opportunitate bona quareat ab eo ueniam , & illi reconciliabitur . Similiter si ille , qui est offensus , gerat rancorem in corde suo contra offendentes , ed quod ipsum leserit , sive in corpore , sive in fama , sive in bonis temporalibus ipsum damnicando , debet reconciliari offendenti , non ueniam petendo , nisi similiter ipsum leserit , sed rancorem à corde deponendo . Quod factio cum spe uenię audacter munus suum offerat domino . Nihilominus , si sit quaestio de munere sacramenti altaris , non sufficit predicta reconciliatio , aut rancoris à corde depositio , uerum etiam necesse est confiteri , si adsit confessoris copia , & non sequatur inde scandalum . Ex quo patet , quod munus boni operis Deo oblatum non proficit ipsi offerenti , nisi sit in charitate . Quam quidem charitatem etiam nequit habere , nisi uelit satisfacere pro posse suo ei , quem legit .

M O R A L I T E R . In precedenti textu notantur multæ bonæ conditions , quas obseruare debet , quicunque vult offerre Deo sacrificium boni operis . Prima igitur conditio dicitur quid , quia munus tuum . Non enim Deo placet , sed potius displiceat oblatione , quæ sit illi de substantia alterius , à iuxta illud Eccl . 34 . Qui offeret sacrificium ex substantia pauperum , quasi qui uictimat filium in conspectu patris sui . Secunda conditio est quantum , quia munus , supp . magni si magna possides , sive paruum , si pauca habebas , iuxta illud Thobiae consilium . Si multum tibi fuerit , abundantanter tribue . Si exiguum tibi fuerit , etiam exiguum libenter impariti stude . Eiusdem . 4 . Tertia conditio est ubi , quia ad altare . Est enim altare , sive ecclesia , locus sacrificij boni operis , sicut olim templum Salomonis locus sacrificiorum legalium . Quarta conditio est quomodo , quia ad absque rancore , & odio . Vnde subditur . Et ibi recordatus

datus fueris , quia frater tuus habet , &c . Frater , iuquam , fide , ut est quilibet Christianus , ordine , ut est clericus , professio ne , ut est religiosus , natura , ut est carnalis , sive cōfanguineus . Cuilibet enim tali fratri debemus de necessitate salutis reconciliari , postquam ipsum uestro verbo , facto , aut signo offendimus . Quod facientes ex animo , & corde bono , reportabimus in præsenti à Domino magnum meritū , & in futuro aeternum præmium . Quod nobis concedat , qui in Trinitate perfec ta uiuit , & regnat . Amen .

*Dominica septima post Trinitatem . Sermo primus
de Epistola :*

V M A N V M dico propter infirmitatem carnis uestre . Roma . 6 .



M V L T A sunt hominum genera , quibus parua , & levia onera corporalia imponi solent . Primi sunt paruuli , quorum humeris , si graue onus imponatur , proculdubio grauatur , & uires eorum franguntur . Secundi sunt illi , qui sunt inuictati ad laborem , ut homines delicati , & qui nihil consueuerū facere . Terti sunt illi , qui recenter repletu sunt de gravi infirmitate : In talibus enim uires corporeæ sunt adhuc teneræ , & debiles , & per consequens supportandæ . Moraliter ista exponendo dicimus , quod etiam sunt tria hominum genera , quibus parua , & levia onera spiritualia imponeuenda sunt . Primi sunt paruuli , id est , de nouo ad sanctam uitam , & morum honestatem conuersi . Talibus enim levia imponenda sunt , sicut & paruulis aitate lac , quod facile digeritur , dari solet . Quod si fiat instantia de beato Paulo , qui mox conuersus grauia onera super se assumpit , ita ut diceret Dominus . Domine quid me tuis facere ? Act . 8 . Item eiusdem . 21 . dicebat . Non solum alligari , sed & mori in Hierusalē paratus sum . Respondebat , q̄ hoc fuit singulare Dei donum , sicut & conuersio illius mihi acelosla fuisse dicitur , ita ut de eo merito possit dici illud Psalm . Haec mutatio dexteræ excelsi . Secundi sunt illi , qui non sunt exercitati in operibus uirtuosis . Quod enim leue est exercitato in aliquo opere , magnum , & graue est non exercitato , & non habituato . Da exemplu n de

de habituato ad abstinentiam, cui facile ieunare, ubi tamen difficile est ei, qui consuevit omni hora diei comedere. Terij sunt illi, qui de magnis, & grauibus peccatis conuersi sunt ad penitentiam. Talibus enim sicut, & precedentibus deber imponi penitentia moderata, benigna, & gratiosa, & præfertim ubi apparet eos magis peccasse ex infirmitate carnis, siue ex humano errore, quam ex certa malitia, & animo delib erato. Sic enim egit Apostolus Paulus quo ad Romanos, ut sic eos Domino lucrificaret, & ad fidem alliceret, p[ro]t[er] ad eos loquitur in principio Epistole hodiernę dicens. Fratres, humanum dico, idest, leue uobis præcipio, ut dicit interli: propter infirmitatem carnis. Ac si aperite diceret. Maiora uobis deberem præcipere, si posseis ferre, sed parco in firmati at uerstre, ouæ est ex carne. Hic ergo loquitur Apostolus Romanis ad fidem nouiter conuersis, & à peccato liberatis, dicens. Humanum dico, idest, quoddam leue uobis præcipio, & hoc propter infirmitatem carnis uerstre, qua non posset gravia sustinere. Sed quod est illud humanum? Certe illud, quod subdit, cum ait. Sicut enim exhibuisti membra uestra, &c.

N O T A N D V M. ergo, quod Apostolus in præsenti Epistola tria principaliter facit. Primo inducit nos ad seruendū iustitiae contra iniquitatem: ibi.

Sicut enim exhib.

Secundo allegat seruitutis culpe in commoditatē: ibi. Cum enim essetis serui, &c.

Tertiō subdit seruitutis iustitiae utilitatem: ibi.

Nunc uero liberati, &c.

P R I M O igitur Apostolus inducit nos ad seruendū, &c. Dicit ergo. Sicut exhibuisti membra uestra seruire immunitatē, idest, peccatis carnalibus, & iniquitati, idest, peccatis spiritualibus ducentibus ad iniquitatem, idest, ad iniquitatis multiplicitatē, cō quod unum peccatum suo pondere ad aliud trahit, ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiae, idest, operibus iustis, in sanctificationē, sup. ducentibus. Vel in sanctificationē, idest, ut sancti efficiamini. Ad quod designandum filii Israhel quadraginta annis fecerunt penitentiam in deserto, cō q[uod] prius quadraginta diebus dubitauerant exacerbantes Domum. Multo magis ergo pro quadraginta annis, qui-

dus peccauimus, quadraginta diebus in quadragesima penitentiam facere debemus.

M O R A L I T E R. Notandum circa hoc, quod multi exhibent membra sua seruire immunitatē, ut sunt viri carnales, & lubrici, qui exhibent oculos, aures, linguam, manus, & pedes seruire immunitatē carnali.

P R I M O quidem oculos per incautum aspectum. Et hoc modo exhibuit David oculos suos seruire immunitatē carnali, quandoquidem eo deambulante post meridiem in solario domus sua uidit Bersabee se lauantem ex aduerso super solarium suum. Et statim missis nuncijs tulit eam, dormitioq[ue] cū ea. 2. Reg. 1.1. Taliter exhibuit Amnon oculos suos seruire immunitatē carnali, quando fixis oculis in sororē suam Thamar contemplando pulchritudinē illius, quæ valde magna erat. Propter quod tandem in conclavi opprescit eam. 2. Reg. 1.3. Taliter etiam egit Sichem erga Dinam filiam Iacob. Gen. 3.4. Taliter denique exhibuerunt oculos suos seruire in immunitatē carnali illi duo senes presbyteri, de quibus. Dan. 1.3. incaute aspicientes pudicam Susannam, ita ut requirerent eam de actu nephario. Et breuiter penè infinitos tales reperiuntur, qui exhibuerunt, & adhuc exhibere nō cessant oculos suos seruire immunitatē carnali. De quibus loquitur beatus Petrus. 2. Petri. 2. dicens. Oculos habentes plenos adulterij, & incessabilis delicti. Dicitur aut tam adulterium, quām quecunq[ue], alia species luxuriæ delictū incessabile, rum propter illius continuationē quo ad habituatos in illo, rum quā nō satiat, & ideo incessanter reiteratur à malis. Sed quae dicit beatus Petrus: Oculos habentes plenos adulterij, maxime cum adulterium, sicut & quodlibet aliud peccatum consit in corde, & non in organo corporali? Responsio. ideo sic locutus est Petrus, quia ut dicit August. in regula de cōmuni vita clericorum. Impudicus oculus impudici cordis est nucus. Est autem impudicus oculus, qui huc atque illuc ferrur inuercundē, ut intueatur facies mulierum. Quasi enim uenenoſa est facies mulieris. Vnde dum eius idolum, siue similitudo recipitur in oculo exteriori, de facili, & in momento usq[ue] ad cor transfertur, siue inficitur, atq[ue] maculatur mens humana, nisi specialiter à Deo protegatur. Et hoc est, quod loquitur Christus Matt. 4. dicens. Qui uiderit mulierem ad Ser. Do. G. Pep. Pars Aestiu. N con-

concupiscendi eam, iam mechatus est in corde suo. Quemadmodum ergo de facie Domini ejicientis uidentes, & ementis de templo exibat radius splendens, qui omnes astantes terrebant, ita ut non auderent illi resistere, & dicunt doctores, ita econuerso de facie mulieris pulchre, & signanter impudicè egreditur non splendor, sed fascinatio, quæ obsecurat bona gratia, & quam uidentes infatuantur frequenter per inordinatum amorem libidinis. Propter quod sapiens Eccl. 9. fabuliter consulit dicens. Auerte faciem tuam a muliere compia, & ne circunspicias speciem alienam. Propter speciem enim mulieris multi perierunt. Dicat ergo unusquisque; nostrum ad Dominum cum Psal. qui hoc periculum, & malum expertus fuerat: Auerte oculos meos, ne uideant uanitatem. Et breuiter, ut dicit August. ad fratres in eremo ser. 3 r. qui intitularunt de fallacia mundi: Summè custodiendus est oculus, quia ianua cordis est, & nuncius. Deinde post pauca. Multa, inquit, mala per oculos fiunt. Si enim David oculos clausisset, feminam non uidisset, & per consequens adulterium non comisisset. Et si Sodomite oculos clausissent, iuuenes non uidissent, nec postea perirent. Claudamus igitur oculos nostros, ne uideant uanitatem. Custodiamus ianuam cordis nostri, ne latro, qui quotidie procurat intrare, subito ueniat, & cuncta bona ualeat depredari. Hæc ille. Ad propositum ergo verbi Apostoli redeuntes, studeant uiri carnales, & lubrici, qui hactenus exhibuerunt oculos suos seruire immunditiae carnali, amodò illos exhibere seruire iustitiae in sanctificationem, utpote illos conuertendo ad pauperes, & agrotos per compassionem. Item eosdem conuertendo ad diuinam hostiam in Missa. Similiter ad cœlum plorando commissa delicta, & huiusmodi.

S E C U N D O uiri carnales exhibent aures suas seruire immunditiae per curiosum auditum uerborum plenorū omni spuria, & factore luxuriæ. Sunt enim multi utriusq. sexus homines, qui nullo pacto uellent peccata carnis opere imple re, qui tamen delectantur in cordibus suis, cum de talibus audiunt homines carnales loqui. Et tales sunt similes illis religiosis, qui carnes non comedunt, sed bene quidem brodium earum. In prædicto ergo casu loquentes turpia habent immunditiam luxuriæ in ore, & beniuoli auditores in aure, &

per

per cōsequens utriusque seruiunt carnali immunditiae. Sunt & alij, qui exhibent similiter aures suas seruire immunditiae. Hi sunt, qui libenter p̄fstant suas aures detractoribus, & illis, qui referunt defectus, & culpas aliorum, cum tamen debent eas claudere iuxta illud Eccl. 28. Sepi aures tuas spinis. Ille autē sepit aures suas spinis, qui considerat proprios defectus iudicans se ceteris deteriorem, & qui per cōsequens nō delectatur in auditione defectuum aliorum. Præter hos sunt, & alij, qui exhibent aures suas seruire immunditiae, quales sunt hi, qui delectantur in auditu cantionum omni spuria plenarum, ut sunt uiri mundani uanitatibus huius sœculi detiti. Omnes ergo prædicti, ac similes si cupiunt salui fieri, debent à cetero exhibere aures suas seruire iustitiae, idest, operibus iustis, cuiusmodi sunt audire diuina deuotè. Item uerbum Dei diligenter, & attenè. Similiter clamorem pauperū cum compassione, & reali subuentione, & huiusmodi.

T E R T I O uiri carnales exhibent linguis suas seruire immunditiae, per immundam locutionem, qua ex immundo corde procedit, iuxta illud Christi verbū Matt. 12. Ex abundantia cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro, idest, de bona intentione, profert bona, sup. uerba. Et per oppositū, ut ibi subditur, malus homo de malo thesauro, idest, de peruersa intentione, profert mala, supp. uerba. Et hoc est, quod ait idem Christus eiusdem Matt. 15. Quæ, inquit, procedunt de ore, de corde exuent, & ea coquinuant hominem. De corde enim exuent cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiae. Quæ omnia, ac similia prohibet Apost. ad Ephe. 5. dicens: Fornicatio, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in uobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiliquum, aut scurrilitas, quæ ad rem nō pertinet, sed magis gravitare actio. O' igitur uiri labijs polluti, recedat uetera, lupi uerba carnalia, & impudica, de ore uestro, & amodò exhibete linguis uestras seruire iustitiae, idest, uerbis iustis, castis, & honestis, in sanctificatione, ita scilicet, q̄ nihil ab ore uestro prodeat, quod non resplendet sanctitate, taliter q̄ cedat ad Dei honorem, aut ad proximorum ædificationem.

Q U A R T O uiri carnales exhibit manus suas seruire immunditiae, per impudiciū tactum, qui est impudiciū cordis nuncius.

elus. Consistit autē huiusmodi impudicus tactus nō solum organo manuum, verum etiā in oculis, amplexibus veneris, & huiusmodi. De cuius grauitate loquens scriptura Levit. 5. ait: Anima, quę terigerit aliquid immundū, rea erit, sup. culpe, & peccatum externe quo ad Deum. Item Eccl. 13. Qui tetigent picem, inquinabitur ab ea. Propter qd̄ Apostolus. 1. ad Cor. 7. ait: Bonum est mulierem non tangere. Tenetū est ergo pro maxima, qud̄ omnis tactus ex libidine procedens, siue qui sit causa libidinis, est mortalis, & hoc extra matrimonium. Qui ergo aliquando exhibuerit manus suas seruire immunditę per huiusmodi impudicum tactum, debent amodò eas exhibere seruire iustitię in sanctificationem, hoc est leuare eas in cœlum ad Deum pro impetranda inuidentia de perpetratis per easdem malis, & turpitudinibus multis.

Q uintō urū carnales, & lubrici exhibent pedes suos seruire immunditię per illicitum gressum, sicut patet de illis, qui currunt ad lupanaria, & loca inhonestā, de quibus Provi. Pedes eorum ad malum currunt. Inter quos multi sunt, qui frequentius, & abundantius Deum, & sanctos eius offendunt, per illicitum gressum pedum fluorum in die Dominicū, & festo, quam non festo, sicut patet de illis, qui tunc currunt ad choreas, & spectacula. Item ad ludos, & loca inhonestā. Item ad tabernas ebrietatis causa, de quibus merito conqueritur Dñs Esa. 1. dicens: Iniqui sunt ceteri uestrī. Calendas uestrās, & solennitatis uestrās odiuit anima mea. Facta sunt mihi molesta. Laborauī sustinens. Pradicti ergo, ac similes debent à cetero cohibere pedes suos à prædictis, ac similibus malis, & illos exhibere operibus iustitię in sanctificationem, scilicet peregrinando, Ecclesiās frequentando, post sermones currendo, hospitalia uefitando. Insuper ab omni illicito gressu illos cohibendo, ita ut quilibet eorum sigillatim possit dicere illud Psal. Ab omni tua mala prohibui pedes meos. Patet ergo quomodo practicandum sit uerbum Apostoli in Epistola hodierna nos admonentis, & dicentis. Sicut exhibuitis membra uestra seruire immunditię, & iniquitatē ad iniquitatem, ita nunc exhibete illa seruire, &c. Et sic patet de primo principali.

Se c v n dō, principaliter Paulus in præsenti Epistola allegat seruitutis culpe incōmoditatem, cum ait: Cum enim seri

serui essetis peccati. liberi fuistis iustitię, idest, tunc non eratis sub dominio iustitię, quandiu fuistis sub seruitute peccati, siue cum peccatum dominaretur in uobis. Vel liberi fuistis iustitię, idest, spoliati à bono iustitię. Quem ergo fructum, idest, utilitatem habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Quasi dicat. Nullum, sed potius maximum damnum, quod patet per id, quod sequitur: Nam finis illorum mors est, supple, spiritualis, corporalis, & aeternalis.

Q uodlibet enim mortale peccatum perducit ad prædictam triplicem mortem. Primò quidem ad mortem naturalem, sicut sic patet. Nam Deus fecerat primum parentem immortalem, sicutq; mansisset perpetuò, si non peccasset. Sed quām primum peccauit, peccatum mortis cum tota sua posteritate subiacuit. Sic enim illi cōminatus fuerat Dominus. Gen. 2. dicens: Quacunque hora comedeleris de fructu ligni scientię boni, & mal, morte morieris. Ecce quomodo peccatum perducit ad mortem naturalem. Secundò perducit ad mortem spiritualē, quę sit per separationem gratia Dei ab anima. Vnde Ezech. 18. Anima, qua peccauerit, ipsa morietur. Quod intelligendum est de morte spirituali, quia constat animam rationalem esse immortalem morte naturali. Tertiò perducit ad mortem aeternam, quę est pessima, de qua in Psal. Mors peccatorū pessima. Mors enim naturalis est malitia saltem illis, qui diligunt præsentem uitam. Sed mors spiritualis est peior. Mors uero aeternalis pessima. Benè ergo, & ueraciter dictum est à Paulo, q; finis peccatorum mors est. O quantū igitur debemus timere peccare, ne tandem inuolum morte gehenne, à qua nullus simpliciter resurgit.

MORALITER ergo circa illud prædictū uerbum, cum enim serui essetis peccati. Notandum, qud̄ debemus ualde abhorrere, & timere seruitutē peccati, & hoc propter multa. Primò quidem propter uilitatē illius. Nihil enim uilius, aut abominabilis est peccato, ita ut merito, de eo dicatur illud. Naum. 1. Omnis, qui uiderit te, resiliet à te. Quod bene aduersus Psal. dicebat: Iniquitatē odio habui, & abominatus sum. Dicit etiā August. lib. de contritione cordis, q; feditas peccati excedit omnem aliam feditatē, ita ut secundū eum melius sit eligere tormentū, quod per se feditatē aeternam nō attrahit, quam peccatum, quod cū sua feditate dolores aeternos iungit.

S E C V N D ò propter prædictę seruitutis inquietudinem, Hier. 16. Seruieris dijs alienis, qui non dabunt uobis re-quiem die, ac nocte. Nam magister eorum Diabolus occupat eos de die circa aurariam, & de nocte circa luxuriam, & alia peccata. Tertiò propter damnositudinem. Affect enim seruitus peccati multa, & grauia damna homini, ita ut non solum au-ferat bona, & merita præcedentia, uerum etiam impedit hominem, ne stante huiusmodi seruitute aliiquid possit acquire-re, quod cedar ad salutem anima- suę, sed totum lucrum o-perum suorum assumit magister eius Diabolus: quia ut dicit lex imperialis, q̄ incipit excepta. C. per quas perso. nobis ac qui. Quiquid seruus acquirit, totum domino suo acquirit. Quarto propter perpetuam obligationem: hoc enim certi-um est, quod si seruui peccati non se liberauerint à prædicta seruitute infra tempus vita p̄sens per ueram peniten-tiam, perpetuò manebunt in misera, & crudelissima seruitu-te, & hoc in inferno sub tyranide centum mille demonum. De quibus potest rectè intelligi illud Act. 7. Seruituti eos sub iacent, & male tractabunt. O' durissima seruitus: quia non sub hominibus, qui sunt mortales, sed sub dēmonibus, qui sunt immortales, & absque misericordia, & per consequen-dicta seruitus nunquam finietur. O' quantum igitur debe-mus fugere peccatum, & seruitutem illius? O' quam fatui, & miseri sunt, qui peccato se subiiciunt.

M O R A L I T E R. Etiam notandum iuxta illud prædi-cum uerbum. Quem fructum habuistiis tunc in illis, in quib-nunc erubescitis, quod huiusmodi uerbum potest dirigi ad penitentes ueros, ad carnales, & lubricos, ad damuatos miseros.

P R I M Ó quidem ad penitentes à quibus, cum peccame-rine abstulit Diabolus omnem uersecundiam, seu erube-scentiam tam Dei, quam hominum, sicut patet, de notorijs peccatoribus, & peccatricibus. Hier. 3. Frons mulieris more-tricis facta est tibi, & noluisisti erubescere. At uero, cum Deo, miseraente, & corda eorum tangente redeunt tales ad femei-pfis, & considerant abominabilem, & uilissimum uitam, quā prius duxerant, sive fornicando, sive coemessationes, ebrietates, & huiusmodi sequendo, incipiunt tunc erubescere, & a-pertè cognoscere fatuitatem suam, & quod ex peccatis suis nullum

nullum fructum, sive nullam utilitatem reportauerunt, sed potius multiplex damnum tam in bonis spiritualibus, quam temporalibus, quam etiam interdum corporalibus. Prædicta tamen recognitio, seu erubescientia spirituale Dei donum est, ut potè faciens peccatum horrere, & ipsum derelinquere, currendo per penitentiam, & gemitum ad dominum Deū.

S E C V N D ò prædictum uerbum potest dirigi ad non-nulos carnales, & lubricos uiros, quorum hanc tempestate multi secum ferunt, cuidens signum iniquitatum suarum, quales sunt illi, quos Neapolitanos nocamus, seu Italice Gal-los quorum penè infinitus est numerus. De quibus rectè uerificat illud Apostoli ad Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis. Opera enim spiritus, seu peccata spiritualia possunt quidem esse hominibus occulta, sed non sic de operibus carnis. Sicut enim difficultè est occultare ignem materialē, quin tandem appareat, sic etiam est de igne luxuriaz. Cum autem huiusmo-di ignis scipsum prodit, & ad aliorum notitiam uenit, & pre-fertim per prædictam agritudinem Italice scabies, tunc erubescunt homines coram alijs apparere, eō maximè, quod ab alijs uitantur, tanquam leprosi. Et ideo meritò potest illis improprietur prædictum uerbum, & dici: Quem fructum, id-est, utilitatem habuistiis in illis nephādis, sup. peccatis, & spur-citijs uestris, in quibus nunc erubescitis, ita, ut non audeatis in publicum prodire. Vnde noui quandam egregium docto-rem, & insignem prædicatorem, qui Episcopus factus appa-ruit tactus prædicto morbo. Quem, cū semel uisitassem, ait: olim eram doctor uenerabilis, modò uero appareo Episco-pus miserabilis.

T E R T I Ó prædictum uerbum potest dirigi ad miseròs dannatos, quorum peccata tam occulta, quam aperta cun-dit innotescunt in die iudicij ad ipsorum maius opprobriū, confusionem, & infamiam dicente domino unicuique talium illud Naum 3. reuelabo pudenda tua in facie tua; & ostendam in gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam, & projiciam super te abominationes, & contumelijs, te afficiam. Et ex hac tam solejni, & aperta peccatorum ma-nifestatione erubescent uehementer dicti reprobi. Vnde tunc poterit meritò illis dici cū improprio: O' miseri, & maledi-cti homines dicas nunc apertè, quem fructum habuistiis in

Dominica VII. post Trinit.

illis uitijs in quibus nunc tantum erubescit? Et tunc poterunt respondere. & iustè dicere, heu, heu, heu, nullum frumentum in eis habuimus, nisi forsitan modicam, & nulde momentaneam delectationem, sedam, & immundam, quæ etiā citissimè transfiuit, nolunt fumus, pro qua æternum habemus sustinere cruciatum. Vé ergo nobis, quia peccauimus. Causa mus ergo charissimi nobis à peccato, ne tandem in extremo Dei iudicio nobis merito improverentur prædicta uerba.

TERTIUS principaliter Apostolus in præsenti Epistola uersus finem illius tangit utilitatem seruitutis iustitiae, sicut per oppositum in præcedenti puncto tetigit seruitutis culpe incommoditatem, dicit ergo iustificatis, seu liberatis à peccato loquens. Nunc uero, cum, scilicet, gratiam habetis, vel quando conuersi estis ad Deum per ueram pœnitentiam liberati à peccato. Quam quidem libertatem, non habetis à uobis ipsis, sed à Deo principaliter, qui solus remittit peccata, quæ faciunt hominem seruum, & vasallum Diaboli. Itē, qui solus confert gratiam, quæ reddit hominem seruum iustitiae. Ideo subditur: Serui autem facti Deo, cui seruire, regnare est, habetis fructum nostrum, qui duplex est. Primus gratia in præsenti, ideo sequitur. In sanctificationem. Secundus gloria in futuro, ideo subditur. Finem uero uitæ aeternam. Tandem Apostolus ostendit, quantum noceat homini peccatum, & per oppositum, quantum illi proficit gratia Dei. Primum ostendit, cum ait. Stipendia, id est, retributio peccati est, supple, mors naturalis, spiritualis, eternalis, de quibus supra dictum est. Secundum similiter ostendit, cum subdit. Gratia autem Dei uita aeterna. Et est sensus, quod uita eterna datur nobis principaliter ex mera gratia, & uoluntate Dei, sicut expressè pater in parvulis post baptismum uolantibus ad celum. Quanquam autem ad adultos principialis causa salutis eorum est mera gratia Dei. Causa autem minus principalis, & fine qua non, sunt propria merita. Bene ergo, ad propositum loquebatur Apostolus ad Titum. 3. cum aiebat. Non ex operibus iustitiae, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Ideo addit Apostolus in fine Epistolæ hodiernæ, dicens. In Christo Iesu domino nostro, id est, per Christum, qui est mediator noster apud patrem, datur nobis gratia in præsenti, & gloria in futuro iux-

Sermo I. de Epistola.

161

ta illud 10.1. Gratia, & ueritas per Iesum Christum facta est. MORALITER notandum iuxta illud uerbum: Serui autem facti Deo, quod debenius seruire Deo illis modis, quibus domia uolunt sibi seruiriri, uidelicet.

Letanter.

Celeriter.

Vigilanter.

Indesinenter.

Reuerenter.

Fideliter.

PRIMUS quidem letanter. Sicut enim domini huius mundi non uolunt: habere seruum, qui seruat eis. Italicè con mostaccio, sed latè, & iucundè, sic & dominus Deus. Propter quod nos admonet Psal. Ad latenter sibi seruendum, dicens. Jubilate Deo omnis terra, seruite domino in latitia. Nō ergo in angaria cum illo Simone Cyrenensi ferentes crucem Domini. Nec similiiter in tristitia dantes ei munera seruitij. Vnde Aposto. 2. Corin. 9. Non ex tristitia, aut ex necessitate, supple, seruiamus domino, sed potius in letitia, & hilaritate: quia hilarem datorem diligit Deus, id est, approbat, & remunerat, ut dicit gl. interl. Item Eccl. 3.5. In omni dato hilarem fac uultum tuum, huius autem cōtrarium multi faciunt, qui seruant dñs ab oculum, & magis timore poenæ, q̄ amore iustitiae. Itē inuitè, & cū murmur, seu impatiētia. Sed attēdant tē ste Gieg. q̄ non sunt Deo grata coacta seruitia. Quod attendens Pfal. dicebat ad dominum. Voluntariè sacrificabo tibi.

SECUNDUM domini temporales uolunt sibi seruiri celeriter, siue festinanter, alias irascuntur contra seruos tardos, pigros, & remissos. Ita, & dominus Deus uult sibi seruiri celeriter, & sine procrastinatione. Vnde de diligenter seruo ait ipse dominus in Pfal. In auditu auris obediuit mihi. Merito ergo quilibet nostrum debet dicere ad dominum cum Samueli illud. 1. Reg. Loquere domine: quia audit seruos tuus. Ecce prompta seruitus, huius autem cōtrarium plerique agunt, qui multoties, & per longa temporum interualla uocantur à domino, ut seruiant ei bona operando, nec tamen illi seruire uolunt, sed dicunt cum coru. Cras, eras, seruiam dominum, sed huiusmodi cras, interdum per longas pro trahit uoras, uidelicet usq̄ ad mortem.

TERTIUS

TE R T I ò domini temporales uolunt sibi seruiri nigi-
lanter. Si enim quandoque coningat eos esse foris, aut fa-
cere cęnam extra domum, uolunt, ut uigilent serui expectan-
tes eos, sic & dominus Deus vult habere seruos, qui nō sint
sonnolenti, sed qui diligenter uigilent expectantes eius ad-
uentum, quacunque etiam hora diei, aut noctis uenturus sit
ad eos in mortis articulo. Et tales seruos ualde diligit domi-
nus, iuxta illud Luc. 12. Beati serui illi, quos cum uenerit do-
minus, inuenierit uigilantes. Et si uenerit in secunda uigilia,
idest, in adolescentia, & si uenerit in tertia uigilia, idest, in
senectute, & ita inuenierit, Beati sunt serui illi. Deinde mo-
net nos Christus ad seruendum sibi uigilanter, cum subdit
dicens. Et uos effete parati, quia qua hora non putatis, fi-
lius hominis ueniet. Similiter ad idem nos admonet Mat.
25. dicens. Vigilate, quia nescitis diem, neque horam. Sed
proh dolor pauci uigilant per meditationem mortis, & per
rectam præparationem ad eam.

QU A R T ò domini temporales uolunt sibi seruiri inde-
finenter, scilicet, usque ad finem seruit, siue termini loca-
tionis seruorum suorum, & dominus. Finis autem locatio-
nis seruorum suorum est, quando reddet illis salarium suū,
Debemus ergo usque tunc indefinenter illi seruire, quia ut
habetur. Matth. 10. Qui perseuerauerit usque in finem, hic
saluus erit. Bene ergo dicebat sanctus ille pōtifex Zacharias
Pater diuī Iohannis Baptiste, cum aiebat. Seruimus domi-
no in sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus no-
stris. Et nota, quod dicit. Omnibus diebus nostris, quod est
contra illos, qui nunquam habuerunt primordia bone uitæ.
Item contra illos, qui habuerunt quidem huiusmodi primor-
dia, sed non perseuerauerunt omnibus diebus uitæ sue in
bono incepito. Notandum etiam, quod in predictis verbis
Zachariae notatur quatuor, quæ reuiruntur ad uitæ per-
fectionē in quolibet homine. Primum est sanctimonia quo
ad seipsum, quia in sanctitate quo ad cordis, & corporis pu-
ritatem. Secundum est iustitia quo ad proximum, reddendo
uicuiusq; quod suum est, quia & iustitia. Tertium est recta in-
tentio quo ad Deum, quia coram ipso, sup. Deo per rectam
intentionem. Quarum est perseuerantia omnium horum,
quia omnibus diebus nostris, per perseuerantiam finalem,

qua

quæ sola coronat opus bonum, & hominem in cœlo.

QUINTÒ domini temporales uolunt, quod illis ser-
uatiuit reuerenter, & honorifice, ita & dominus Deus hoc
requirit in seruis suis, & iuxta illud ad Heb. 12. Placentes
Deo cum metu, & reuerentia. Et ista reuerentia debet con-
sistere in corde, in ore, & in opere. In corde quidem ipsum
dominum super omnia diligendo, & de commissis peccatis
indulgentiam ab eo implorando. In ore uero deuotè, & at-
tentè ipsum orando. In opere autem corporaliter se humili-
ando, more publicani, qui nolebat oculos sursum leuare,
sed illis demissis uersus terram percutiebat pectus suum, di-
cens. Deus proprius &c. Luc. 18.

SEXTÒ domini temporales uolunt, quod illis seruatiuit
fideliter, & sine fraude, alias seruos infideles ejiciunt turpi-
ter, & confusibiliter de domo sua. Sic, & dominus Deus re-
quirit fidelitatem in seruis suis. Quod ubi tales inuenierit,
soler eos amplius honorare, & premiare in celis. Itud autē
potissimum concerner ecclesiæ prælatos, qui seruunt domino
custodientes gregem suum. Tales ergo debent taliter se ha-
bere in huiusmodi seruicio, ut de unoquoque sigillatim pos-
sit dici illud Mat. 24. Fidelis seruus, & prudens, quem confi-
tuit dominus super familiam suam. Hoc autem fit debitè, cū
fideliter tales dispensent bona domini sui, utpote ecclesiæ
sacramenta, similiter bona beneficiorum suorum, illa distri-
buendo in usus pauperum tempore, & loco huiusmodi. Sed
profectò dominus paucos tales seruos habet in ecclesia sua.
Propter quod admiratiū dicebat Luc. 12. Quisputas est fi-
delis dispensator, & prudens, quem constituit dominus su-
per familiam suam, ut det illis tritici mensuram? Et Apost.
1. ad Cor. 4. Iam, inquit, quæritur inter dispensatores, ut
fidelis, quis inueniatur? Sic autem loquitur Apostolus, non
quia nullus sit talis, sed propter paucitatem, & raritatem ta-
linum. Pater ergo qualiter seruire debemus domino, ut de
nobis meritò possit uerificari predictum verbum Apostoli in
præsenti Epistola, ubi ait. Serui facti Deo. Nam seruiendo illi
modis predictis in præsenti, percipiemus tandem ab eo o-
ptimum salarium in futuro. Quod nobis concedat, qui in
Trinitate, &c.

Dominica V I. post Trinit.

Dominica septima post Trinitatem. Sermo secundus de Euangelio.



CCPIENS septem panes, gratias agens fregit. Marc. 8. Pro introductione praetensis sermonis mouetur quæstio talis. Vtrum Christus conuenienter pauerit quatuor milia hominum ex septem panibus? Pro solutione propositæ questionis ponam aliquas ueritates per ordinem.

PRIMA igitur ueritas. Potuit Deus facere hominem, qui nullo modo indigeret cibo corporali. Quod patet sic. Quod enim homo indiget cibo corporali, est, ut restauretur in eo deperditum, aut ut sumat incrementum, sicut patet de paruulo. Sed ipse dominus potest impeditre, & facere, ne aliquid depereat de humano corpore, & hoc suspendendo actionem quatuor qualitatum primarum, quæ sunt, calidu[m], frigidu[m], humidu[m], siccum, sicut fieri potest generali refractionem, quo ad corpora electorum, qui nullo modo alterabuntur, seu immatabuntur. Quemadmodum ergo ipse per suam omnipotentiam conseruauit tres illos pueros, de quibus legitur Danie. 3. ne lacerentur ab igne, & similiter idem legitur in passionarijs sanctorum frequenter egisse, ita in proposito. Et sic patet primum. Similiter potest augere humanum corpus per aliud modum, quam per sumptionem, cibi corporalis, siue per nouæ materiæ creationem siue etiæ per alterius praiacentis materiae additionem, eo modo, quo sibi placet. Igitur &c. Insuper ipse dominus legitur interdum conseruasse aliquos sanctos in praesenti uita per plures dies absque cibo corporali, sicut patet in lib. qui intitulatur uitas Patrum. Idem etiam fecit, quo ad beatam Catharinam Senensem, quam per plures menses conseruauit absque omni cibo corporali preter Eucharistie quotidiana sumptionem, ut potè, à die Cinerum usque ad diem Ascensionis domini, ut patet in eius legenda. Si ergo hoc potuit ad certum tempus, ergo etiam semper.

SECUNDA ueritas. Conuenienter fecit Deus hominem, qui pro isto statu cibo corporali indigeret. Decebat enim, ut agentia naturalia in suis naturis, proprietatis, ac uirtutibus relinqueret. Quod etiam quodammodo fecisse legitur in statu

Sermo II. de Euang.

103

in statu innocentia. Vnde Genes. 2. legitur, quod ipse conciliò homini, ut de fructibus omnium arborum comedere posset, praterquam de fructu ligni scientiæ boni, & mali. Ex quo patet, quod pro illo statu homo cibo corporali indigebat, prout pulchre deducit beatus Thom. i. par. quest. 47. articul. 3. ubi expresse dicit, quod homo in statu innocentia habuit uitam animalem cibis indigentem. Nec erat corpus suum tunc immortale per aliquam dispositionem illi inherenterem, sed secundum quandam uim supernaturalem in anima illius residentem, ut dicit idem doctor ubi supra in solut. ad 1. Post lapsum autem per amplius indiget homo cibo corporali, quam prius, eò quod per peccatum soluta est illa harmonia, que prius erat inter animam, & carnem medio, & operatione iustitiae originalis. Quod ergo post peccatum homo indiget cibo corporali, non solum est ad restauracionem deperditum, siue conseruationem humidi radicalis, quod etiam fuisset in statu innocentia, utrum hoc fecit Deus, tum ut sic puniat peccatum hominis, tu ut exercitetur homo in opere manuali, inde sibi querendo uictus, ut sic uiter ocium.

TERTA ueritas. Licet Christus potuerit pascerre turbas ex panibus nouiter creatis, conuenientius tamen hoc facere uoluit ex panibus præexistentibus multiplicatis. Prima pars huius ueritatis probatio non indiget, maximè cum non sit minus difficultè Deo de nouo creare aliquos panes, etiam centum mille, quam olim creasse cœlum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt. Non enim est abbreviata manus eius. Secunda aut pars debet sic pbari. Fuerunt n. olim aliqui Hæretici dicti Manichei, qui dogmatizabant fola in uisibilia esse à Deo, inuisibilia autem, & sensibilia à Diabolo. In hoc ponentes duo prima principia rerum, ut patet 24. q. 3. quidam autem Hæretici. Et quia Christus uenit in hunc mundum, ut dissolueret opera Diaboli, ut habetur. i. Johani. ideo conuenienter hodie uoluit uti rebus sensibilibus, id est, septem panibus, ad opus diuinæ laudis, ut ostenderet se esse factorem siue creatorem uisibilium, siue inuisibilium. Et quāuis fuisset maius miraculū saltē ex parte rei, si ipse Christus de nouo creasset certos panes, ex quib[us] paucifuerit turbā, q[uod] cam pascedo ex piacentibus panib[us] ipsos multiplicando, nihilominus uoluit ex præistentibus eā pascerre pp causam p̄dictam.

QVARTA

Dominica VI I. post Trinitatem.

QVARTA ueritas. Multiplicatio panum non est facta per materię nouiter creatę additionem , nec per praecedentis materiae alterationem , sed per alterius preiacentis materię imperceptibilem additionem . Pro quo notandum , quod circa huiusmodi multiplicationem panum est triplex modus dicendi . Primus est eorum , qui dicunt illos fuisse multiplicatos per additionem materiae de nouo tunc creatę . Secundus est eorum , qui dicunt talem multiplicationem fuisse factam per alterationem , & rare factiem præcedentium panum . Terius modus est illorum , qui dicunt hoc contingere per inuisibilem , & imperceptibilem oculis assistentium materiam de notio à Christo super additam priori materię panum , quæ uirtute diuina de facili , & citò , atque imperceptibiliter conuera est in dictos panes , & facta est à Christo uera panis materia . Primus modus , quāmis fuerit Christo possibilis , non tamen uidetur multum probabilis . Non enim multiplicantur miracula absque necessitate , aut utilitate . Modò non erat necessarium illos panes multiplicari per additionem materię de nouo creatę , ut confitat . Nec similiter ex tali positione uidetur aliqua utilitas sequi . Igitur . Similiter secundus modus non uidetur possibilis . Nam tunc neceſſe fuisse p rædictos panes numero septem valde alteratos , & rarefactos fuisse , maximè cum ex illis multiplicatis pasti fuerint quartuor milia hominum , necnon postmodum remanserint ex reliquiis septem sportę . Quod autem in tantum possint alterari , sive rarefieri septem panes ipsis manentibus sub natura , & specie panum , ut possint sufficere tot ho minibus , & quod in super ex ipsis remaneant septem sportę est impossibile . Et ita tertius modus uidetur esse tenendus , tanquam probabilior . Quem etiam tenet Beatus Tho . 3 . parte q . 44 . art . 4 . in sol . ad quartum , ubi dicit quod multiplicatio predictorum panum non est facta per modum creationis , sed per additionem extraneę materię in panes conuerte . Hoc autem confirmat ex dictis Beati Aug . super Iohan . dicentis . Vnde multiplicat ex paucis granis segetes , inde in manibus suis multiplicauit quinque panes . Manifestum est autem , quod per conuersiōnem grana in segetes multiplicantur . Hec ille .

QVINTA ueritas . Verisimile est , quod septem panes à Christo

Sermo I. de Epif.

104

Christo hodie multiplicati fuerint in ore manducantū inventi ualde delicati . Similiter , & pisces . Et idem iudicium est de illo uno ex aqua factō à Christo in nuptijs . Iohan . 2 . De quo etiam dixit Architriclinus sponso . Tu seruasti uinū bonum usque adhuc ? Quanto enim Deus excedit naturam , creatam , tanto eius opera excedunt opera naturae , iuxta illud P̄sal . Dei perfecta sunt opera . Et ideo si natura producit bonum granum , sive triticum , ex quo conficitur deliciatus panis , & ut uidemus ad sensum , multo plus delicatores fuerunt p rædicti panes à Christo miraculosè multiplicati .

SEXTA ueritas . Quamvis precibus , & meritis nonnullorum sanctorum uirorum interdum legatur panes multiplicatos fuisse , non tamen propria uirtute , neque in tanta copia , sicut egit Christus . Prima pars huius ueritatis patet per historias utriusque testamenti . Et primò quidem quantum ad uetus testamentum legitur . 4 . Reg . 4 . Quid cum quidam homo attulisset . 20 . panes hordeaceos tempore famis ad Heliſequum Prophetam , ille statim iussit eos apponi coram centū filiis prophetarum , qui ad eum uenerant . Cumque seruus eius diceret tam paucos panes tantæ multitudini non sufficere , ait illi . Comedent ex illis omnes , & adhuc super erit . Quod & factum est . Secundò idē patet per historiā , quæ accidit in nouo testamento . Refert enim Gre . in suo dialogo libr . 3 . de Sancto Sanctulo , qui diuinitus inuenit intra quandam clibanum unum panem satis magnum , de quo re fecit per decēm dies multos operarios , quos conduxerat ad reparandum quandam ecclesiam dedicatam in honorem Beati Laurentij , quam antea Longobardi destruxerant incendio . Secunda pars p rædictę ueritatis , quæ dicit , quod p rædicti non egerunt tantum signum , sive miraculum propria uirtute , sicut , supple , Christus , est satis nota apud quemlibet fidem . Tertia pars que dicit , quod non in tanta copia multiplicauerunt panes , sicut Christus , patet ex dictis . Nam ex 20 . panibus Heliſequis tantum refecit centum homines . Et similiter ex uno pane tantū refecit Sanctulus operarios , quos conduxerat . At uero Christus ex 7 . panibus refecit quatuor milia uirorum , demptis mulieribus , & parvulis , qui fore non erant numero pauciores . Patet ergo ad quæsumus , uidelicet , quod Christus conuenienter pauit quatuor milia hominum .

minum ex septem panibus, prout innuitur in Euangeliō ho-
dierno. In quo quidem Euangeliō de multiplicatione pa-
num tria principaliter tanguntur, uidelicet.

Antecedentia, Concomitantia, Consequentia.

P R I M O igitur tanguntur antecedentia ipsum miracu-
lum. Et iterum huiusmodi antecedentia sunt multa, vide-
licet.

Turba deuotio.

Inedię afflito.

Pia colloquio.

Christi compassio.

Discipulorum hesitatio.

. Magistri interrogatio.

P R I M U M igitur Antecedens diuinum miraculum dici-
tur turbæ deuotio. Istud autem antecedens tangitur in pria
cipio Euangeliij, cum dicitur. Cum turba multa esset cum
Iesu. Est autem turba communis populus promiscui sexus,
& tales libenter sequebantur Christum, uarijs tamen de cau-
sis. Quidam gratia sanitatis recuperanda, ut egroti, quos
gratiosè sanabat Christus. Non quidem omnes, sed quos, &
quando, & ubi, & quomodo uolebat. Alij gratia audiendi
aliquid noui à Christo, ut curiosi. Alij causa eū reprehendē-
di si possent, ut inuidi. Alij gratia refectionis corporalis, ut
gulosi, & pauperes. Alij gratia audiendi uerbum eius, ut bo-
ni, & deuoti. Ecce quare turba multa erat cum Iesu. Vnde
de primo motu sequenti Christū legitur Mat. 15. ubi nar-
ratur præsens historia, quod accesserunt ad eum turbe mul-
ta habentes secum multis, claudos, cęcos, debiles, & alios
multos infirmos, & proiecerunt eos ad pedes Christi, & cu-
rauit eos, ita ut turbe mirarentur uidentes mutos loquentes,
claudos ambulantes, cęcos uidentes, & magnifica-
bant Deum, Israel.

M O R A L I T E R . Notandum, quod hodie tria gene-
ra hominum sequuntur Christum, sive assumendo statum
clericalem, seu ecclesiasticum, sive per religionis ingressum,
sed non propter ipsum Christum, idest, honoris illius cau-
sa, sed ut abundantius, sive quietius uiuant. Hi sunt paupe-
res, nobiles, debiles. Primo igitur pauperes. Sępe enim, qui
sunt pauperes in seculo, faciunt se ordinari, sive pertun-
tligionem

ligionem ingredi, ut in posterum possint inopem defendere
uite am. Vnde bene ad propositum facit illud uerbum
Senec. li. de remedijs fortitorum, ita dicentis. Multi
aliquem conitantur, ut mel musę, cadaera lupi, frumen-
ta formice. Prédam sequitur turba ista, non hominem.
Hęc ille. Secundò nobiles, sive filii nobilium. sequuntur
Christum, forsan quia hæreditas paterna non sufficit mul-
tos filios sustentare, aut illis in futurum prouidere, aut
quia sperant ad officia, & beneficia ecclesiastica de pri-
mis assūti. Ex quo pater, quod non sequuntur Christum
propter Christum. De quibus loquens Aug. super Iohan. tra-
cta. 25. exponens illud uerbum Christi Iohan. 6. Quæritis
me, quia manducatis de panibus meis, dicit sic. Multi non
querunt Iesum, nisi ut illis faciat bene secundum tempus.
Vix autem quæritur Iesus propter Iesum. Hęc ille. Tertiò
debiles sequuntur Christum, ut quietius uiuant. Videmus e-
nī apud nobiles, quod si fit eis filius debilis, infirmitus,
aut corpore deformis, & ad artem militarem sive, ad scula-
ria negotia ineptus, ipsiū ponunt in ecclesia, & forsan in
dormo claustralē, ut sic abscondatur ab oculis hominū. Et ita
tales parentes, tanquam filij, & imitatores Cain, qui obtulit
domino peiorē substantiam, quam habebat. Gene. 4. offre-
runt Deo illos filios, quos mundus repellit. Hoc ergo factū
reprobat dominus Leuit. 21. figuratiuē loquens, & dicens.
Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam,
non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius.
Si cęcū fuerit, si claudus, si paruo, uel grandi, uel torto
nafo, si fracto pede, si manu, si gibbus, si albuginem habens
in oculo, si ingem scabiem, si impetiginem in corpore, uel
herniosus, omnis qui habuerit maculam de semine Aaron
sacerdotis, non accedit offerre hostias domino, nec panes
Deo suo. Hęc ibi. Propterea li. 1. decret. ponitur specialis ru-
brica de corpore uitiatis ordinandis, uel non. Et sic patet
de primo antecedente.

S E C U N D U M antecedens miraculum de multiplicatio-
ne panum dicitur inedię afflito. Populus enim, qui erat
tunc cum Christo, inedia laborabat. Et hoc exprimit Eu-
angelista, cum ait. Nec haberent, quod manducarent, scilicet,
turbe. Sed quare non petierunt cibum à domino? Iam c-

nim alia uice Christus quinque milia hominum præter mali-
lies , & paruulos satiauerat de quinque panibus horde-
acis , & duobus piscibus, ut habetur Iohan. 6. Ex qua re con-
fiderent debebant hodie turbæ petere ab ipso Christo ci-
bum, maximè cum indigerent. Responsio . Prædicti secun-
dum Chrysoft. uenerant ad Christum ob medicinam spiri-
tualem , & ideo ab eo cibum , uel panes petere non audie-
bant. Vel forsitan priori miraculo non interfuerant, nec de
eo aliquid audierant. Vel dic , quod forte præsens miracu-
lum præcessit tempore illud de quo Iohan. 6. Vel dic , quod
turbæ ideo non petierunt panes à Christo, eò quod sperabat
refici ab eo, sicut factum est.

M O R A L I T E R . Per hoc , quod Christus personali-
ter præsens permisit turbam egere , quam optime , & omni
momento poterat sustentare, designatur, quod etiam hodie
permittit frequenter bonos , & iustos penuriam , & inedi-
pati , & hoc multiplici de causa. Primo quidem, ut sic eos pu-
niant in presenti de negligentiis , & culpis prius commissis,
quia nullum malum impunitum . Facit enim dominus ali-
quando hominibus, sicut homo offensus ab equo suo, quem
interdum punit per subtractionem pabuli , saltem in parte.
Secundo hoc facit , ut per amplius crescat eorum meritum
dummodo patienter ferrent egestatem suam. Tertio itidem
facit, ut minus in eis insurgant motus libidinum. Da exem-
plum de equo , à quo quandoque subtrahitur, aut saltet di-
minuitur pabulum, ut mitius incedat , & non indomitus ex-
stat, ita in proposito.

T E R T I U M antecedens dicitur pia collatio . Videns
enim Christus turbæ egestatem vocauit ad se discipulos
suos, ut dicit Euangelista , quasi uolens , cum eis conferre,
& tractare quid agendum esset in tali necessitate populi. Ip-
se tamen scriebat, quid esset facturus , ut habetur Iohan. 6.
quando interrogauit Philippum dicens. Vnde ememus pa-
nes, ut manduent hi ?

M O R A L I T E R . Per hoc datur duplex instructio his,
qui præsunt siue in temporalibus , siue in spiritualibus.
Prima est , ut conferant quandoque cum officiariis , & mini-
stris suis , qualiter subuenire poterunt pauperibus , & ege-
nis , & præsertim tempore famis. Sed profectò sunt non-
nulli

nulli famuli , qui uidentes dominos suos operibus miseri-
cordia deditos , retrahunt eos, quantum possunt dicentes,
quod in sic agendo citò perueniant ad egestatem , & quod
nihil eis remanebit . Tales nequam famulus erat quidam,
quem optime noui, qui quantum poterat, impediebat acce-
sum pauperum ad dominum suum , qui episcopus erat , ha-
bens prouentus annuale per plura milia. Hunc enim non
ueretur appellare fatuum dictus famulus , & hoc propter
liberalitatem suam ad pauperes Christi . Sed iusto Dei iudi-
cio dictus famulus ante plures annos mortem obiit , ubi tam-
en hucusque dominus bonus , & pio prefuli uitam dona-
vit, qui & pater pauperum appellatur. Sed ut dicit Chrysost.
super Marth. ubi dominus liberalis est, seruos parcus esse
non debet. Secunda instructio quæ datur ex præcedentibus
his , qui præsunt, est ut interdum conferant cū famulis suis,
aut aliis personis boni consilij de agendis . Sic enim consu-
lit sapiens Eccles. 32. dicens. Fili , sine consilio nihil facias,
& post factum non penitebis , quia ut habetur Proverb. 11.
Salus ubi multa consilia . Et hoc est contra multos præsum-
ptuosos prælatos, principes, iudices, & dominos, qui ini-
nitentes proprio sensu uolunt omnia disponere ad fantasiam
suam . Et ideo non mirum si in multis errant , & ab aliis
odio habeantur , qui se conspicunt à talibus præsumptuo-
sis contemni .

Q U A R T U M antecedens dicitur Christi compassio, quæ
notatur cum dicitur, Misereor (inquit ipse Christus) super
turbam , quia ecce iam triduo sustinent me , nec habent,
quod manduent . Etsi dimisero eos ieiuos in domum
suam , deficient in iua . Quidam enim ex eis de longe uene-
runt . O magna turbarum ad Christum deuotio , & affe-
ctio . Nam tantum illi affiebantur , & tantum ad audiendū
uerba melliflua, quæ ex ore eius procedebat, alliciebantur,
pariter & ad uidendum ipsius miracula tanta auditate du-
cebantur , quod per tres dies non redierunt ad propria lo-
ca , sed manserunt tunc cum Christo in deserto loco etiam
sub die dico, ac nocte . Et moderni Christiani uix, uolunt
stare per horam in ecclesia ad audiendum diuina , siue præ-
dicatores de diuinis loquentes.

M O R A L I T E R possumus istud triduum ad multa referre,
O 2 PRIMÒ

Dominica VII. post Trinitatem.

PRIMÙ quidem ad tempus legis naturæ, scriptæ, & gratiæ. Nam totum illud tempus quāmuis in se prolixum sit, nihilominus respectu exterritatis est uelut tempus trium dierum, iuxta illud Psalm. Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna, qua preteriit. Quotquor ergo iusti fuerūt, aut sunt, sub hoc triplici triduo substituent dominum, cum patientia subfinendo aduersa, quia ut habetur. 2. Timo., Omnes, qui piè volunt uiuere in Christo Iesu, persecutione patiuntur. Tum per spē futuri premij. Psal. Expecta dominum, uiriliter age, confortetur cor tuum, & sustine dominum. Sed quid designatur per id, quod additur. Nec habebat, quod manducent. Et si dimisero (inquit Christus) eos item iunos, deficient in uia? Certe carentiam cibi corporalis designat carentiam gratiæ Dei, que est panis, quo reficit anima. De quo in Ps. Panis cor hominis confirmet, idest, gratia Dei confirmet interiorem hominem in bono. Non tamen sic, quin postea possit peccare. De peccatoribus ergo uerū est dicere, quod non habent, quod manducent, quia carent pre dicto pane gratiæ Dei. Iusti autem, et si habeant hunc panem, non tamen aliter, quam à Deo, quia ut habetur Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deservit, descendens à patre luminum. Qui autem exigentibus suis culpis dimituntur à Deo absque dicto pane gratiæ Dei, deficient in uia, qua, sup, itur ad celum, eo quod illuc minime perueniunt, qui sic decadunt. Et sic patet prima expositio prædicti tridui.

SECUNDÙ possimus referre huiusmodi triduum ad tres partes pœnitentiaæ. Vnde primus dies dicitur cordis contritio. Secundus oris confessio. Tertius satisfactionis. Quæ admodum ergo Christus tertio die refecit populum corporaliter, ita & illi, qui adimpluerunt tres partes pœnitentiaæ, sunt digni, & idonei admitti ad mensam altaris, ut ibi sumant panem illum sacramentalem, de quo Iohan. 6. ait Christus. Ego sum panis uiuus, qui de celo descendit. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. In eniā figuram dixit Ioseph pincernæ domus Pharaonis Genet. 40. Tres ad huc dies sunt, post quos recordabitur Pharaon ministerij tui, & tunc restituet, &c. quia pœnitentia restituit pristina merita. Item in figuram huius Moyses, & Aaron dixerunt Pharaoni,

Sermo II. de Euang.

107

Pharaoni. Deus hebreorum uocauit nos a servitio eorum & præcepit nobis Christianis, ut ex tempore triduum diuinum in soliditudinem, id est, ut confitemur, confitemur, & opere satisficiamus, & tunc sacrificemus corpono Deo nostro, nos sup. Sacerdotes, quotidianum sacrificium diuinum in altari, si tamen conscientia remordet de mortali. Itidem etiam habent facere laici, quandocumque uolunt ipsum sacrificium de manu sacerdotis accipere. Quod autem sequitur in texu præcedenti sumpro ex Exodo. Ne forte accidat nobis pestis, aut gladius, referendum est ad eos sacerdotes, qui indignè sacrificant domino in altari, quorum proh dolor magnus est numerus. Potest etiam generaliter referri ad quoquecumque indignè sumentes corpus domini. Nam omnes tales habent ualde timere iudicium domini, iuxta illud 1. Corinth. 11. Qui manducat, & bibit indignè, scilicet, corpus, & sanguinem domini, iudicium sibi manducat, & bibit, &c.

TERTIÙ possimus referre prædictum triduum ad tres partes satisfactionis, quæ sunt ieiunium, oratio, elemosyna. De quo triduo dicitur Thob. duodecimo. Bonæ est oratio cum ieiunio, & elemosyna. Debemus autem in præsenti uita sustinere dominum, per huismodi triduum. Quod ubi fecerimus, dabitur indubie nobis post hanc uitam ille panis coelestis, de quo in Psalm. Panem coeli dedit eis. Panem Angelorum manducauit homo. Vnde Christus celū primò ascendit illuc præparatus eleas mensam, in qua reficiuntur, iuxta illud Luc. 20. Ego (inquit ipse) dispono uobis, sicut dispouisit mihi pater meus regnum, ut edatis, & bibatis super mensam, &c.

MORALITER. Etiam notandum iuxta illud uerbum. Quidam autem eorum de longe uenierunt, quod dictum verbum potest exponi multipliciter.

PRIMÙ quidem de Sanctis Patriarchis, qui fuerunt in lege naturæ. Similiter de Sanctis Prophetis, qui fuerunt in lege scripta. Hi enim omnes de longe uenierunt ad celum Christo illuc ascendentem. Sancti autem innocentes, & similes, qui pertinent ad legem gratiæ, de prope ueniuit, iuxta illud Matth. 3. Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorum.

Dominica VII. post Trinit.

S E C V N D O uero de gentilibus . Hi enim olim longè erant à Deo , & ab ipsis uera cognitione . Econtra autem ludicri propè , & hoc per fidem , & cultum specialem . Sed quid factum est ? Profectò gentiles de longè uenerunt ad Christum per fidem . In cuius rei signum tres reges , qui & gentiles erant ab oriente uenerunt in Bethleem , cum murenibus adorare Christum Mart . 2 . Econuerso autem Iudei longè facti ab eo per incredulitatem . Et hoc est , quod loquitur Psalm . in persona Christi dicens . Populus quem non cognoui , seruui mihi , in auditu auris obediuit mihi , hoc totum refertur ad gentiles . Quod autem sequitur , ad Iudeos pertinet , cum dicitur . Filii alieni , idest , Iudei , qui olim vocabantur populus peculiarius domini , nunc autem abalienati sunt retrofusum . Sed quid fecerunt tales filii alieni ? Certè , inquit dominus , mentiti sunt mihi , facti , & operre me abnegantes , cuius contrarium olim pro miserant dientes Moysi . Omnia , quæcumque præcepit dominus , libenter faciemus . Exod . 24 . Insuper inueterati sunt , sup . in militia sua , & claudicauerunt à semitis suis , declinantes , post auaritiam , & usuram , quam permaxime exercent in alienis .

T E R T I O prædictum uerbum rectè potest exponi de magnis peccatoribus . Tales enim sunt longè à Deo iuxta illud Psalm . Longè à peccatoribus salus . Nihilominus aliquando Deo miserante ueniunt de propè accedendo ad pœnitentiam , & gratiam Dei . Da exemplum De Paulo . Item , de Matthœ . Item de Magdalena , & huiusmodi multis .

Q V I N T U M antecedens dominicum miraculum , dicitur discipulorum hesitatio , sive dubitatio , quæ exprimitur in eorum responsione ad Christum , cum dixerunt ei . Vnde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine ? Quæ , sup . nihil gignit ad escam hominum aptum , cù quòd locus desertus est . Quinimo uidebantur Christi discipuli omnino diffidere de sustentatione populi in deserto , in hoc similes filiis Israel , de quibus legitur Nume . vigesimo . Quod in deserto uersi sunt in seditionem aduersus Moysen , & Aaron dicentes . Quare fecistis nos ascendere de Aegypto , & eduxistis in locum istum possimum , qui seri non pos-

Sermo II . de Euang . 108

test , qui nec sicū gignit , nec uineas , nec malogranata , insuper & aqua non habet ad bibendum ? Sed profectò irrationabiliter diffidebant Christi discipuli de saturatione populi in præsenti illius , qui dat escam omni carni , & pullis coruorum inuocantibus eum . Item qui olim pauit annis quadraginta filios Israel in deserto manna de celo misso . Nō enim minus poterat diuinitus prouidere quatuor milibus hominum , quam olim prouiderit in deserto penè , infinitè multitudini uirorum , ac mulierum , pariter cum parvulis eorum . Non enim est abbreviata manus illius .

S E X T U M antecedens dicitur magistri interrogatio , qui ait ad discipulos suos . Quot panes habetis ? Non enim Christus discipulos interrogat , quasi nesciens , quot panes hæcunt , sed ut ex eorum responsione miraculum sequens maius , & evidentius appareat .

Qui dixerunt . Septem .

M O R A L I T E R septem panes possunt sic accipi .

P R I M U S igitur panis dicitur spiritualis paupertas , quæ necessarijs est contenta . Et isto pane uescatur magnus ille Patriarcha Joseph , de quo legitur Gen . 39 . Quod cum esset in domo Putipharis principis exercitus regis Pharaonis , tota quoque ipsius domini regere : nihilominus aliud non noterat de omnibus bonis illius , nisi panem , quo uescetur . Prædicta , quomodo ualde pauci hodie contentantur isto pane , sed ferme omnes appetunt abundè , & laute pasci , etiam in religione , ita ut , qui in seculo uix poterant habere panem grossum , facti religiosi uix possunt contentari pane de licato , & cibarijs , atque potibus preciosis .

S E C U N D U S panis dicitur pœnitentia dolor , de quo in Psal . Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die , ac nocte . Et quamvis iste panis uidetur aliquantulum attenuare , & debilitate corpus propter sui asperitatem , multum tamen impingat animam per uitæ meritum : Et nota , quod iste panis est frequenter sumendus : quia die ac nocte . Sed quis dat homini hunc panem ? Certè dominus Deus , qui inspirat cor di humano pœnitentia post commissa peccata . Propter qd dicebat Psal . ad dominum . Cibabis nos pane lachrymarum , & potum dabis nobis in lachrymis in mensura . En nota , qd dicit in mensura . Quod est contra indiscretæ fletentes , & qui

Dominica V I I . post Trinit.

uidentur potius prætendere desperationem , quām Dei misericordiam.

T E R T I V S panis dicitur obedientię facilitas , de quo Io.4. Meus cibus est, inquit Christus; qui fuit ualde prōptus ad obedientiam, ut faciam uoluntatem patris. Isto pane debent præ ceteris christianis pasci ueri religiosi , qui debent facere uoluntatem patris sui, id est, prælati, etiam in omnib. quæ possunt illis præcipi ab eo conformiter ad regulam, & constitutiones superadditas regulae . Similiter isto pane debent pasci ueri christiani in ordine ad Prælatos , & Pastores suos. Item filii in ordine ad parentes. Similiter serui, & ancil læ in ordine ad dominos , & dominas suas . Et generaliter omnes in ordine ad Deum, qui est summus Prælatus omnium. Præctica, quomodo fermè in omni statu multi ualde inuitè uolunt comedere de pane uerū obedientiæ , nisi forsitan cogantur per penas, & censuras.

Q U A R T V S panis dicitur misericordia largitas de quo Esa.58. Frange esuriensi panem tuum . Et nota singula verba. Primò enim dicit, frange, ut pluribus possis dare, & de te tandem possit uerificari illud Psal. Dispersionis, idest, in diuersis partes sparsum, & dedit pauperibus. Secundò dicit: Esurienti, non diuini, non histrioni Luc. 14. Cum facis coniuicium, voca pauperes, debiles, claudos, ceros, & beatus eris: quia nō habent unde retribuere tibi. Tertiò dicit. Panem, & non panes, ne de paupertate causeris. Item panem dicit, qui est esca humani corporis. Non autem dicit lapidem, contra illos, qui uidentur lapides porrigerre pauperibus, eos uerbis exasperando. Contra quos loquitur Sapiens Ecl. 4. dicens. Non exasperes inopem in inopia sua. Quartò dicit. Tuum. Non ergo alienum, ne de rapina facias elemosynam. Proverb.3. Honora dominum de tua substantia , & de primitijs frugum tua rum da pauperibus. Econtra autem dicitur Ecl. 3.4. Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui uictimat filium in conspectu patris. Et sic patet de pane misericordia.

Q U I N T V S panis dicitur abstinentia. Vnde in Psal. In diebus famis saturabuntur. Nona tamen, quod iste panis diuersimodè à diuersis sumitur . Nam quidam ipsum sumunt inuitè, & coactè, ut sunt pauperes, & esuientes inuoluntarii. Et tales noni habent meritum. Deberent tñ de necessitate facere

Sermo I I . de Euang.

109

facere uirtutem , patienter ferendo suam inopiam . Alij autem ipsum sumunt gratauerit, & iocundè, ut sunt illi, qui absint pro loco , & tempore à cibo propter Deum , & tales reportant apud Deum magnum meritum.

S E X T V S panis dicitur doctrina salutaris : Et isto pane reficiuntur mentes eorum, qui amant sacras literas. Et similiter eorum, qui aut id audiunt uerbum Dei . Vnde de uno quoque tali potest rectè dici illud Ecl. 15. Cibauit illum dominus pane uitæ, & intellectus. Sed profectò multi hodie abscondunt hunc panem, quales sunt viri literati, & qui habent gratiam uerbi, qui tamen nec legunt, nec prædicant, nec consilium dare uolunt ignorantibus, nisi forsan sint magna persona. Vnde Thre. 4. Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.

S E P T I M V S panis dicitur Sacramentū Altaris, de quo Io. 6. ait Christus. Ego sum panis viuus, qui de celo descendit: Si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in eternum. Ecce utilitas sumptionis huius panis, & hoc quo ad eos, qui ipsum dignè suscipiunt. Qui aut ipsum manducant indigne, iudicium sibi manducant, idest, ad damnationem suam ipsum recipiunt, ut dicit Apo. 1. ad Cor. 11. hinc beatus Tho. in profa de Sacramento Altaris. Sumunt, inquit, boni, sumunt mali, sorte tamen inæquali uitæ, uel interitus . Et hoc est, quod ait August. Lib. 4. de Trinitate, & recitatetur de conf. dist. 2. c. sancta. Sancta, inquit, malis possunt obesse. Bonis sunt ad salutem, malis ad iudicium. Da exēplum de amygdalis, que secundum Plinium prossunt hominibus, & sunt uenenum uerbis . Et sic pater descriptio septem panum secundum sensum moralem , & per consequens de tota prima parte præsentis Euangelij .

S E C U N D O principaliter in presenti Euangeliō tanguntur cōcomitantia ipsum miraculum de multiplicatione prædictorum panum, huicmodi autē concomitantia sunt multa, quæ his nominibus possunt appellari, uidelicet.

Christi iussio . Gratiarum actio . Panum distributio .

Turbæ saturatio .

P R I M U M igitur concomitans dñ Christi iussio . Ipse nō (inquit Euangelista) præcepit turba discubuisse super terram, ut sic ordinarius, & commodius posset illis ministrari.

Discu-

uidentur potius prætendere desperationem, quām Dei misericordiam.

T E R T I V S panis dicitur obedientię facilitas, de quo Io. 4. Meus cibus est, inquit Christus; qui fuit ualde prōptus ad obedientiam, ut faciam uoluntatem patris. Isto pane debent præ ceteris christianis pasci ueri religiosi, qui debent facere uoluntatem patris sui, id est, prælati, etiam in omnib. quæ possunt illis præcipi ab eo conformater ad regulam, & constitutiones superadditas regula. Similiter isto pane debent pasci ueri christiani in ordine ad Prælatos, & Pastores suos. Item filii in ordine ad parentes. Similiter serui, & ancillæ in ordine ad dominos, & dominas suas. Et generaliter omnes in ordine ad Deum, qui est summus Prælaus omniū. Practica, quomodo fermè in omni statu multi ualde inuitè uolunt comedere de pane uerę obedientiæ, nisi forsitan cogantur per penas, & censuras.

Q U A R T V S panis dicitur misericordia largitas de quo Es. 58. Frange esurienti panem tuum. Et nota singula verba. Primò enim dicit, frange, ut pluribus possis dare, & de te tandem posuit uerificari illud Psal. Dispersit, idest, in diuersas partes sparrit, & dedit pauperibus. Secundò dicit: Esurienti, non diuerti, noui histrioni Luc. 14. Cum facis coniuicium, voca panperes, debiles, claudos, cecos, & beatus eris: quia nō habent unde retribuere tibi. Tertiò dicit. Panem, & non panes, ne de paupertate caueris. Item panem dicit, qui est cœa humani corporis. Non autem dicit lapidem, contra illos, qui uidentur lapides porrigit pauperibus, eos uestib. exasperando. Contra quos loquitur Sapiens Eccl. 4. dicens. Non ex alperes in opem in inopia sua. Quartò dicit. Tuum. Non ergo alienum, ne de rapina facias eleemosynam. Proverb. 3. Honora dominum de tua substantia, & de primitijs frugū tuorum da pauperibus. Econtra autem dicitur Eccl. 34. Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui uictimam filium in conspectu patris. Et sic pater de pane misericordia.

Q V I N T V S panis dicitur abstinentia. Vnde in Psal. In diebus famis saturabuntur. Nota tamen, quod iste panis diuersimodè à diuersis sumitur. Nam quidam ipsum sumunt inuitè, & coactè, ut sunt pauperes, & esuientes in uoluntarij. Et tales non habent meritum. Deberent tñ de necessitate facere

facere uirtutem, patienter ferendo suam inopiam. Alij autem ipsum sumunt gratauerit, & iocundè, ut sunt illi, qui abstinent pro loco, & tempore à cibo propter Deum, & tales reportant apud Deum magnum meritum.

S E X T V S panis dicitur doctrina salutaris: Et isto pane reficiuntur mentes eorum, qui amant sacras literas. Et similiiter eorum, qui audiunt uerbum Dei. Vnde de unoquoque tali potest rectè dici illud Eccl. 15. Cibavit illum dominus pane uitæ, & intellectus. Sed profectò multi hodie abscondunt hunc panem, quales sunt uiri literati, & qui habent gratiam uestri, qui tamen nec legunt, nec prædicant, nec collunt dare uolunt ignorantibus, nisi forsitan sint magne personæ. Vnde Thre. 4. Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.

S E P T I M V S panis dicitur Sacramentū Altaris, de quo Io. 6. ait Christus. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendit. Si quis manducauerit ex hoc pane uiuer in eternum. Ecce utilitas sumptuosa huius panis, & hoc quo ad eos, qui ipsum dignè suscipiunt. Qui autem ipsum manducant indignè, iudicium sibi manducant, idest, ad damnationem suam ipsum recipiunt, ut dicit Apo. 1. ad Cor. 11. hinc beatus Tho. in profa de Sacramento Altaris. Sumunt, inquit, boni, sumunt malitiae, forte tamen inæquali uitæ, uel interitus. Et hoc est, quod ait August. lib. 4. de Trinitate, & recitatatur de conf. dist. 2. c. sancta. Sancta, inquit, malis possunt obesse. Bonis sunt ad salutem, malis ad iudicium. Da exēplum de amygdalis, quæ secundum Plinium prosumt hominibus, & sunt uenenum uulnibus. Et sic patet descripicio septem panum secundum sensum moralem, & per consequens de tota prima parte praesentis Euangelij.

S E C U N D O principaliter in presenti Euangeliō tanguntur cōcomitantia ipsum miraculum de multiplicatione prædictorum panum, huiusmodi autē concomitantia sunt multa, quæ his nominibus possunt appellari, uidelicet:

Christi iussio. Gratiarum actio. Panum distributio.

Turba saturatio.

P R I M U M igitur concomitantia dñ Christi iussio. Ipse. n. (inquit Euangeliſta) præcepit turbæ discubere super terram, ut sic ordinatus, & commodius posset illis ministrari.

Discu-

Discubuerunt ergo cum decenti ordine, forsitan per ceteros, & quinquagenos, prout factum est alia vice, qn ipse Christus pauit quinq; milia hoū ex quinque panibus hordeaceis, ut legitur Marci. 6. Vbi ē notandum, qd itud miraculum, & illud sicut aliud, & aliud: quia ipse Christus bis multiplicauit panes. Insuper notandum ēm gl. ordi. super hoc Euangeliō, qud illi panes, de quibus hic legit, non erant hordeacei, sed illi, de quibus legetur Iohani. 6. sed triticei.

M O R A L I T E R per hoc, qd Christus fecit homines discumbere super terram per ordinem, praefigatur, qd ipse discumbere eos faciet in ualle Iosaphat in die iudicij, cum quodam ordine: quia statuet oves à dextris, hedos autem à sinistris, ut habetur Matth. 25.

S E C U N D U M cōcomitans dī grārum actio, de quo subditur. Et accipiens, sup. Chrs, septem panes, (sed à quo nescitur, nisi forsitan de manu alieuius discipulorū suorum, sive forsitan de manu Iudez, qui erat procurator collegij Apostoli ci) gratias egit. Ex quo patet, qd ipse Christus his assumptis officiis panatarij. Item aliquq; assumpit officium uinatarij, sicut pater Io. 2. quando mutauit aquam in uinum. Similiter aliquando assumpit officium piscatoris, & præsertim qd dixit discipulis suis pescantibus in mari Tyberiadis. Mitite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. sup. multitudinē piciū. Quod & factū est, ut legit Io. 2.1. Nunq; autem legit assumptis officiū carnificis, eō qd carnib. nō uicebat ēm Hieron.

M O R A L I T E R per hoc, qd Christus in multiplicatione ponum gratias egit, instruimus idē facere, postq; aliquid cibi aut potus sumptuus, aut ēt sumpturi sumus, un Chrys. super Matt. homi. I. Priusq; (inquit) Christus panes multiplicaret, suscepit in cēlū, ut nos doceret non esse ad mensam accedendū quoq; ei gratias agamus, qui cibū nobis tribuit. Nota de illa moniali, de qua refert Greg. in suo dialogo lib. 1. dicens, qd eam inuasit Diabolus, eo quod lactucam unam sumpsisset absq; bñdictione. Idem ēt legit in uitis fratrum ordinis Prædicatorum, de quodam fratre conuerso eiusdem ordinis. Similiter sumpta refectio debemus domino gratias agere pro vniuersis beneficiis suis. Sic enim agere nos ad monet beatus Ambr. ser. 13. ita dicens. Tu christiane meminisse debes, cuius panem comedis, & ei laudem dicere. Die mihi.

mihi. Nunquid si aliquid de tuo, cuicunque largiris, expetas, ut gratias agas? Quod si non fecerit, nunquid à te denatur ingratus? Ita etiam à nobis expectat, qui nos pascit Deus, ut illi gratias agamus. Hec ille.

T E R T I U M concomitans dicitur panum distributio. Nam postq; Christus eos benedixit, ac fregit, illos dedit discipulis suis, ut apponenter, & apposuerunt turbe. Simile etiam egit de paucis pesciculis, qui ibi inuenti sunt.

M O R A L I T E R per hoc datur nobis triplex instrutio. Prima est, qud tempore necessitatibus diuites huius seculi non debent ascondere frumenta sua: quia ut habetur Proverb. 11. Qui abscondit frumenta, maledictetur in populis, benedictio autem super caput vendentium. Secunda est, qd tales in necessitate non dēnt uēdere pauperib. frumenta sua, & præsertim his, qui non hēnt unde ea emere, sed tenent de necessitate salutis post retentā sufficientē prouisionē ea gratis dare eisdē pauperibus. Et hoc denotat per hoc, qud de Chio dī in præsenti Euangeliō, qud dabat discipulis suis pauperes, ut apponenter turbe. Tertia est, qud uiri grāues, & magni, & signata Ecclesia plati, nō debent in propria psona se intromittere de administratione tgalium, sed ad hoc debet habere famulos fidèles, & ppitiis exēplo Chri, qui cōmisit dispensationē panū discipulis suis. Sic ēt egerunt Apostoli post resurrectionē Chri. De illis. n. legitur Act. 6. qd dixerūt alijs discipulis, inter quos orta erat quædam parua sedition, qud non decebat eos relinquere uerbum Dei, & ministrare mensis. Propter quod electi sunt septem uiri boni testimoniij, quos constituerunt super huiusmodi opus, quod cōcernebat dispensationem temporalium. Sed profectō multi prælati plus solicitantur de administratione temporalium, quam spiritualium. Nam administrationem spiritualium committunt suis officiariis, & uicariis, cum plenitudine potestatis, ut non sit opus pro talibus recurrere ad eos. Administrationem uero temporalium sibi p̄pis plerunque referunt, & de ea usque ad ultimum quadrantem cognoscere volunt. Quem quidem abusum uehementer reprehendit deuotus Bernar. libro quarto de consideratione ad Eugenium Papam, ita scribens. Quid Episcopo turpius, quam in cumbere supellestili, scrutari oīa, sciscitari de singulis, mordeſti.

deri suspicionibus, moueri ad quæque perdita, uel neglecta! Ad uercundiam dico quorundam eiusmodi, scrutantiū quoti die omnem substantiā suam, numerantium singula, exigentium rationē de minutis, & quadrantibus. Non ita agebat ille ægyptius Putiphar, qui omnibus traditis seruo suo Ioseph ignorabat, quid haberet in domo sua. Mira res. De precio escarum, & numero panum, cum ministris quotidiana discussio est, rara uero admodum cum præsbyteris celebratur collatio de peccatis populorum. Hæc ille.

QUARTVM concomitans dicitur turbe saturatio. Manducauerunt (inquit Euangelista) & saturati sunt. Et quiauis prædicti panes essent delicatissimi, similiter & pisces, ut pote opus optimi pistoris, non tamen dicitur, quod illi, qui ex illis manducauerunt, ultra necessitatē suam aliquid quantumcumq; parum acceperint, sed tantum ad saturitatē. Aut similiter, quod reliquias illorum secum deportauerint. Et istud est contra multos gulosos, quibus nō sufficit accipere necessitatem de bonis, quæ illis ministrat Deus, uerum etiam pleriq; sumunt ex illis usq; ad nauseam. Alij autem clandestinè reliquias secum deportant ad propria. Et in hoc uincuntur à feras, & bestijs, quæ cōmunitate saturatae abstineant ab omni superfluitate. Et sic patet de secundo principali.

TERTIÒ principaliter in hoc Euangeliō tangitur con sequens prædictum miraculū, cum subditur: Et sustulerunt, sūp. discipuli Christi, qui erāt ministri dictę refectionis, quod superauerat de fragmentis septem sportas. Magnum certè fuit, quod ex septem panibus Christus pauerit quatuor milia hominum. Insuper, & quod ex reliquijs, quæ superfluerant portuerint repleti septem sportæ.

MORALITER per hoc, quod de reliquijs septem panum impleret sunt septem sportæ, denotatur, q; præmiū semper, & quasi infinitè excedit meritū. Hoc tamen sit secundū quandā proportionē, scilicet ad hunc sensum, quod qui plus meretur, plus præmiabitur. Et hoc uoluit innuere Christus Matt. 7. cum ait: In qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis. Et ideo cōsideratio huius debet multū vñiquemq; nostrū allicere ad uitę meritū, & ad multiplicandū, pariter & augendū bona opera, nt sic per amplius in futuro percipiamus præmii. Quod nobis cōcedat ille, qui in Trinitate, &c.

Dominica octaua post Trinitatem, Sermo primus de Epiftola.

DE B I T O R E S sumus. ad Rom. 8. Duo sunt hominum status secundum leges humanas, scilicet libertatis, & seruitutis, scilicet secundum leges diuinæ. Et iterum secundum eas duplex est libertas, scilicet gratiæ, & gloriæ. Similiter duplex est seruitus, scilicet culpe, & pœnæ. De prima seruitute dicitur Iohann. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. De secunda uero Thre. 1. Migravit Iudas propter afflictionem, & multitudinē seruitutis. A prima igitur seruitute liberamur per gratiā Spiritus Sancti, iuxta illud ad Roma. 6. Cum serui essetis, liberi fuistis iustitiae. Qua habita, adhuc manemus obligati seruituti corruptionis. Nec ab ista seruitute plenè liberabimur ante glorificationē corporum. Et ideo quandiu in præsenti uiuimus, merito dicere possumus prædictum uerbū Apostoli: Debitorum sumus.

IN præsenti ergo Epiftola de tribus principaliter fit mentio, uidelicet.

De speciali obligatione, in principio Epiftole.

De adoptiu filiatione, ibi.

Quicunque spiritu Dei aguntur.

De hæreditatis acquisitione, ibi.

Si autem filij, & hæredes.

PRIMÒ igitur fit mentio de speciali obligatione, cum ait Apostolus: Debitorum sumus non carni, ut secundū carnem uiuamus, sed potius debitores sumus spiritui, idest, recte ratione, ut secundum spem, idest, secundū rectam rationem, & uerum dictamen illius uiuamus. Hoc autem debemus facere propter duo, scilicet propter uitandum suppliciū, & propter consequendū præmiū. De primo ait Apostolus. Si enim secundum carnem uixeritis, sequentes eius concupiscentias, & desideria prava, moriemini, morte, sfp. spirituali, & aternali. De secundo subdit idē Apostolus dicēs: Si autē spiritu, idest, cōformiter ad rectam rationē, facta carnis, idest, motus sensualitatis mortificaueritis per ieiuniū, abstinentiā, & disciplinā, uiuetis uita gratia in præsenti, & vita gloriæ in futuro.

Dominica VIII. post Trinit.

NOTANDVM est ergo, quod multi merito dicere possunt: Debitores sumus, supple, maioris poenae, da exemplu de reo, qui meruit mortem, cui pius iudex tantum infert simplicem fustigationem.

Angeli.	Demones.	Homines.
Christiani.	Iunoentes.	Peccatores.
Redempti.	Iustificati.	Saluandi.

PRIMÒ igitur angeli sancti merito dicere possunt: Debitores sumus, supple Deo. Tum primò, quia ipse fecit nos, & non ipsi nos. Nec fecit nos instar aliarum creaturarum corporalium, quæ subiacent multis miserijs, & tandem corruptioni, etiam homo, secundum quod de eo dicitur Iob. 13. Homo natus de muliere breui uiuens tempore repletur multis miserijs. Sed fecit nos egregios, & nobiles spiritus, habentes intellectum deformem, non ratiocinantes, non discurrentes, nihil ignorantes, sed simplici apprehensione quicquid cognoscimus intelligentes. Non sic autem de homine. Tum secundò, quia peccantibus, & cadentibus in abyssum malignis spiritibus, ille præseruavit nos ex infinita misericordia sua, ne simul cum illis laberemur, ita ut merito dicere possimus illud Thren. 4. Misericordia Domini multæ, quia non sumus consumpti. Tum tertio, quia cõtulit nobis immensum præmium, quod nunquam amitemus, & hoc pro exiguó merito dilectionis ipsius super omnia. Merito ergo illi debitores sumus.

SECUNDÒ angeli mali merito dicere possunt: Debitores sumus, super Deo. Tum primò propter beneficium creationis. Sumus enim ad imaginem, & similitudinem eius facti, quamvis dictam imaginem grauiter derupauerimus peccando. Tum secundò propter beneficium cõseruationis. Peccando enim merueramus annihilari, ipse uero non intulit nobis tantam penam, sed cõseruavit nostram naturam in esse. Tum tertio propter beneficium diminutionis. Multum enim, & uale de multum dimisit, & remisit nobis pro immensa clemencia sua de debito poena, quam peccando meruimus. Nempe superbiendo, & contra factorem nostrum insurgendo, ponam infinitam nedum extensiùem, verum etiam intensiùem, si talis esset possibilis, meruimus, maximè cum infinitum dominum offendimus. At uero ille tantum finitam, & limitatam penam nobis infert. Et ideo si recta ratio dominaretur in nobis, non conquereremur de eo, quantumcumque grauiter nos puniat, sed potius redderemus illi gratias dicentes, quia debitores sumus

Sermo I. de Epif.

J 12

sumus, supple, maioris poenae, da exemplu de reo, qui meruit mortem, cui pius iudex tantum infert simplicem fustigationem. TERTIÒ homines iuste dicere possunt: Debitores sumus, supple Deo, & hoc ratione beneficij creationis, quod complectit tria particularia beneficia.

PRIMVM respicit animam. Nam secundum animam fecit nos ad imaginem, & similitudinem suam. Quod quidem beneficium nobis afferit maximam, & indicibilem dignitatem, atque administrat gaudium, & exultationis spiritualis materiam. Si enim esset aliqua mulier adeo pulchra, quod nihil deesset ad decorum, & diceretur alicui alteri eam cognoscenti, uos optimè assimilamini tali mulieri pulcherrimæ, certè secundum humanum modum illa inde ualde gauderet. Heu quantum magis in proposito. O igitur quam diligenter, & studiosè debemus cultudine animas nostras, ne per peccatum detur pulchritudo earum, amittentes amabilem imaginem Dei, cu[m] superinductione odibilis, & horribilis imaginis diaboli.

SECUNDVM beneficium particulare hominis respicit corpus ipsius. Nam secundum corpus fecit Deus hominem ceteris creaturis inferioribus pulchiorē, prout aperte insinuat effigies illius, si comparetur effigiebus aliarum creaturarum corporalium. Vnde Amb. super Pfal. Beati immaculati. sermo. 10. exponendum uestrum: Manus tuę Domine fererūt me, &c. dicit sic: Et si de luto sit corporis nostri substantia, tamen quod sumus preciosissimum opus Dei, nemo dubitarit. Nam & fabricam ipsam humani corporis si quis considerare uelit, nihil poterit in terra preciosius iudicare. Est enim homo statu celsus, vultu decorus, cœlarie gratus, non in alium more ceterorum curvatus animalium, sed ipso iure naturæ sublimis, qui in cœlum libero spectet obtutu. Hæc ille. Hinc etiam Ouidius in Metamor. ait. Pronaq[ue] cum spectent animalia cetera terram: Os homini sublimè dedit, cœlumq[ue] uiderè iussit, & erectos ad sydera tollere uultus. Eandem sententiam ponit Boetius. lib. 5. de confola. metro. 5. dicens: Unica gens hominum cœlum leuat altius cacumen, idest, caput. Atq[ue] leuis recto stat corpore, de picito; terras. Hæc nisi terrenus male desipis admonet figura. Qui recto cœlum uultus petis, &c. Propreterea hanc elegantem hominis figuram diligenter considerans Ambrosius in Hexameron lib. 6. cap. 3. dicit

dicit sic: Caeù homo pecudum more curuari. Caeù, ne in alium te non tam corpore, quām cupiditate deflectas. Respice corporis tui formam, & speciem congruentem celsi uigoris aſſume. Cur noctes, & dies cibo intentus, pecorum more terrena depaſceris? Cur illecebris corporalibus deditus, ipſum te in honoraſ, dum uentri, atque eius paſſionibus deſeruis? Cur intellectū tibi adimis, quem tibi creator attribuit? Cur te iumentis comparas? à quibus te uoluit Deus ſegregari, dicens: Nolite fieri ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus. Hæc ille.

T E R T I U M beneficū particulaſe hominiſ respicit do- minium eius ſuper aliās creaſuras inferiores, quod illi contu- lit Deus, cum ait primis parēbus, in quibus nos omnes era- mus radicaliter: Dominami niſi pīſcibus mariſ, nolatilibus ce- li, & beſtijs terre. Gen. 1. Vnde ad propositū loquens Chry. hom. 10. quē intitulatur de diuine, & paupere, dicit ſic. Homo eſt cara poſſeflio Dei, cuius cauſa firmatum eſt celum, mare extenſum, fundata terra ſuper aquas, propter quē ſol oritur, & occumbit, luna crescit, & decreſcit, aſtra miſantia ſurgit, propter quē terra prodiuit herba, & dat cibaria tempore ſuo omni anima, propter quē montes, & colles, campi, & ualles, propter quē fontes, & flumina, paludes, & stagna, propter quē tempora, menses, & anni, propter quē angeli, & archangeli, principatus, & potestates Throni, dominationes, uirtutes, Cherubim, & Seraphim. Et quid multa loquar, propter quem etiā unigenitus Dei filius ſanguinē ſuū fudit, & genus huma- num redemit. Hæc ille. Pater ergo, q̄ debitoſe ſumus Deo ratione beneficij creationis. Vnde à tanto debito nemo moraliū potest ſe abſoluere reddendo Deo aequialē, prout pulchrè deducit deuotus Ber. in quodam ſer. qui intitulatur de quadruplici beneficio, ubi ſic ait. O homo, ſi cognouifſeſ & tu, quām multa Deo debebas, uideres, q̄ nihil fit, quod facis. Vis ſcire, quād debebas? Debitor. n. Deo es ratione creationis. Ille enim, q̄ fecit celi, & terrā, creator tuus eſt, & tu creatura illius. Ille ſummus Dominus, & tu seruus illius. Ille filigulus, tu ſegmentū. Totū ergo, quod eſt illi debes, à quo totū habes, quicquid habes. Ipſe enim te fecit, & benefici tibi, ministrando ſyderū cursus, aeris temperie, terra ſecunditatē, fructuū uerbiatate. Hæc ille. De alijs aut debitis dicetur in ſequentiis.

Q V A R T O nos Christiani merito dicere poſſamus. De- bitores ſumus, ſup. Deo præ ceteris gentibus, & nationi- bus, eō quōd ipſe non fecit taliter omni nationi, ſicut no- bis. Que enim naſio tam grandis, quā habeat Deos appro- pinquantes ſibi, ſicut Deus noſter aedet nobis, ſup. in la- mento altaris. Cui etiam naſio talia contulit sacramenta, & ſalutis remedia, qualia nobis contulit? Olim enim in lege dominus contulit circumſectionem in remedium originalis peccati, ex qua propter ſanguinis effuſionem interdum ſe- quebatur mors in paruulis. Hodie autem nobis Christianis confeſt sacramentum baptiſmi, quod eſt facile, & quod abſque omni periculo à paruolo recenter nato recipi poſteſt. Itē olim in lege Iudeis precepiebatur varia offere domino ſacriſcia pro uarieitate culparum. Ex quo factō poterat aſſiſtentibus innoſſescere peccati alterius, faltem in genere, aut ſpecie. Hodie autem apud nos Christianos, qui peccauit, tenē- tur ſilenter uni ſacerdoti conſiſteri reatum ſuum, quēn nul- la via licet confeſſori reuelare. Item ipſe dominus Deus non reuelauit aliis gentibus efficaciter ueram nominis ſui noti- tiā, & fidem, quemadmodum nobis Christianis: propter hac igitur, & his ſimilia debitores ſumus eidem domino præ ceteris gentibus, ita ut merito quilibet Christianus præ ad- miratione tantorum beneficiorum dicere poſſit illud Psal. Quid retribuam domino pro omniſbus quā retribut mihi? Ac si apte diceret. Nihil dignum habeo, quod refundam.

S E D pro dolor iſta, debita, & rationes debitorum pelli- mē attehendunt mali Christiani, qui etiam ſunt alijs homini- bus non Christianis in multis deterioreſ. Quorum malam uitam cōſiderantes infideles renuent uincipere fidem catholicam. Vnde Aug. ſup. Psal. exponens illum uerſum. In ec- cleſijs benedicat te domine, dicit ſic. Multi infideles no- lunt eſſe Christiani, excuſantes ſe per malos Christianos, & dicentes. Quid mihi persuades, ut Christianus ſim? Ego fraudē à Christiano paſſus ſum, & nunq̄ feci. Falso mihi iurauit Christianus, & ego nunq̄. Et iſta dicunt, quibus im- pediuunt à ſalute ſua. Hęc ille. Qui nuno propter tales info- lentes, & peruersos Christianos blaſphemant infideles no- men Christi dicentes eum non eſſe uerum Deum, ex quo per- mittit tanta mala fieri per ſeruos ſuos Christianos. Et de- Ser. Do. G. Pep. Pars Aeftiu. P hoc

hoc loquens idem Aug. lib. de uita Christiana , dicit sic . Per malos Christianos apud gentiles nomen Christi blasphematur, in hoc scilicet, quod uidentes corum mala opera, repro bant Christum , & eius legem . Propter quod ipse Christus piè de hoc conqueritur dicens illud Isa. 52. Iugiter tota die nomen meum blasphematur . Hac ille . Item idem Augu. si per Psalm. exponens illum uerum . Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium uicinis meis ualde , dicit sic . Quàm, inquit, multos puratis fratres mei uelle esse Christianos , & offendii malis moribus Christianorum ? Per quos qui dem falsos Christianos efficiunt ipse Christus opprobrium ui cinis suis, idest infidelibus paratis ad fidem suscipiendam, si non obstarer uita scandalosa prauorum Christianorum . Hac ille .

V i i etiam aduertendum , quod præ ceteris grauius scandalizantur infideles de mala uita ecclesiasticorum , & religiosorum , sicut per oppositum maximè edificantur de bona uita eorum . Et de hoc loquens Chrys. super Matth. in opere incompleto homilia. 10. ait . Si bene doceant sacerdo tes, & melius, dicunt . Benedictus Deus Christianorum, qui tales habet seruos . Verè enim eorum Deus , uetus Deus est . Nisi enim ipse esset iustus , nunquam populum suum circa iustitiam sic teneret . Nam disciplina domini ex moribus familiæ demonstratur . Non sic nostri Philosophi , qui magna loquuntur , & nec modica faciunt : Si autem bene doceant , & male conuersentur, uidentes infideles dicunt . Qualis est Deus eorum, qui talia agunt . Nunquam enim eos sufficeret, qui talia faciunt, nisi consentiret operibus eorum . Vides ergo, quomodo Deus per malos Christianos blasphematur . Nec potest dominus bonam opinionem habere , qui malam habet familiam . Hoc ille . Ex quo patet, quod bona , & honesta , atque religiosa conuersatione bonorum Christianorum ualde edificant infideles, & paganos, quos etiam ad fidem al licit, & attrahit catholicam , prout per pulchrè ostendit id Chrysost. homil. 9. dicens . Cum, inquit, uiderit infidelis te fidelem compositeum, modestum, ornatum esse, mirabitur, & dicit . Verè magnus Christianorum Deus quales constituit homines? quales è qualibus fecit ? Nempe Angelos ex hominibus ipsis reddidit . Si quis contumeliam illis fecerit, non

con-

conuictantur . Si quis eos percusserit, non egre ferunt . Si quis iniuriam intulerit, pro his qui se legerunt, orant . Inimi ci cum non habent, iram seruare non norunt, mentiri non di cierunt, peccata non tolerant, quinimo nec iurare, sed lingua suam excisci mallent , quàm ullū ex ore suo iurame tum emittere . Hac illis prebeamus de nobis dicenda , di cente Salvatore nostro Matth. 5. Sic, inquit, luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant, &c . Hac Christi ubi, sup.

Q u i n t o inno[n]centes recte dicere possunt . Debitores sumus, supple Deo, etiam plusquam illi, qui aliquando lapsi sunt , & postea surrexerunt per ueram penitentiam . Da exemplum de uno , & eodem homine in uia construto, cui occurruit alij duo homines grauati sarcinis, & ad casum proximi . Quod ille cernens unum iuuat, ne cadat, alterum ue ro cadere permittit , quem statim iuuat, ut iterum surgat . In hoc casu nunquid primus maiori debito est illi, obnoxius , quàm secundus ? Utique certè . Ita in propó sito . Et huius ratio est, quia per difficile est, ut ille, qui aliquando expertus est delicias peccatorum , possit se totaliter ab illis continere , quominus aliquando in eis non relabatur, adeo ut dicat Ambro. lib. 2. de penitentia. c. 20. Quod facilius inuenit, qui innocentiam seruauerint , quàm qui congruè penitentiam egerint . Ita etiam authoritas allegatur de pç. dist. 1. sunt qui arbitrantur . Dicit etiam Boetius , quod facilius est ad uirtutem erigere nouos , quàm reuocare ueteres , uel præteritos . De isto etiam debito innocentie, siue præseruationis à malo loquens ad dominum Aug. lib. confess. dicit sic . Gratiae tuę domine deputo, quæcumque non feci mala . Quid enim est , quod facere non potui ? Et omnia mihi dimissi esse fateor, & que mea sponte feci mala, & que te deinceps non feci . Hac ille . Ex his omnibus infero, quod Beata Virgo erat maioris debiti obnoxia quo ad Deum propter innocentia, & immunitatis à peccato donum, quàm Magdalena, cui remissa sunt peccata multa . Et hoc si consideretur quantitas, siue continuatio doni . Si autem consideretur liberalitas ex parte dantis & oppositum haber locum , prout pulchrè deducit Beatus Tho. 2. 2. 1. quaest. 106. art. 2. ubi quærit, utrum magis teneatur ad gratias Deo reddendas innocent, quàm penitens .

SEX TÙ peccatores tètissimè dicere possunt. Debitores sumus. Sed cuius debiti debitores ? Profectò maximi debiti, scilicet pena eternæ, à quo post hanc uitam, nunquam poterunt se absoluere, seu liberare. Nam cui liber in infernum descendenti dicit distictus iudex Christus illud Matth. 5. Non exhibis inde, donec reddas nouissimum quadratum. Et quia ipsi damnati non habebunt, unde reddant, quia nec per ieiunium, nec per orationem, nec similiter per elemosynam poterunt Deo satisfacere, eò quod tales monetae non currunt in illa regione inferni, consequens est dicere, quod manebunt perpetuò debitores penæ. Insuper nullus potest se deobligare à pena, nisi primum deobligatus fuerit à culpa, & hoc quo ad Deum, quamvis in foto exteriore, & quo ad homines alter posse fieri. Sic est autem, quod miseri peccatores in inferno constituti nunquam poterunt se deobligare à culpa, quæ in inferno est irremissibilis. Ergo neque à pena eterna liberari poterunt. O' quantum istud debet terroris miserios peccatores, qui pro momentanea delecatio-ne efficiuntur debitores eternæ penæ. Momentaneū, inquit, Greg. est qd̄ delectat, eternū aut̄ quod cruciat. Est, & aliud debitum, cuius debitores sunt peccatores, & hoc in presenti tantum. Illud aut̄ est sacramentalis confessio, ad quam obligantur tempore, & loco. A quo quidem debito sunt immunes iusti, & innocentes. Ex quo patet, qd̄ p̄ctū inducit mirabile seruitutē. Cunq; ipsi peccatorēs confessi fuerint, & absoluti à culpa, adhuc nihilominus debitores sunt, sup̄ tēporalis penæ, quam necesse habent solvere in praesenti, aut in futuro. Sed beatus est, qui se aquietat de ea in p̄pti, ne tādem descendat in purgatoriū suscepiturus mirabilem cruciatum. Nā ut haberur ad Heb. 10. Horrendū est incidere in manus Dei uiuentis. Quod quidē uerbū non solum intelligitur de pena iufernī, uerum etiam de pena purgatoriij, quia ut dicit Aug. li. de penitentia, & Similiter recitat de pe. dist. 7, nullus. Ignis purgatoriij, etsi non sit eternus, miro tamen modo grauis est. Excellit enim omnem penam, quam unquam aliquis passus est in hac uita. Nunquam in carne tanta inuenta est pena, licet mirabilia martyres passi sint tormenta, & multi nequiter quanta sepe sustinuerunt supplicia. Studeat ergo quisque delicta sic corrigerē, ut post mortem

tem non oporteat cum pena tolerare. Hæc ibi.

SEPTIMÒ redempti sanguine Christi rectè dicere possunt predictum verbū, scilicet, Debitores sumus. Vnde Chrysostomus homil. 2. in Epistolam ad Philemonem, dicit sic. Omnia, quæ agimus, tenemur Deo exsoluere, tāquam debiti. Nam, si cū seruos pecunia emimus, semper tūlos nobis uiueat uolumus, & omnia, quæ habuerint, nostri esse iuriis, quanto magis, qui nos ex nihilo condidit, & esse, qui ante non fuimus, fecit, qui postmodum proprio sanguine nos redemit, tantumq; se deiecit nostri gratia, quantum nemo pro filiis charissimis faceret, qui de summa celi arce, ac paternis sinibus ad nostra descendit infirma, qui sanguinem effudit suū, sui nos iuris meritò esse vult ? Si igitur mille habere mus uitias, omnisq; illas pro eo poneremus, putas ne digna aliqd illius charitatis retribuere possemus ? Minime. Sed cur ego ? Certè qā, cū ille nihil nobis deberet, hoc fecit ex gratia. Nos aut̄ ex hoc illi debitores sumus. Hęc ille. Ad id ēt p̄positū loquitur Ber. in quodā ser. q̄ intitularunt de quadruplici debito, sic inquietus. Debitor ex Deo nō solū rōe creationis, verū ēt rōe recreationis, sive redēptionis. Ecce. u. Christus uī tāsuā posuit pro uira tua, ergo illi debes uitā tuā. Itē duros, & amaros cruciatus pro te sustinuit, ne tu perpetuos sustineres. Quid ergo tibi durū esse poterit, cum recordatus fueris quia ille in forma Dei ante luciferū genitus uenit ad carcere tuū, ad limuū, infixus ut dicitur usq; ad cubitos in limo profundi. Quid non suauē tibi, cū tibi collegeris oēs amaritudines domini tui, & rememoraberis illarum ? Primo quidē infantilium necessitatum, deinde laborum, quos pertulit in p̄dicando, fatigacionū in discurrendo, tentationū in ieiunando, uigiliarum in orando, lachrymarum in compatiendo. Postremo periculorum in falsis fratribus, coniuratio- rum, sputorum, colaphorum, subsannationum, exprobatio- num, clauorum, horumque similiū, quæ pro nostra salute, 33. annis operatus est super terram. O' quanta miseratione ! O' quanta dilectione ! O' quanta dulcedo ! & mansuetudo regem gloriae pro despiciatissimo uermiculo crucifigi, quis unquam audiuit talia ? Aut quis hęc excogitare potuit ? Cum ergo domino meo Iesu Christo donauero, quicquid sum, & quicquid possum, nonne hoc est, sicut Stella ad Solem ? Gut-

Dominica V i i. post Trinitatem.

ta ad fluuium . Lapis ad montem . Granum ad acernum,
Hac Bernard.

O T A V ò iustificati à Deo meritò dicere possunt . Debitores sumus , scil . cct , pro gratia iustificationis . Et de hoc debito loquens deuotus Bernard . ubi sup . dicit sic . Debitor sum Deo ratione iustificationis . Exigunt enim à me peccata mea priora futuram uitam meam , ut faciam fructus dignos pœnitentiae , & recognitem omnes annos meos in amaritudine animæ meæ . Sed quomodo possim hoc debitum soluere ? Præsertim cum peccauerim super numerum arenæ maris , & multiplicata sint peccata meæ super capillos capitum mei , & non sim dignus uidere altitudinem celo , præ multitudine iniquitatis meæ , quoniam irritauiram tuam , & malum coram te feci . Circunderunt me mal , quorum non est numerus , comprehendunt me iniquitates meæ , & non potui , ut uiderem . Quomodo ergo satisfaciám , cum cogar reddere debitum utque ad nouissimum quadrantem ? Cum ergo ò homo , quicquid uiuis , quicquid sapi , quicquid habes , quicquid potes , huic uni rei , & beneficio iuste vindicaueris , & dedicaueris , nunquid pro alijs de bitis satisfacere poteris ? Hac ille .

N O N ò saluandi rationaliter dicere possunt sæpe di-
etum uerbum . Debitores sumus , supp . Deo ratione hæ-
reditatis , quam nobis preparauit in celis , & quam nobis
repromisit , idest , frequenter promisit , dummodo faciamus
uoluntatem eius in terris . Vnde in Psalm . Dominus pars hæ-
reditatis meæ , tu es , qui restitus hæreditatem meam mihi .
Meritò etiam de hac hæreditate dicere potest saluandus il-
lud Eccles . vigesimotertio . Hæritas mea super mel , &
fanum , sup . est dulcis . Oculus etiam non uidit , nec auris au-
diuit , nec in cor hominis ascendit , qui preparauit Deus ,
sup . in celis , diligenter se ; ut habetur Isaïe 64 . Item idem
repetit Apostolus . 1 . Corinth . 2 . Nunquid ergo , inquit Ber-
nard , sup . ad hanc hæreditatem emendam totū te , & quecumque , & undecunq ; contrahere poteris , dare te oportebit ? Cū
que hoc feceris , scito , quia non sunt condignæ passiones hu-
ius temporis ad futuram gloriam , que reuelabitur in nobis .
Dicat ergo homo . Quid retribuam dño pro oībus , que retri-
buuit mihi ? Nonne si conferrentur in me omnes uite filiorū

Adam,

Sermo I . I . de Epist .

116

Adam , & omnes dies seculi , & omnes labores hominū , qui
fuerint , sunt , & erunt , nihil esset ad cōparationem unius de-
bitorū horū ? Quis ergo amplius grunnet dicens . Nimium
laboramus , & nimium ieiunamus , nimis affigimur , cum
non millesime , immo nec parti minime tantorum debitorū
ualeat satisfacere ? Hęc deuotus Ber . Patet ergo charitissimi ,
quam multipliciter , & quam mirabiliter , atq ; rationaliter
debitores sumus Deo , qui nos fecit , & refecit , insuper , & seip-
sum nobis donauit . Meritò ergo debemus illi seruire in san-
ctitate , & iustitia corā ipso oībus diebus nostris . Et sic patet
de prima parte præsentis Epistola , in qua fit mentio de spe-
ciali obligatione , qua debitores sumus Deo .

S E C U N D O principaliter in præsenti Epistola fit mentio
de adoptiua filiatione , cum ait Apostolus . Quicunq ; spiritu
Dei aguntur . i . tanguntur , ut dicit interli . hi filij Dei sunt , ex
mera dilectione illi seruientes , ut exponit eadē glo . Vbi no-
raundum , q aliter operatur seruus , & aliter filius . Nam seruus
operatur ex timore seruili , filius aut ex amore filiali . Vnde
per hoc pōt libiliter aliqualiter cognoscere , saltē per conie-
cturā , utrū sit filius Dei , necne . Et hoc est , qd de iustis loqui-
tur A postolus , cū subdit dicens . Nō . n . accepisti spiritū seru-
tutis iterū in timore . i . donū seruili timoris , quo seruatis ex
timore , sed accepisti spiritū adoptionis filiorū Dei . i . donū ,
per qd estis filij Dei adoptiui , i quo . i . per quē spiritū sanctū ,
clamamus . i . Deū uocare possimus , Abba pater , quia Deus
est pater noster , & nos sumus filii eius . Et nota , q Abba , & pa-
ter id est , hoc dēpro , q Abba est nomen H̄braicū , pater
aut nomē latiniū . Et per hoc insinuatū , q p̄dicta filatio a-
adoptiua pōt esse omnibus communis , siue sint Gr̄ci , siue He-
brei , siue Latini , dummodo sint iusti , & boni . Et iterum dā-
hac filiatione adoptiua loquens Apostolus subdit dicens . Ipse
enim spiritus , sup . sanctū , testimonium reddit spiritui no-
stro , q sumus filii Dei . Licet enim nullus sciat in uita huma-
na se esse filium Dei per gratię adoptionem , hoc tamen po-
test scire per specialem spiritus sancti reuelationem . Ista tñ
notitia ualde paucis cōicitur . Vñ & ipse Paulus hoc sciuit de
seipso , qm quod ipse loquuntur . i . Cor . 2 . dicens . Non accē pi-
mus spiritum huius mundi , sed spiritum , qui ex Deo est .

N O T A N D P U M est autē circa p̄dicta q est triplex filiations ,

P 4 uide-

Dominica VII post Trinit.

uidelicet, diuinalis, virtualis, criminalis. Prima soli Christo competit, qui secundum diuinitatem est unicus filius Dei Patris, iuxta illud Iohan. 1. Vidimus eum, quasi unigenitum à Patre. Secunda filatio cōuenit omnibus iustis, qui dicuntur filii Dei per adoptionem. Nam Deus tales adoptat per gratiam. Et de talibus loquitur Apostolus in præsenti Epistola. De talibus etiam filiis loquens Augustus de verbis Domini serm. 37. dicit sic. Multos filios Dei fecit unus filius Dei. Emit enim sibi fratres sanguine suo.

V N D E circa hanc filiationem notandum, quod filiu: est nomen subiectionis, dilectionis, utilitatis, nobilitatis, conformatiatis. Primi igitur filius est nomen subiectionis. Debet enim Patri subiugari. Sic & iusti Deo Patri subiugantur per humilitatem, & promptam obedientiam. Et interdum hominibus propter eum, sicut patet de bonis religiosis. Secundò filius est nomen dilectionis, quia à Patre debet amari. Sic boni diliguntur tam à Deo, quam ab alijs hominibus bonis. Quod si à malis odiantur, magis credit ad eorum honorem, quam ad confusione. Tertiò filius est nomen utilitatis, quia debet subrogari Patri in successione. Sic & iusti expellant optimam successionē paternę gloriae. Eccl. 34. In hereditate Domini morabor, dicit anima deuota, & hoc confidens de grā Dei. Vñ ad Gal. 4. Quod si filius, & heres. Quartò filius est nomen nobilitatis, quod liber nō debet iudicari. Sic & iusti sunt ualde nobiles, eo quod abiecerunt à se seruitutem peccati, & assumpserunt sibi libertatē gratia. Quintò filius est nomen conformitatis, eo quod debet Patrem in virtutibus, & bonis moribus imitari. Sic & iusti student se conformare Deo, & sanctis eius, quantum possunt. Quicunq; ergo habuerit has quinque cōditiones boni filij, indubie efficietur filius altissimi per adoptantem gratiam. Atque de eo poterit Pater celestis dicere illud Luc. 3. Tu es filius meus dilectus. Et sic patet de filiatione virtuali, quam nobis confert Dominus. Tertia filatio, que criminalis dicit, conuenit peccatoribus, qui sunt filii diaboli, iuxta illud Christi testimonium Iohan. 8. Vos ex parte diabolo estis: De hac etiam filiatione loquitur Augustus ad fratres in eremo ser. 45. qui intitulatur de Peccatoria agenda, ubi sic ait: Vnusquisq; cuius opera facit, eius filius appellatur. Practica, quomodo diabolus habet plures filios,

Sermo I I .de Euang.

117

filios, & filias, quam Christus, quod ualde miserū est, & damnable. Absit à nobis charismi hæc maledicta, & iniuria filiationi. Et sic patet de secundo principali.

T E R T I ò principaliter in præsenti Epistola fit mentio de hereditatis æternæ acquisitione, cum subditur. Si autem filij, & heredes. In præcedentibus enim Apostolus ostendit iustos, & bonus esse filios Dei, per gratia adoptionem. Et ne quis parui faciat talem filiationem in præsenti, declarat, & insinuat utilitatem per maximā, quam affert, cum ait. Si autem filij, & heredes, scilicet honorum gloria, quæ sunt possessio Patris celestis, ideo sequitur. Heredes quidem Dei, super Patris, coheredes autē Iesu Christi, secundū quod homo est. Ipse enim Christus est principalis heres, iuxta illud Matt. 20. Hic est heres. Mirabilis ergo hereditas, ubi, qui moriūt in Domino, possident hereditatē, iuxta illud Psal. Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini. Et nota, quod singuli possident totam hereditatē, iuxta illud Psal. Deditū hereditatem timentibus nomen tuum Domine. Patet ergo ex dictis Apostoli, quod neesse est prius esse Dei filii per gratiam adoptantem, quam habere ius ad hereditatē celestem, & hoc ipse expressit, cum ait. Si filij, & heredes. Patet etiā, quod eleli sunt heredes maximi, & ditissimi Patris, quia Dei. Patet insuper, quod habent consortem in tali hereditate maximum, & nobilissimum Dominū, & qui faciet illis optimā partem, quia coheres Iesu Christi. Studeamus ergo charismata ad hæc hereditatē per bona opera peruenire, ut illuc maneamus sine fine. Præstante Dño nostro Iesu Christo, qui cū patre, &c.

Dominica octava post Trinitatem, Sermo secundus de Euangilio.



T E N D I T E à falsis Prophetis, qui veniunt ad uos Matt. 7.

P R O introductione præsenti sermonis mouetur questio talis. Vtrum falsi Prophetæ, & quicunque mali sint à bonis cauendi, & uitandi? Pro solutione huius questionis ponam aliquas ueritates per ordinem.

P R I M A igitur veritas. Velint, nolint, neesse habent bo-

ni

ni in praesenti interdum permisere malis. Nam uita praesens, siue mundus iste est tanquam ager magnus seminatus, in quo semper inueniuntur Zizania cum tritico. Secus autem erit in futuro. Nam in inferno mali erunt seorsum, in celo autem boni similiter seorsum. Nam in die iudicij exhibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caliginem ignis, ut dicit Christus Matt. 13. Quod ergo boni necesse habeant in praesenti habitare, & interdum cōmiseri cum malis, patet testimonio beati Hieron. qui tertia parte Epistolarum suarū Epistola. 39. ad Rusticum monachū scribens ait. In omni, inquit, cōditione, & gradu optimis misera sunt pessima. Hoc idem patet testimonio beati Gregorij homil. 38. dicentis. Quousq[ue] hic uiuimus, necesse est, ut uitam praesentis seculi permixti peragamus. Tunc autem discernimur, cum ad portum peruenimus. Boni enim soli nusquam sunt, nisi in celo, & similiter mali soli nusquam sunt, nisi in inferno. Hac autem uita, quæ inter celum, & terram sita est, sicut in medio subsistit, ita utraramq[ue] partium ciues communiter recipit. Si ergo boni estis, quandiu in hac uita subsistitis, euanimenter malos tolerare debetis. Nam quisquis malos non tolerat, ipse sibi per intollerantiam suam testis est, quia bonus non est. Abel enim esse renuit, quæ Cain malitia non exercet. Sicut ergo in tritura areæ grana sub paleis premuntur, & sicut flores inter spinas oriuntur, & sicut rosa, quæ redolet, crescit cum spina, quæ pungit, sic boni in praesenti permixti sunt malis. Deinde declarat per uarias historias sacre Scriptura, quomodo semper post lapsum Adæ fuerunt mali permitti bonis. Hoc autem probat inductiū, ita dicens: Duos filios habuit primus homo, unus horum electus est, alter autem reprobatus. Tres filios arca Noe tenuit, quorum duo electi sunt, & tertius reprobatus. Duos filios Abraham habuit: Iacobum & Iaacum primus reprobatus, secundus autem electus est. Idem dicit de duabus filijs Isaac, uidelicet Esau, & Iacob. Similiter Iacob duodecim filios habuit, sed unus ex eis per innocentiam uenditus est, alij uero per malitiam fratris uenitores fuerunt. Insuper Apostoli duodecim sunt à Christo electi, inter quos unus diabolus per malitiam exiit. Ceterum septem fuerunt diacones ab Apostolis electi, & ordinati, quorum sex in fide recta remanentibus, unus, cui nomen Nicolaus,

Nicolaus, exiit auctor erroris. Deinde concludit idem Gregorius: In hac ergo uita, & Ecclesia, nec mali esse sine bonis, nec boni sine malis esse possunt. Hæc ille. Idem etiam dicit August. Epistola. 137. Et similiiter recitat in corpore iuris diff. 47. quantumlibet, ubi facit quasi similem inductionem cum priori. Et sic patet de prima ueritate.

S E C U N D A ueritas. Qui sentiunt se imperfectos, debent quantum possunt, uitare consortia malorum, ne ruant in peccatum per malum eorum exemplum. Nam ut dicit Hieron. 3. par. Epistolarum suarū Epistola. 85. Nihil tam nocet homini, quam mala societas. Talis enim efficit homo, qualium societate fruiatur. Nunquam cum agno lupus habitat. Vir certè castus luxuriosi societatem aufugit. Plusquam impossibile putum diutius in bonis permanere operibus, qui mala assidue conuersatione uitur. Cum sancto (Psal. uociferat) sanctus eris, & cum uiro innocens eris, & cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. Hæc ille. Hinc clamat Iohan. Apoca. 18. dicens. Exite de Babylone, id est de medio nationis peruersæ popule meus, & ne participes sitis delitorum eius, & de plagiis eius non accipias; id est, ne contingat uos pariter cum illis paniri, & signanter in futuro. Cuius rationem assignat, cum subdit. Quoniā peruerterunt peccata eius nisq[ue] ad celum, quasi supp. clamantia vindictam coram Domino de actioribus suis. In cuius etiā figuram precepit Dominus per Moysen populo hebreorum Exod. 3. 4. dicens: Cae, ne cum habitatoribus terra Amorrhœi, Chananœi, Pharisœoru[m], & huiusmodi iungas amicitias, quæ sint tibi in ruinam. Et Deut. 7. Non inibis, inquit Dominus, cum Amorrhœis, & alijs infidelibus fedus, nec sociabis cū eis coniugia. Eliam tuam non dabis filio eius, nec filiam eius accipies filio tuo, quia seducet filium tuum, ne sequatur me, ut magis seruat dijs alienis. Irrasceretur; furor Domini, & delebit te citio. Hæc ibi. Et per hoc figuratiuè prohibet Dominus bonis, sed adhuc imperfectis, ne passim, & indifferenter conuersentur cum malis, ne scilicet per malum ipsorum exemplum trahantur, atque alliciantur ad malum iterum, ad quod adhuc proni sunt, & faciles.

T E R T I A ueritas. Perfecti possunt tutò cōuersari inter malos, & præsertim salutis eorum causa: Non enim talibus imminet

imminet periculum coinqinationis per culpam ex tali conuersatione, sicut imperfctis . Da exemplum de medico, qui munitus aliquibus remedij præseruatiuis uisitat turē, & securē, periculosē, & peltiferē grotantem, ubi tamen alijs imminet periculum ex simili uisitatione . Probatur ergo predicta ueritas ex dictis beati Greg. super Ezecl. homil. 9. dicens . Perfectè bonus non est, nisi qui fuerit, & cum malis bonus . Hinc beatus Job afferit de seipso dicens . Frater fui draconum, & socius struthionum . Eiusdem, 30. De Loth etiam loquens beatus Petrus in ipsius laudem ait : Et iustum Loth oppressum à nephandoru in iusta cōuerstatione eruit Deus . 2. Perri. 2. Hinc Paulus discipulorum uitam laudat dicens . In medio nationis prauę, & peruersę, inter quos lucetis, sicut lumina in mundo Phil. 2. Hinc quoque Iohan. Pergami Ecclesiæ attestatur dicens Apoc. 2. Scio, ubi habitat, ubi sedes est Sathanæ, & tenes nomen meum, & nō negasti fidē meam . Ecce fratres penè omnia percurrēdo cognoscimus, quia nō fuit bonus , quem malorum prauitas non probauit . Hac ibi.

C I R C A quod etiam notandum, quod societas, & conuersatio bonorum cum malis , & qui de facili inde scandalizari non possunt, prodest utrifice . Primo quidem ipsi malis, quia inde habent exemplum bonę uitę, & conuersationis sanctæ . Propter qđ dicebat Saluator bonis, & iustis Matt. 5. Sic lucent lux ueltra coram hominibus, ut uideant opera uera bona, & glorificant Patrem uestrum, bene ad eorū exemplar operaudo . Nam ut dicit Senec. ad Luci. Epistola. 10. Opus est aliquid, ad quem mores nostri seipso erigant . Nisi enim ad regulā praua non corriges . Hac ille . Item Chrys. hom. 72. Nihil, inquit, sic in ueritatis uiam inducit, ut conuersationis integritas . Nec enim ita dictis nostris intendunt homines, sicut his, quæ à nobis geruntur . Secundo predicta conuersatio bonorum cum malis prodest etiam ipsi bonis, in hoc scilicet, quod sepe mala patiuntur ab ipsi malis, uto te opprobria , contumelias, iniurias . Interdum etiam uerba, quæ omnia cedunt ad ipsorum utilitatem, quia per hoc puniuntur aliqua leuia per eos commissa delicta, aut saltem crescit inde eorum præmium per patientię meritum . Hinc August. de uerbis Domini ser. 53. Mali, inquit, necessarij sunt bonis . In fornace quodammodo artificis sumus, hoc

hoc est, in mundo isto . Si aurum es, simul ardes . Si aurum es, palea tua est malus . Si & tu palea es, simul eris fumus . Hac ille . Et sic patet de tercia ueritate .

Q V A R T A ueritas . Inter omnes peccatores maximè uitandi sunt heretici, quos Christus in hodierno Euangeliō uocat falsos prophetas, & hoc propter tria . Primo quidem propter eorum fictionem, & simulationem . Dolosè enim ueniunt tales, & incedunt, falsam doctrinam sub uirtutum apparentia palliantes . Vnde dicitur in praesenti Euāgelio, quod uenient in vestimentis ouium, idest, ut recti sub bonis operibus, scilicet orationibus, ieunijs, & elemosynis, quæ omnia ipsi factè faciunt, eo quod in talibus Dei honorem non intendunt, sed porius populi fauorem, & gratiam, & ut eorum dilectis credulitas citius adhucbeatur : Vnde de talibus loquens Apostolus ad Rom. 16. dicit, quod per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium . Secundo tales sunt diligenter cauendi propter aliorū periculum . Alijs nempe imminet grande periculum ex eorum conuersatione, eo quod ut dicit Saluator in praesenti Euangeliō, sunt intrinsecus, scilicet, per corruptam voluntatem, & nocendi intentionē lupi rapaces . Lupi enim non solum mordent, verum etiā uenenatos habent dentes . Sic heretici, cum mordent, simul effundunt uenenum falsę doctrinę, iuxta illud Apostoli verbum . 2. ad Timo. 2. Sermo eorum, ut cancer serpit . Et ideo bene dicitur ad propositū Esa. 52. Recedite, recedite, nolite tangere immundum, quia sicue dicitur, Eccl. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea . Tertio tales cauendi sunt, ne inuoluant penis à iure, & sacrī concilij constitutis aduersus eos, qui cum talibus se immiscant . Quæ quidem penę uarie sunt, & graues, quas petranseo breuitatis causa . Patet ergo solutio ad quæsumus, quod scilicet falsi Propheti, idest, heretici pia ceteris malis hominibus sunt à Christi fidelibus cauendi, & nitandi . Quod etiam aperte innuit Christus in principio praesentis Euangeliij, ubi de hoc nos admonet dicens . Attendite à falsis Prophetis, &c.

*I*N praesenti ergo Euangeliō Largitor gratię, & amator salutis humanae Dominus noster Iesu Christus, ut nos ad salutem promoueat, & ad regnum cœlestē tandem perducat, ostendit nobis quatuor pulcherrima documenta, uidelicet .

Dominica VII. post Trinit.

Quid est salutis humanæ impeditus, ut illud caueamus, in principio.

Quid est salutis humanæ promotivum, ut illud teneamus, ibi. Sic omnis arbor.

Quid est salutis humanæ exclusivum, ut illud horreamus, ibi. Omnis arbor.

Quid est salutis humanæ consummativum, ut illud appetamus, ibi: Sed qui facit uo. &c.

P R I M ò igitur Christus ostendit in principio Euangelij, quid est salutis humanæ impeditivum, ut illud caueamus, cum ait, discipulis suis, & consequenter omnibus deuotis christianis. Attendite, cum diligenter, id est, attente caureto, à falsis Prophetis, id est, Hæreticis dolosis, qui in humilitate, & falsa, atque ficta religione ambulant, qui ueniunt ad uos, ut decipient in uestimentis ouium: quia suam falsoam doctrinam palliant apparentia uirtutum. Intrinsecus autem, id est, in intentione, sunt Lupi rapaces. Et ideo cauete, ne uos dilaniens suis blanditijs, & dissimulationibus peruersis. Quomodo autem tales possint cognosci, aperte insinuat, cum ait. A fructibus eorum cognoscetis eos, id est, ab operibus. Et nota, quod non dicit ab apparentia exteriori cognoscetis eos: quia habent plerunque speciem sanctitatis, sive similitudinem religionis in exteriori homine. Sed dicit à fructibus eorum cognoscetis eos, id est, à malis operibus.

C I R C A autem hunc textum pro nostra instructione, possunt moueri aliqui paruë, & breues quaestiones.

P R I M A igitur quaestio uestatur circa illud uerbum: Attende, circa quod queritur. Quæ sunt illa, que debemus præcipue attendere. Ad quod respondetur, quod illa multa sunt.

P R I M ò igitur debemus attendere legem domini, ut illam opere impleamus. Vnde Psal. in persona domini. Attende popule meus legem meam, inclinate aures uestram in uerba oris mei. Dicit ergo. Attende, id est, diligenter legite, & audite, o popule meu christiane, legem meam, tam ueterem, quam nouam: quia utrunque dedi. Primam in monte Syna. Secundam in forma humana. Et nota, quod non dicit: Attende leges Iustinianas, sed legem meam. Et istud est contra multis mundanos, qui diu, noctuque uersantur cit-

ca

Sermo II. de Euang.

120

Ca prædictas leges memoriter eas retinentes, quantum fieri posset, & hoc ideo: quia sunt de pane lucrando. Raro autem au Nunquam uersantur, circa legem domini, ita ut uix sciant enumerare precepta decalogi. Talibus ergo in extremis singillatim dicetur id, quod in suo simili dictum fuit Hieronymo: Ciceronianus es: non christianus.

S E C U N D O attendere debemus Dei honorem in operibus nostris, præcauentes uanam gloriam, prout nos admonet Christus Matt. 5. dicens: Attende, ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis. Aliquo in mercedem non habebitis apud patrem uestrum. Deinde dat ex eius plumbum de oratione, & eleemosyna ostendens, quomodo debemus facere illa duo opera iustitiae principaliter propter Dei honorem. Quod si interdum motus uane gloria se ingerat cordibus nostris, debemus ipsum quantocuyus repellere, & di cete: Recede à nobis.

T E R T I O debemus attendere Dei beneficia, ut illi gratias reddamus, ut pote, considerantes, & animo sèpè reuoluëtes, quantum beneficium nobis contulit Deus nos ad suam imaginem, & similitudinem creando. Omnia enim naturaliter attendunt ad suum principium. Cum ergo Deus, sit principium nostrum, qui, scilicet, nos creauit, atque postmodum perditos recreauit, consequens est, ut ad ipsum semper attendamus oculos cordium nostrorum semper ad eum relevantes. Et hoc uolunt illa uerba Esa. 51. Attende ad patrem, in de excisi estis. Ecce beneficium creationis. Sequitur, & ad cœurnam laci, de qua precisi estis. Ecce beneficium recreationis, sive humanæ redempcionis.

Q U A R T O debemus attendere Christi piissimam passionem per iugem mentis deuotionem, prout ipsemet Christus nos admonet. Thren. 1. dicens. O uos omnes, qui transitis per viâ, attende, & uide, si est dolor sicut dolor meus, super tā gravis, tā ignominiosus, tā continuus, tā iniustus. Et nota, quod dicit, qui transitis per viam: quia ut dicit Apostolus ad Hæbr. 13. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.

Q UINTO debemus attenderé paratam nobis mensam in Sacramento altaris. Proverb. 23. Cum federis, ut cū principi comedas, diligenter attende, quæ apposita sunt ante sacramentum

Dominica VII I. post Trinit.

āem tuam, idest, diligenter considera dignitatem tanti Sacramenti, & ideo munda te ipsum per ueram cordis contumaciam, & puram oris confessionem. Vnde 1. ad Corin. 11. Prober se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: quia qui manducat, & bibit indignè, supple, dominicum corpus, & sanguinem, iudicium sibi manducat, idest, ad damnationem suam ipsum sumit.

S E X T U S debemus attendere insidias Diaboli, ut illas cecimus, & uitare possimus. Ecclesiastici. 11. Attende tibi, à pestifero, idest, à Diabolo, qui semper secum fert peletem peccati, & tentationis peruersorum. Quemadmodum ergo uidemus, quod naturaliter oves attendunt à Lupo, ne ab eo deuoren-
tur, item gallinae à vulpe, ne ab ea rapiantur, similiter pulli, à milvo, ne subito subtrahantur, ita in proposito debemus at-
tendere, & praecauere nobis ab insidijs Diaboli, qui est uelut
vulpes per fallaciam. Item uelut lupus per uoracitatem. Itē
uelut milvus per infestationem. Est ergo Diabolus diligen-
ter à nobis uitandus, quia plenus est fallacijs, astutijs, &
deceptionibus. Item, quia est insatiabilis in procurando damna-
tionem animarum, nunquam enim dicit, sufficit. Item, quia
assidue nos infestat suis temptationibus, non solum de die, ue-
rumetiam de nocte, procurando turpia somnia, ex quibus in
terdum sequuntur immundæ pollutiones, & similia. Præter
hæc omnia debemus attendere à falsis Prophetis, nt innuit
dominus in presenti Euangeliō. Sed de hoc statim dicitur
per amplius Et sic pater solutio ad primum quæstum.

S E C U N D U S a quaestio uersatur circa illud, A' falsis Pro-
phetis. Circa, quod queritur, qui sunt falsi Prophetæ, qui ue-
niunt in uestimentis ouium ad nos, & à quibus attredere pre-
cipit Christus. Responso. Per prædictos designantur Hæ-
retici, siue falsi Prædicatores, aut fallaces deceptores, ut
sunt Hypocrita. Capiendo ergo nomen falsi Prophetæ ge-
neraliter prout se extendit ad fallaces deceptores, quos Hy-
pocritas uocamus, notandum, quod tales falsi Prophetæ, siue
iniqui deceptores sunt tres, scilicet.

Dæmon. Caro. Mundus.

P R I M U S igitur falsus Propheta, seu deceptor est Dia-
bolus, qui quandoque transfigurat se in Angelum lucis, ut
dicit Apostolus 2. ad Corinth. 11. hoc autem facit dupli-
cer,

Sermo I I. de Euang.

121

ter, uidelicet uisibiliter, & inuisibiliter. Primo quidem uis-
ibiliter, dū, scilicet, permissione diuina sumit quamdam specie-
m sanctitatis, in qua corporaliter appetit, ut sic sanctus esti-
matus persuadeat malum, tanquam Pseudopropheta. Et hoc modo secundum aliquos apparuit Christo in deserto
in specie cuiusdam boni, & sancti Eremitæ, cum, scilicet, eū
ibi tentauit. Matth. quarto. Item legitur hoc modò apparui-
ſe Sauli consulenti Phitonissam, quando, scilicet, uetus est in
specie Samuelis sancti Prophetæ. 1. Regum vigesimo octavo,
ut si adoraretur ab eo, secundum Augusti. Sic etiamappa-
ravit beato Antonio in forma Christi. Similiter, & cuidam ju-
ueni nouitio in forma beatæ Virginis Mariæ, & sic de simili-
bus. Secundò uero Diabolus tanquam falsus Propheta
transfigurat se in Angelum lucis inuisibiliter, hoc autem fa-
cit quoties suggesterit aliquod malum sub specie uirtutis;
quod facit frequenter, prout declarat Gregor. in Ezech. ho-
milia decimasecunda, dicens. Immoderata ira iustitia uideri
apparet, disciplinæ remissio mansuetudo uult uideri, tena-
cia sepius parsimoniam nominat, inordinata rerum effusio se-
beniuolentiam appellat. Hæc ille. Idem etiam dicit libro
vigesimaliter moraliū capitu. vndecimo. Propterea istam
periculosam temptationem, & deceptionem timens Psalm.
dicebat ad dominum. Ab altitudine diei timebo, idest, ual-
de timeo deceptionem Sathanæ transfigurantis se in Ange-
lum lucis persuadendo mihi malum sub specie boni, & uir-
tutis. Ego uero in te, supple, domine Deus sperabo, scilicet,
per te liberari ab eo.

S E C U N D U S falsus Propheta, seu deceptor est caro.
Nam quandoque fingit se mortuam uitij, & temptationi-
bus, ita ut interdum sp̄itus non sentiat huiusmodi tenta-
tiones carnis, etiam dato, quod illi offerantur maxime oc-
casiones, & pericula malorum, ut domestica conueratio
miseretur, uel familiaris conuersatio, & confabulatio cum
monialibus, aut uiduis, & huiusmodi, ita ut quasi prophete-
tando uideatur dicere humana caro. Præfecto à cetero con-
tinenter uitiam, quia non est mihi amplius curæ de delicijs,
& uoluptatibus carnalibus. Sed in hoc appetet fidelitas car-
nis, quod quandoque ubi uidetur quasi mortua, & extinctus
fomes libidinis, subito reuictus est, & ad illicita pertrahit. Et
Scr. Do. G. Pep. Pars Aetlin. Q in hoc

in hoc est similius ulpi, quæ est animal cautelosum. Cum enim famescit, nec potest predam ad nutum capere, extendit se ad longum corporis in medio agri, vel loci publici, nullam sui corporis partem mouens, ut quasi mortua appareat. Quo usque adveniunt undique cornicule, corui, picæ, & similes aves hincidit circa eam uolitantes. Quod illa uidens, subito rapit inde sibi predam. Ita in proposito, caro quandoque simulata se totaliter mortuum uitius, & passionibus, sed cum quis ex hac confidentia non sibi cauet, sed operatur incaute, subito insurgit caro, & occidit spiritum. In cuius figurâ Samson fortissimus nimis confidens de Dalila uxore sua, cuius tamen sepè infidias expertus fuerat, dormiens in gremio eius abscessis capillis capitii sui traditus est in manus inimicorum suorum Philistinorum per eadem, ut patet Iudicum. 16. Ad propositum. Dalila est sensualitas: Samson ratio, siue spiritus, qui ualde diligit dictam Dalilam, quamvis sepè expertus fuerit infidias illius, quamvis fingat ipsum diligere. Vbi ergo spiritus nimis de ea confidit, ita quod obdormiat corpore, & negligenter, insperatè traditur per eam in manus demonum illudendus, & tunc appetit in affectu falsitas, & deceiptio illius. Et ideo factus est ualde, quise tradit potestati, & dominio carnis, quæ tanquam ancilla debet semper subiici spiritui. Insuper, cum reputatur quasi mortua, tunc frequenter periculosis insurgit, sicut patet in Virtutis Patrum de quadam seni patre, qui impregnauit quadam mulierem. Noui, & ego quandam aliam, quæ cum ex charitate seruissuper cuidam Ecclesiastico seni in eius grauisima infirmitate, tandem eo corpore utcunque melius habente illa concepit, & peperit ex eo filiam. Nec multò post ille mortem obiit.

T E R T I U S falsus Propheta, siue deceptor est mundus. Multa enim promittit amatoribus suis in posterum, quæ minime confert, ut potè longam uitam, prosperitatem magnâ, gloriâ, & honorem, & huiusmodi. Vnde de isto Pseudopropheta loquens Augustus ad fratres in eremo ser. 3 i. qui intitulatur de fallacia mundi, dicit sic. O' mundo proditor nequis simè cuncta bona promittis, sed econtra cuncta mala profers, promittis uitam, sed donas mortis, promittis gaudium, sed largiris merorem, promittis quietem, sed ecce turbatio-

promitt-

promittis florem, sed citò euanescit, promittis stare, sed citò recessit. Non ergo es diligendus: quia omnino transis, & concupiscentia tua uelut fumus euanescit. Hæc ille. Patet ergo de tribus falsis Prophetis, qui sunt dæmon, caro, & mūdus, à quibus attēdere debemus iuxta Christi monitionem, ne, scilicet, suis fututijs nos decipient, & ad inferna pertrahant. Et si patet ad secundam questionem.

T E R T I A quæstio uersatur circa illam classulam sequentem. Qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Cirea quod queritur, qui sunt illi, qui ueniunt ad nos predicto modo, ut nos decipient. Ad quod responderetur, quod illi sunt tres, uidelicet,

Detractores. Adulatores. Simulatores.

P R I M I igitur uenientes ad nos in uestimentis ouium, & qui intrinsecus sunt lupi rapaces, sunt detractores. Tales nempe quandoque fingunt se ex quadam pietate referre mala aliorum, ut potè dicendo his, quibus talia referunt. Vos benè nostis talem, & credo, quod si de amicis uestris, & ego similiter eum diligo. Sed egrè fero, q. talia, & talia de eo dicuntur, quæ tamen non credo esse uera, nec uellem talia alijs dicere, aut quod hæc alijs referretis. Et tamen tales bilingues summe affectant, quod alijs sciant defectus illorum de quibus detrahunt. Et ideo in corde, & corde locuti sunt. In ipsis quoque mentita est iniquitas sibi. Vnde de unoquoque tali recte potest intelligi illud Psalm. Molli ti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Et hoc est, quod loquitur Bernardus super Cant. serm. vigesimo quartu. Ita dicens: Detractores quodam simulacre verecundiæ fugo conceptam malitiam, quam retinere non possunt, adumbrare conantur. Videas a detractore alta premiti suspitia, siue, cum quadam grauitate, & tarditate, uulnus metu, de multis supercilij, & uoce plangentib[us] egredi maledictionem, & quidem tantò persuasibiliorem, quanto creditur ab his, qui audiunt, corde non audito, & magis condolenti affectu, quam malitiosè proferri. Dolco, inquit, uechementer pro eo, quod diligo eum satis, & nunquam potui eum de hac re corrigerere, & alias quidem benè mihi compertū fuerit de eo istud, sed per me nunquam innotuerit. At quoniam per alterum patet facta res est, ueritatem negare non possum.

Dominica VIII. post Trinit.

Re uera ita est . Hæc ille . Patet ergo quomodo molliti sunt sermones detractoris , super oculum , & nihilominus ipsi sunt iacula . Et hoc est , quod loquitur hic Christus dicens de talibus : Veniunt (inquit) in uestimentis ouium , simulantem se amicos , aut ex quadam compassione referre mala aliorum , sed intrinsecus sunt lupi rapaces per prauam intentionem , & affectionem diffamandi eos , & scandalizandi . Propter quod sicut oves naturaliter fugiunt lupos , sic & iusti , & boni debent uitare tales lupos rapaces , iuxta ilud consilium sapientis Proverbio . vigesimoquarto . Cum detractoribus non commiscearis . Tales nempe lupos ualde fugiebat , & abhorrebat beatas Augusti . Propter quod iuxta mensam suam scriptum habebat . Quisquis amat dictis absentium rodere uitam , Hanc mensam indignam non uerit esse sibi . Sed heu , hodie in mensis Episcoporum , magnatum , principum , ac dominorum inueniuntur multi , qui pleno ore de absentibus male loquuntur , & detrahunt , & tales libenter audiuntur , sed ad eorum , & audientium , qui eos non compescunt , damnationem .

S E C V N D I . uenientes in uestimentis ouium , & qui intrinsecus sunt lupi rapaces , sunt blandi , & suaves adulatores , qui alios laudent , ut minus sibi ab eis caueant , & tandem eos seducant , quod maximè fit in curijs , & aulis principum . Vnde adulor uerbum , dicitur quasi adulor , eo quod adulatio in aulis maximè fieri solet , hoc etiam uidetur Christus approbare Matthœi vñdecimo , cum inquit . Ecce , qui mollibus ueſtiuntur , in domibus regum sunt . Vbi per ueſtitos mollibus rectè designantur adulatores , qui molles sunt lingua , loquendo placentia coram regibus , ac principibus . Et tales libenter audiuntur ab illis , ita ut uideantur eis dicere illud Esa . trigesimo . Loquimini nobis placentia , uidete nobis errores . Nec , supple , illos reprehendatis , sed potius laudetis , nobis fauendo in militia nostra , ut , scilicet , impleatur illud Psalm . Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ , & iniquius benedicitur . Ecce ergo quomodo adulatores uenient in uestimentis ouium . Quid autem sint intrinsecus lupi rapaces per fallacem intentionem , patet per Hierony . 3 . parte Epistolarum suarum Epistola decimaquarta dicentem , quod adulato-

Sermo II . de Euang .

123

adulatores sunt blandi inimici . Dicit etiam August . super psalmō nono , quod adulantium lingue alligant animas in peccatis . Delectat enim ea facere , in quibus non solū non metuitur reprobator , uerum etiam laudatur operator . Hæc ille . O quot uoes occidunt , mactant , & deuorant huiusmodi lupi rapaces ? Non enim solum tales adulatores nocent animabus , quas obdormire faciunt in suis peccatis , uerum etiam more luporum sub palliatione cuiusdam urbanitatis ad se trahunt munera , & donaria diuitia , quæ illis faciunt . Ecce quomodo , sub uestimentis ouium intrinsecus sunt lupi rapaces .

T E R T I U enientes sub uestimentis ouium , & qui intrinsecus sunt lupi rapaces , sunt simulatores , & Hypocrites , qui in exteriori homini pretendunt magnam simplicitatem , & quandam sanctitatis speciem . At uero in interiori homine sunt lupi rapaces per multiplicem nequitiam . Propter quod Christus Matth . 23 . comparat eos sepulchris , dicens . Vé uobis Hypocrita ; quia similes estis sepulchris dealbatis , quæ à foris parent hominibus speciosa , intus uero plena sunt ossibus mortuorum , & omni spurcitia . Sic , & uos à foris quidem parent hominibus iusti , intus autem pleni estis Hypocriti , & omni iniquitate . Rectè autem comparat Christus Hypocritas sepulchris , & hoc propter nominis significationem . Sepulchrum enim dicitur , quasi sempulchrum , hoc autem bene congruit Hypocritis , qui exteriori sunt pulchri , & nitidi , ita ut quasi innocentes reputentur ab aliis . At uero interiori sunt fetidi , abominabiles , & immundi . Et ideo tales rectè figurantur per illud Idolum , quod Bél dicebatur , de quo Danie . decimoquarto legitur , quod exterior erat cuprum , & per consequens pulchrum , sed interior luteum , & ita uile , & contemptibile . O quot sunt in Ecclesia Christi inter Ecclesiasticos , & religiosos lupi rapaces per Hypocratism : qui sub uelamine sanctitatis rapiunt , & ad se trahunt substatiam diuitiarum , quæ à talibus lupis de facili illuduntur , & decipiuntur . Et ideo tales sunt uitandi à bonis , & honestis personis , prout Christus insinuat in praesenti Euāgelio , dicens . Attendite à falsis Prophetis . i . factis Hypocritis , qui uenient ad uos , sup . decipiendos , in uestimentis omnium . i . bonorum hoīm , intrinsecus aut sunt lupi rapaces per

Q 3 prauam

prauam, & malitiosam intentionem. Et sic patet ad tertiam questionem.

QU A R T O quæstio uersatur circa illam clausulam, in qua dicitur. A fructibus eorum cognoscetis eos. Circa quod quæritur, utrum liceat iudicare aliquem malum à fructibus illius, id est, ab operibus, quæ facit. Pro solutione premittam, quod fructus sunt duplices. Quidam interiores, & occulti. Alij exteriore, & manifesti. Et iterum tales sunt duplices. Quidam indifferentes ad bonum, & malum. Alij autem determinati ad unum. His premissis ponam aliquas veritates. Prima igitur ueritas. Temerarium est iudicare in foro exteriori aliquem malum ex fructibus eius interioribus, & oculis. Cuius ratio est, quia huiusmodi fructus soli Deo sunt cogniti, & noti, qui solus scrutatur corda, & probat renes, ut habetur Hier. 17. Similiter dist. 32. erubescant, dicitur quod secretorum Deus iudex est, & cognitor. Idem habetur. 32. q. 5. christiana, & similiter, 2. q. 5. consuluisti. Qui ergo de talibus presumit iudicare, vult usurpare priuilegium Dei, & quodammodo autoritatem diuinitatis ipsius, quod est gravissimum peccatum. Secunda ueritas. Similiter temerarium est uelle iudicare aliquem malum ex fructibus, qui sunt indifferentes ad bonum, & malum, cuiusmodi sunt datio elemosynæ, ieiunare, peregrinari, exterius orare, & huiusmodi. Quinimo tales fructus potius sunt interpretandi à nobis in bonam partem, quam in malam. Vnde de regulis iuris in fine quinti libri decretalium, dicitur quod ea facta, quæ dubium est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretationi debemus, similiter. ff. de regulis iuris. I. ea, quæ sic dicit. Dubia benigniorem interpretationem sequi non minus iustius est, quam tutius. Tertia ueritas. Permititur nobis absque culpa iudicare aliquem malum ex fructibus aperi, & manifeste malis. Et ad hunc sensum intelligendum est illud Christi uerbum in præsenti Euangeliō, ubi de falsis prophetis loquens ait. A fructibus eorum cognoscetis eos. Vñ de regulis iuris, ubi supra, uidelicet, in fine quinti decretalium, sic dicitur. **Q**uod enim scriptum est, uidelicet, Matth. 7. ex fructibus eorum cognoscetis eos, de manifestis dictum est, quæ non possunt bono animo fieri, ut stuprum, blasphemiae, furtum, ebrietates, & similia, de quibus nobis permitti-

permittitur iudicare. Hæc ibi. **Q**uia ergo talia habent in se inuolutam malitiam, quæ ab eis separari non potest, nec possunt tergiuersatione celari, ideo de talibus nobis permititur iudicare, quia mala sunt, & similiter, quod, qui ea faciunt, mali sunt.

MORALITER etiam notandum, quod istud uerbum. A fructibus eorum cognoscetis eos, rectè potest intelligi de illis, qui in dignitatibus, & officijs publicis sunt constituti. Tunc enim ex fructu apparet, quales prius extiterunt, utrū Hypocrite. Vnde cum quidam dixisset, honores mutant mores, alius correxit, dicens. Imo monstrant mores. Hinc vulgo dicitur, quod nescitur de monacho, quid sit, quoisque sit abbas. Insuper idem uerbum potest referri ad patres, & matres, quorum probitas à fructibus eorum, id est, à filiis, & filiabus cognoscitur. Da exemplum de atbore, per quam cognoscitur fructus illius, si bonus, uel malus existat. Et sic patet ad quartam questionē. Et pér consequens de primo princiapi præsentis sermonis, sive Euangelij, in quo ostensum est, quid est salutis humanæ impeditiuum.

SE C V N D O principalius Christus ostendit in præsenti Euangeliō, quid est salutis humanæ promotiuum, ut illud tencamus, cum ait. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit. Mala autem arbor fructus malos facit. Vbi notandum, quod per arborem intelligitur homo, sive humana uoluntas. Vbi ergo homo fuerit bonus bonitate moris, uel similiter uoluntas bona per informationem charitatis, & debitam rectitudinem, tunc fructus est bonus, id est, operatio est bona. Et econtra ubi homo fuerit malus, sive uoluntas mala per prauam electionem, tunc fructus est malus, id est, operatio uirtus est, & mala, quia ut dicit Amb. de officijs li. 1. c. 30. Affactus tuus operi tuo nomen imponit. Hinc etiam Matth. 12. dicitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala. Quod autem arbor mala non possit fructus bonos facere, probat Saluator, cum ait. Nunquid colligunt de spinis vias, aut de tribulis ficas? Quasi dicat non. Sic neq; à malis expectanda sunt bona opera, laitem bonitate moritoria uitæ eternæ, quamuis tales possint facere bona opera moralia. Vel prædictum uerbum potest referri ad malam uoluntatem, à qua

Dominica VI I I . post Trinit.

nunquam procedit opus, nisi malum inquitum mala est. Et ideo ista pensantes debemus laborare, ut sumus boni, & ut bonam habeamus voluntatem, quatenus possimus facere fructum boni operis, qui sit dignus praesentari ab Angelis super mensam domini in celis. Et sic patet de secundo.

T E R T I Ó principaliter in praesenti Euangelio Christus ostendit, quid est salutis humanae exclusivum, ut illud abhorreamus, cum ait. Omnis arbor, que non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Ecce metuenda communio, & conclusio.

P R O quo notandum, quod arbor est genus humanum. Et ista arbor habet varios ramos. Primi rami huius arboris sunt aridi, qui nullum fructum faciunt, quales sunt Pagani, & Indeci. Secundi rami praeclaræ arboris sunt quidem virides exterius, sed sunt sine fructu interius, quales sunt mali christiani, & signanter Hypocrite, qui sunt exterius nitidi, sed interius vacui. Tertijs rami sunt virides, & fructum afferentes, quales sunt fideles, & boni christiani. Primi igitur rami, & similiiter secundi excidunt per mortem, & in ignem eternum mittentur quo ad animam. Interim autem corpus excisum mittetur in terram, ubi corruptetur, sed tandem in generali resurrectione reparabitur, & tunc pariter cum anima in ignem inferni mittetur. Hoc autem erit, quando Christus dicet his, q. à sinistris eius erunt. Ite maledicti in ignem eternum. Tertijs vero rami excidunt quidem per mortem, sicut & priores, sed non mittentur in ignem, quin potius in uitam eternam, ubi habebunt perpetuum refrigerium.

M O R A L I T E R etiam notandum, quod simile est de homine, sicut de arbore iuxta illud uerbum ceci illuminati à Christo, & dicentes. Video homines, quasi arbores ambulantes. Mar. 8. Vnde & homo à quibusdam Philosophis datus est arbor euersa. Quemadmodum ergo arbor naturalis primo mitit botros suos, siue germen, deinde florescit, consequenter affert fructum, qui tandem maturus factus colligitur, & intra domum mundè, & diligenter reponitur, ita in proposito, homo primò germinat per bonam cogitationem, deinde florescit per bonam voluntatem, consequenter affert fructum boni operis. Postremo colligitur in morte ab Angelis domini, & reponitur quo ad animam in domo domini

Sermo I. de Epif.

125

mini omnibus diebus uitæ suæ. Et hoc totum de arbore bona. Arbor autem mala similiiter primò germinat per prauam cogitationem, deinde florem fetidissimum emitit per malam voluntatem. Postea fructum corruptum afferit per malum opus. Demum autem colligeretur à malignis spiritibus in morte, & reponetur in infernum, ibi arsurs sine fine. Et sic patet de secundo principali.

Q U A R T Ó principaliter Christus in praesenti Euangelio, ostendit, quid est humanae salutis consummatum, ut illud appetamus, cum ait, Qui facit voluntatem patris mei, qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum. Circa quod notandum, quod non sufficit ad salutem confiteri Deum, & laudare ipsum ore tantum, sicut illi, de quibus ad Tit. i. dicitur, quod o: e Deum confitentur, factis autem ipsum negant, cuiusmodi sunt multi mali christiani. Nec similiter sufficit ipsum laudare, ore, & opere. Nam & hoc modo ipsum laudat Hypocrite, qui habent pulchra uerba, & bona opera, qui tamen non intrabunt in regnum celorum. In cuius rei testimonium ait Christus in praesenti Euangelio. Nō omnis, qui dicit mihi domine, domine, idest, qui me laudat ore, & opere tantum apparenter, intrabit, sup. talis, in regnum celorum. Necessaria est ergo ad salutem confiteri, & laudare nomine domini corde per rectam intentionem, ore per apertam locutionem, tempore, & loco. Item opere per sanctam operationem. Sic n. agentes intrabimus post hanc vitam in ipsum regnum celorum. Praestante domino nostro Iesu Christo, qui cum parte, &ceteris.

Dominica Nona post Trinitatem, Sermo Primus, de Epistola.



O N simus concupiscentes malorum, i. ad Cor. 10. Multi sunt, quos amor iustitiae non retrahit à malo, sed tantum timor penæ. Vnde Aug. ad fratres in eremo, ser. 57. qui intitulatur de diligentibus instructione fratrum. Si, inquit, premia uos non inuitant, saltent uos peccata boni virtutis amore. Oderunt peccata boni virtutis amore. Oderunt peccata mali fortidinem penæ. Etiam dicit lex ciuilis que incipit, ut unius penæ,

pēna. C. ad legē Iuliam reperundarum, quodd pēna unius est metus multorum. Similiter. 11. q. ult. c. ult. quod incipit Sanc-
tis, dicitur, quodd ecclesia ideo aliquos excommunicat, & prēcipit ab alii uitandos, eō quod pēna unius est metus mul-
torum. Ecce ergo cur aliquibus infligitur pēna, ut scilicet,
ali⁹ timeant sibi a offendere, ne similia patientur. Hoc autem
innuit Apo. in præsenti Epistola, qui prohibens multa ma-
la, seu peccata simul adducit pēnam, quam similia perpe-
trantes perpetrati sunt retroactis temporibus, ut sic saltem ti-
mor patienti similem pēnam retrahat eos, quos iustitia a-
mor, aut Dei timor non retrahit. Et de hoc per amplius ui-
debitur in deducione eiusdem Epistola. In qua quidam Epi-
stola Apostolus principaliter quatuor facit. Nam primò pro-
hibet malam concupiscentiam, in principio Epistola. Secun-
dò interdicit quadruplicem nequitiam, ibi. Neque idololatri-
a. Tertiò reprobat humanam arrogantium, ibi. Qui stat,
&c. Quartò ostendit diuinam clementiam, ibi. Fidelis au-
tem Deus.

P R I M O igitur Apostolus prohibet malam cōcupiscentiam, cum ait. Non simus concupiscentes malorum, sicut & illi, de quibus sup. legitur in veteri testamento, concupie-
runt. Quasi dicat secundum glo. interl. Non peccemus, ne similiter peremus, sicut & illi, de quibus exempla subdun-
tur. Nam consideratio supplicij eorum debet nos retrahere à similibus delictis, ne similia patiamur cum illis. Et est hoc argumentum, ut dicit Dominus Hugo. Cardi. quod ve-
teres sunt puniti, ut nos castigaremur, quia ut habetur Pro-
ver. 19. Pestilente, idest, peccatore flagellato stultus, idest, ali⁹ peccator sapientior erit. Item eiusdem. 21. Multato pe-
stilente sapientior erit parvulus. Et hoc est, quod loquitur do-
minus Deuteronomij. 11. dicens. Aufres malum de medio
tui, ut audientes ceteri timorem habeant, & nequaquam ta-
lia facere audeant. Hinc Sap. 16. dicitur. Omnia transfigu-
ta omniū nutrici gratia tuę deseruebant.

N O T A N D V M est autem circa hoc, quod quamvis om-
niū malorum Apostolus prohibeat concupiscentiā: multi
tamen huius contrarium faciunt, & presertim isti, uidelicet.

Superbi, Auari, Luxuriosi, Gulosi.

P R I M O igitur superbi concupiscunt, & appetunt hono-
rabilia,

rabilia, utpote officia publica quo ad laicos, ecclesiasticas di-
gnitates quo ad clericos, altos, & magnos status quo ad prin-
cipes, & prelatos. Vnde de talibus recte pōt dici illud Prou.
21. Tota die concupiscunt, & desiderant. Et tales sēpē iusto
Dei iudicio, qui superbis resistit, priuant fine optato, iux-
ta illud Iac. 4. Concupiscitis, & nō habetis. Tales ergo sunt,
sicut locutus, que semper cupiunt altè uolare, & saltare, & ta-
men nunquā possunt altè ascendere, quia statim suo pou-
dere ad terrā deprimuntur, aut si interdum altè ascēdunt, sta-
tim turpiter descendunt, & corruū, sicut patet de Amā su-
perbissimo, qui erat secundus in domo regis. Assueri, qui tan-
dem affixus est publicē in paribulo. Hefter. 7. Et ad hoc pro-
positum facit illud ps. Diecisti eos, tu sup. Deus, superbos,
dum alleuarentur. Item Lu. 1. Depositū potentes de sede.

S E C U N D O auari concupiscunt, & appetunt bona utili-
tia, ut sunt diuitiæ huius seculi, aurum, & argentum, possessio-
nes, abundantia frumenti, uini, & olei, & similia. Et tales iusto
Dei iudicio nunquā satiauitur bonis. Vnde de homine
auaro, & signaueri, qui non habet sequelam, loquens Salo-
mon Eccl. 4. Dicit sic. Vnus est, & secundum non habet, non
filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec sa-
tiantur oculi eius diuitijs, nec recognitat dicens. Cui labore,
& fraude animam meam bonis? sup. spiritualibus, & æter-
nis, præponendo illis bona temporalia, quæ sunt transitō-
ria, & caduca. Vnde tales auari insatiabiles meritò compa-
rantur igni, qui nunquā dicit, sufficit, sed ad mensuram li-
gnorum crescit. Et ideo de concupiscentia temporalium re-
cte scribitur Eccle. 9. Vbi dicitur, quod concupiscentia, qua-
si ignis exardescit. Vnde tales meritò comparantur homini
Hydropico, qui semper cupit bibere, & nunquā potest fa-
tiari. Similiter iuste comparantur igni grēco, qui ad proie-
ctionem aquę desuper magis inflammatur, quam extingua-
tur, aut feruor illius diminuatur.

T E R T I O luxuriosi concupiscunt delectabilia secun-
dum sensum tactus. Et de hoc habemus historiam Dan. 13.
de illis duobus senibus præsbyteris plenis iniuritate, qui di-
xerunt pudicę, & castę Susannę. In concupiscentia tui su-
mus. Circa hoc tamen notandum, quod concupiscentia cir-
ca uenerea aliquando est mortalis, aliquando non. Qualiter
autem

autem istud poterit discerni, luculententer ostendit Chrysostomus per Matt. in opere incompleto, ita dicens. Sicut duas in nobis habemus naturas, uidelicet anima, & carnis, sic & habemus duas uoluntates, unam anima, alteram carnis, similius & duas concupiscentias, unam anima, alteram carnis. Natura carnis non potest se omnino à concupiscentia separare, sed necesse habet concupiscere, quoniam non est in arbitrio suo creata. Anima autem in arbitrio suo creata est, & ideo potest non concupiscere: Quando ergo concupisces, si nobis displicemus, & ipsam concupiscentiam reprimere festinamus, manifestum est, quia tunc caro nostra concupiscit, & non anima. Quando autem complacemus nobis in his, & decernimus concupiscentiam nostram implere, si possumus, tunc anima nostra concupiscit, cum carne nostra. Deinde cōcludit dices. Quando ergo Christus dixit. Si quis uiderit mulierem ad concupiscentium eam, iam mechatus est eam in corde suo. de concupiscentia anima, & non carnis loquitur. Hęc ille.

QUARTO gulosi concupiscent, & desiderant delectabili secundum sensum gustus, sicut patet de illo, qui desiderabat habere collum longum ad modum gruis, ut diutius posset delectationem sentire circa cibos, & potus. Taliter concipiuit glosa Eva comedere de fructu ligni scientia boni, & mali, sed in mala hora, ut patet Genes. 3. Quam securus est uir eius Adam, & post eum filii eius, quorum multi circa cibos, & potus magis sequuntur concupiscentiam, quam rectam rationem, aut necessitatem. Talis fuit concupiscentia filiorum Israel in deserto, qui abhorreabant Manna cibum delicatissimum, & desiderabant carnes, pepones, cucumeres, allia, & surulia. Vnde, & dicebant. Quis dabit nobis carnes ad uescendum? Recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis. In mentem nobis ueiunt cucumeres, & pepones, porri, cępe, & allia. Anima nostra arida est. Nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi manus. Cumque dominus satisfecisset concupiscentia eorum intendendo coturnices in abundantiā, & ex illis comedissent, quā uolebant, ita ut exirent per narē eorum, & nernerentur in eis in naufragium, ecce furor dñi cōscitatus in populu percussit eum plaga magna nimis, uocatusque est locus ille sepulchra concu-

concupiscentia, eo quod ibi sepelierunt populum, qui desiderauerat carnes Hęc. Nume. 11. De hac etiam concupiscentia hebreorum loquitur Psalmus dicens. Concupierunt cōcupiscentiam in deserto. Patet ergo, quā multipliciter homines peccatores cōcupiscent mala, cum tamen hoc prohibeat Apostolus in principio Epistolae hodiernę dicens. Non sumus cōcupiscentes malorum, Cui etiam sententia alludit dictum sapientis Eccles. 18. dicens. Post concupiscentias tuas, sup. malas, non eas. Nam si præstes anima tuę concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis, dēmoniis, qui gaudent; id est, ad modum gaudentis se habent de peccatis hominum. Et si pater de primo principali.

S E C U N D O principaliter Apostolus in præsenti Epistola interdicti quadruplicem nequitiam, uidelicet.

Idolatriam. Fornicationē. Tentationē. Murmurationē.

PRIMÒ igitur Paulus interdictit nobis omnibus idolatriam dicens: Neq; idolatrię efficiamini, sicut quidam ex ipsis, sup. hebreis, quemadmodum scriptum est, sup. Exod. 32. Sedit populus manducare, & bibere, coram idolo, & forsitan de idolothytis, id est, de his, qua prius obtulerant, & immolauerant idolo. Et surrexerunt ludere, id est uitulum adorare. Ut ludos facerent in ueneratione uituli fabricati opere fusorio. Nam ante ipsum choreas ducebant dientes. Ipsi sunt diti uir Israel, qui te eduxerunt de Aegypto. Vnde in Psalm. Fecerunt uitulum in Oreb, & adorauerunt sculptile. De origine autem dicitur idolatrię circa uitulum, aduentrum, quod ut legitur in historijs, in terra aegypti exhibat certis temporibus quidam uitulus de mari, id est, diabolus in forma uituli, & ascendebat in aerem, sub quo aegyptij tribus diebus tripudiabant comedentes, & bibentes. Et quia in exitu filiorum Israel de Aegypto multi aegyptij conuersi ad iudaismū ex signis mirabilibus, quæ uiderant fieri per manum Moysi in terra Aegypti, simul etiam cum illis exierant, ideo dicti aegyptij adhuc retinentes prauam cōsuetudinem terræ suę adorabant uitulum conflatilem. Ad quod etiam faciendum suo malo exemplo induxerunt multos hebreos.

M O R A L I T E R. Ex prædictis liquet aperte, quā mala est ociositas, & quanta mala ex ea apta sunt oriri. De populo enim hebreorum, id est, de aliquibus illius gentis, primè dicitur,

dicitur, quod sedit scilicet, per ocium ab omni labore, & aet
citio bono, & honesto cessando. Deinde dicitur, quod mand
cauerunt, & biberunt, sup. nimis abunde. Et tandem surrex
runt, ludere, idest, choreas coram uitulo aureo ducere, & hoc
in iniuriam creatoris sui, quia idololatrando. Vnde idolola
trare idem est, quod latrare, que soli vero Deo debetur, idolo
exhibere. Bene ergo ad ppositū loquitur scriptura Ecl. 24.
dicens: Mnlta malitia docuit ociositas. Hinc etiā Hiero. 3.
parte Epistolarū suarum, Epistola. 14.ca. 12. dicit sic. Firmissi
mē teneatis, quod omnis concupiscentiæ, & immunditiae, atq;
peccati mater est ociositas. Dicit etiā idem Hiero. ubi supra,
Epistola. 39.ad Rusticum monachum scribens, quod in des
iderijs est omnis ociosus. Dicit etiā Ouidius lib. de remedio.
Ociā, inquit, si tollas, periere Cupidinis arcus. Propterea de
nique clamat Dominus Ezecl. 16.de peccato Sodomē, & cau
ſilliū dicens. Hæc fui iniquitas, idest, causa iniquitatis
Sodomē fororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundan
tia, & ocium ipsius, & filiarum eius.

S E C U N D O Apostolus interdicit fornicationem, cum ait.
Neq; fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceci
derunt una die. 23. milia. Et de hoc habes Nume. 25. ubi lo
gitur, quod fornicatus est populus hebraeorum cum filiabus
Moab, quæ fecerūt eos idololatrare adorando Deos eorum. Propter quod iratus Dominus dixit ad Moysen. Tolle cun
ctos principes populi, & suspende eos contra solem in pati
bulis, ut auertatur furor meus ab Israel. Ideo autem iussit
Dominus principes populi suspendi, non quia fornicati suis
tent, sed quia fornicantur populum nō corripiissent debitam
penā infligendo. Post hæc præcepit Moyses iudicibus Israel,
ut unusquisque occideret proximos suos, qui initiati fuerant
Beelphégor. Quod & factum est, occisi quoque sunt. 23. milia
hominum. Hoc dictum sit ad explanationem dicti Apostoli.
Ex hac historia patet, quod principes, & quique superiores
puniuntur à Deo pro peccatis subditoruī, & hoc quando sunt
in causa huiusmodi peccatorum per negligentiam suam, iuxta
id, quod scriptum est. 3. Reg. 29. Custodi uirum istum, qui si
lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius. Vnde Origenes
super predicto passu libri Numerorum, dicit sic. Hæc si ho
mines cogitatent, non ambient principatus. Sufficit enim
cuicunque

tuique suis delictis argui, & rationem reddere. Quid necesse
est pro peccatis populi ostentari, contra solem, ante quem
nihil potest abscondi, uel obscurari? In die iudicij erit hæc
ostensio. Hæc ille.

T E R T I Ó Apostolus interdicit tentationē dicens. Neq;
tentemus Christum. Hoc enim prohibetur nobis Deut. 6. ubi
mandat Dominus dicens. Non tentabis Dominū Deū tuū.
Sequitur. Sicut quidā eorum tentauerunt, supp. olim Deum,
& a serpentibus perierunt. De hoc habes Num. 21. ubi legi
tur, quod tecle cepit populum Israeliticum itineris, ac labo
ris, locutusq; contra Dominum, & Moysen ait. Cur eduxisti
nos de ægypto, ut moreremur in solitudine? Deest panis, nō
sunt aquæ, anima nostra iam naufragat super cibo isto leuissi
mo. Ecce murmur populi. Sequitur pena, cum subditur.
Quāmobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes,
qui percusserunt populum mortisbus suis ignitis. Nota, si uis
quomodo iudæi, qui ante Dei incarnationem ipsum tenta
uerant in deferto dicentes tempore necessitatibus: Nunquid
poterit parate mensam populo suo? postmodum ipso incarna
to, & homine factō eundem tentauerunt multipliciter.
Primò quidem, quando in dolo uenerunt ad eum, ut scilicet,
caperent eum in sermone, dicentes. Magister dic nobis, licet
tributum dari Cesari, an non? Matt. 22. Item quando addu
cerunt ad eum mulierē in adulterio deprehensam, dicentes.
Magister, mulier hæc modū deprehensa est in adulterio.
Moyses autem in lege iussit nobis huiusmodi lapidare. Tu er
go quid dicas? hoc autem, inquit Euangelista, dicebant ten
tantes eum, ut possent accusare eum: Iohann. 8. Similiter eum
tentauerunt, quando signum de cœlo quæsierunt ab eo fieri,
ut legitur Luc. 11. Insuper alia uice ipsum tentauerunt Pha
risæi dicentes. Si licet homini dimittere uxorem suam qua
cumq; ex causa? Denique legitur Luc. 10. quod quidā legispe
ritus surrexit tentans eum, & dicens: Magister quid facien
do uitam æternam possidebas? Et quia plerique præcedentū
tentauerunt Christum, non ut scirent, sed vt eum deciperent,
ideo à serpentibus supp. infernalibus perierunt per æternam
damnationem. Et ideo caueamus, ne tentemus eum dñbi
tantes de diuinitate sua, aut omnipotentia, seu omniscienc
ia, sed fide firma credamus eum esse uerum Deum, aqualem
Deo

Deo Patri secundum diuinitatem, & minorem Patrem secundum humanitatem.

QVARTO. Apostolus interdicit nobis murmurationem aduersus Dominum dicens: Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum, scilicet hebreorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore, id est, ab angelo eos percutiente extra terminos terra promissionis. Baruch. 3. Exterminati sunt, & ad inferos descendenterunt. De murmure autem filiorum Israel contra Moysen habetur Exod. 16. ubi dicitur, quod murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen, & Aaron in solitudine, dicentes. Vt inam mortui essemus per manum Domini in terra Egypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate. Cur induxit nos in deserto, ut occideretis omnem multitudinem famel? Item de eodem murmure eiusdem populi aduersus prædictos fratres Moysen, & Aaron, legitur Num. 16. vbi dicitur, qd ob hanc causam percussi sunt quatuordecim milia hominum, & septingenti. Verum autem iste exterminator fuerit angelus bonus, vel malus, scriptura non exprimit. Verisimile tamen est, quod fuerit angelus malus. Nam communiter angelii mali sunt executores, & ministri diuine iustitiae, iuxta illud Pfl. Misit iram indignationis suj, indignationem, & iram, & tribulationem, immisionem per angelos malos: Pater ergo ex prædictis, quantum displiceat Deo uitium murmuris, de quontantam fecit ultiōne. Nota etiam, quod non absque causa Apo. ad quatuor prædicta peccata, qd nobis specialiter interdicit, adducit exempla, & punitiones corum, qui contraria fecerunt. Hoc enim facit, ut in auctoribus nobis incutiat timorem. Ac si aperte diceret. Si prædictos imitati fueritis in culpa, etiam post modum imitabimini in poena, & præfertim in alio seculo.

NO T A N D V M ergo est, quod murmurare contra Dominum est grauiissimum peccatum. Cuius grauitas principaliter ostenditur in hoc, quod dictum peccatum.

Insurgit. Excludit. Includit.

PRIMÒ igitur peccatum murmuris insurgit, siue insurgeat facit hominem contra Deum factorem suum, adeo ut dicat August. super Iohann. tractatus 26. quod de nulla re populus indecorum magis Deum offendit, quam contra ipsum murmurando. Vnde Greg. lib. 5. moral. ca. 26. expounēs illud Job. 4.

Nunquid

Nunquid homo factore suo purior erit? dicit sic. Quisquis de percusione murmurat, quid aliud quam iustitiæ ferientis accusat? Puriorem ergo suo factore se ut astimat, si contra flagellantem querelam parat, eumq; proculdubio sibi postponit, cum eius iudicium de sua afflictione redarguit. Hæc ille. Fandem etiam sententia ponit Isido. lib. 3. de summo bono, ita dicens. Qui flagella sustinet, & contra Deum murmurat, iustitiam iudicantis accusat. Hæc ille. Istud igitur attende, redeberent illi, qui in aduersis positi dicere solent: Nescio, quid feci contra Dominum, propter quod me tam gravioriter, siue tandem flagellat. Tales ergo attendere debent, qd Deus plerunque iustum flagellat, ne de iustitia superbens eadat, ut dict idem Isidorus ubi supra.

SE CVNDÒ peccatum murmuris excludit, supp. hominem à societate Dei, & sanctorum eius cum eo, regnantium in celo. In cuius figurâ legitur Num. 14, quod Dominus iratus cōtra populu Israhelicum murmurantem contra Moysen, & Aaron, ait ad Moysem. Dic populo huic: Omnes, qui numeri ati estis à 20. annis, & supra, & murmuratis contra me, non intrabitis terram promissionis, præter Caleph filium, Iephone, & Iosue filium Nun. Dicit etiam Greg. homil. 19. quod regnum celorum nullus murmurans recipit, nullusq;, qui ipsum accipit, murmurare potest. Tales etiam murmuratores, siue sint in clauistro, siue in alia congregatione, aut domo, maxime si apparet incorrigibles, debent excludi ab aliorum consortio tanquam membra putrida, & perturbatores pacis, atq; quietis aliorum. Vnde in decretis dist. 90. alienus. sic dicitur. Alienus sit à fratribus societate, & unitate, qui murmurat, & opus eius abiiciatur, qui murmurans extiterit. Vnde gl. super illo uerbo, & opus, id est, oratio eius, si clericus est. Nam opus clerici est orare, ut patet dist. 36. cap. vlt. quod incipit. Si q; s. vult. Vel opus. i. oblatio, si est laicus. Quia opus laici est offere oblationem in Ecclesia, ut patet. 12. q. 1. duo.

TERTIÒ peccatum murmuris includit murmurantem finaliter in infernum. In cuius rei testimonium legitur Num. 16. quod Dathan, Chôre, & Abiron subito descendenterunt in infernum uiuentes, & hoc ideo, quia murmurauerant cōtra Moysen, & Aaron fratrem eius, uolentes seditionem facere in populo aduersus eos. Insuper ducenti quinquaginta uiri, qui illis

Ser. Do. G. Pep. Pars Aestiu.

R fate-

fauebant, igne egresso à Domino consumpti sunt in momen-
to, ut haberet ibidem . Similiter in eodem cap. ut prius reci-
tatum est, legitur, q̄ orta seditione populi aduersus Moysem,
& Aaron (volebat enim eos populus interficere) cūcurrent
predicti duo sanctissimi uiri, & fratres ad tabernaculū Domi-
ni, & mox apparuit gloria Domini desuper. Igne autē à Do-
mino egreſſo perierunt de populo. 14. milia , & septingenti.
Præterea legitur Num. 21. quod cum populus murmurasset
contra Moysem, & Aaron propter defectū aquæ, misit Domi-
nus serpentes ignitos contra populum, quorum morsu mul-
ti perierunt. Possimus autē in proposito dicere ueraciter, &
apertē id, quod dicit Apost. in præfenti Epistola , uidelicet, q̄
omnia in figuris contingebant illis. Hoc est dicere, quod po-
ena temporalis & corporalis, quam misit Dominus cōtra pr̄
dictos murmurantes, præfigurabat poenā eternā, quam illis
daturus erat in inferno . Ex quibus omnibus concluditur, q̄
murmur includit murmurantē finaliter in carcere inferni.
Propter quod salubriter consilii scripture Sap. 1. dicens.
Custodite nos à murmuratione, quae nihil proficit. Quinimo
multum obest, ut patet per allegatas historias: Rationem au-
tem, cur custodire nos debemus à murmuratione, assignat sa-
piens ubi supra, cum ait . Quoniam aures celi, id est, Dei, qui
regnat in celis, audit omnia , & tumultus murmurationum
tam cordis, quam oris non abscondetur, sup. ab eo. Et sic pa-
tet diffusè de secundo principali .

T E R T I Ó . principaliter Apost. in præfenti Epistola repro-
bat humanam arrogatiā dicens. Itaq; qui se existimat stare,
idest, qui præsumit firmiter stare in bono iuritutis, & gratia,
uideat, ne cadat, scilicet, ad impulsū tentationis in foueam
peccati. Bene autē dicit (existimat) quia nescit homo, utrum
odio, vel amore dignus sit, & hoc per certitudinem. Potest ta-
men de hoc habere aliquā coniecturā . Nonne Lucifer bene
existimat se securē stare in celo , cum ex arrogantiā dice-
bat, illud Esa. 14. In celum condescendam, supra altra Dei exal-
tabo solium meum, sedebō in monte testamenti, in lateribus
a quilonis, ascendam super altitudinem nubium , similis ero
altissimo. Et tamen turpiter cecidit in abyssum. Vnde Domi-
nus ad eum: Veruntamen ad infernum detraheris in profun-
dum laci . Similiter David existimat se ualde securum à
peccato,

peccato, quando dicebat. Ego autē dixi in abundantia mea,
non mouebor in aeternū, scilicet à gratia in peccatum .
Et tamen postmodum turpiter corruit tam per adulterium,
quam per homicidium , ut patet. 2. Reg. 11. Huiusmodi ergo
existimatio , siue præsumptio standi in bono iuritutis fuit, &
est multis occasiō cadendi turpiter in peccatum, ut inde hu-
milienter. Et de hoc habemus figuram de illo maximo, & po-
tentissimo Golia, qui se existimat stare , & tamen turpiter
à paruolo pastore Dauid in funda, & lapide prostratus est su-
per terrā occisus. 1. Reg. 17. Nullus ergo, quantumcunq; san-
ctus, aut magnus debet præsumere de propria iustitia, sed de-
bet esse in continuo timore ne cadat. Quia ut dicit Boetius.
de consola.lib. 1. metro. 1. Qui cecidit, stabili non erat ille gra-
du. Propter quod nos admonet Apost. Eph. 4. dicens. Vide, q̄
quomodo cautē ambuletis. Vnde satis ad propositū Chryso.
super Matt. hom. 27. dicit mirabile nerbū . Nouimus, inquit,
multos ad ipsius cœli ferè uerricem confundisse, omnes iur-
utes numero habuisse , deserta , deuaq; loca uita hominum
aliena coluī: ē, ac denique foeminam, neq; in somnis quidem
uidisse, & tamen negligenter lapsos ad uitiorum barathrum
deuenisse. Merito ergo ab Apostolo dictum est. Qui se exi-
stimat stare, uideat, ne cadat. Hæc ille.

M O R A L I T E R notandum iuxta prædictum uerbum.
Qui existimat , &c. quod multa sunt , q̄c faciunt hominem
cadere corporaliter, quæ spiritualiter intellecta faciunt cun-
dem cadere spiritualiter.

P R I M Ó igitur debilitas uirium corporalium facit aliquā
cadere corporaliter . Da exemplum de pueris, de infirmis, de
decrepitis . Sic spiritualiter repeditas, & remissio pœnæ ope-
randi facit multos cadere in peccatum . Propter quod nos
admonet Esa. 3. 5. dicens. Confortate manus dissolutas, & ge-
nua, &c. Possimus etiam referre prædictam debilitatem ad
eos, qui sunt adhuc imperfecti , & nouiter conuersi de statu
peccati ad statū gratia . Tales nempe de facili cadunt in pec-
catum, tum propter debilitatem uirium interiorū animæ, tum
propter priorem consuetudinē male agendi, qua non statim
totaliter deletur , sed paulatim per exercitium, & frequentia-
tionem bonorū operum. Et hinc est, quod nouiter cōuersi de
via sua mala experiuntur magnā difficultatē in bene agēd o.

Dominica II. post Trinit.

S E C V N D ò onus graue humeris impositū facit aliquę corporaliter de facilī cadere, sicut etiam uidemus asinum cādere sub nimio onere. Ita spiritualiter mūlti cadunt sub one re peccati, quod est grauissimum, ita ut ipsum portare nequie rit cōclūm, sicut patuit de peccato angeli. Neque similiter terra ipsum portare potest, sicut paruit de peccato Dathan, Chorē, & Abiron. Nam sub illis aperta est terra, & descend erunt in infernum uiuentes, ut prius patuit. Similiter post generalem Resurrectionē omnium terra non poterit portare miseros peccatores, quominus nō descendant in profundi um inferni. Propter quod David sentiens grauitatē iniquitatum suarum dicebat. Sicut onus graue grauatae sunt super me. Dicit etiam Greg. quod peccatum, quod per p̄sonitatem non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit.

T E R T I ò lubricitas vię facit aliquem cadere corporaliter, sicut contingit tempore pluviali. Sic etiam spiritualiter lubricitas luxurie facit multos egregios, & magnos viros turpiter cadere, simul exceſans eos, ut non confidenter malum, quod operantur. Vnde Psal. Hæc uia illorum, tenebre, & lubricū: Practica qualiter haec lubricitas fecit cadere David à sua sanctitate, Salomonē à sua sapientia, & sic de multis alijs.

Q V A T ò cęcitas facit aliquem de facilī cadere corporaliter. Sic & ignorantia agendorum, quae est quædā spiritualis cęcitas facit aliquem cadere spiritualiter, tam pralatum, quam subditū. Et de utriusq; cęcitate simul loquitur Christus Matt. 15. dicens. Si cecus, sup. pralatus, cęco scilicet, subditio, ducatum præstet, ambo in f.c. uidelicet, in foueam peccati in p̄fensi, & inferni in futuro. Et breueri ibi cadunt omnes, qui operantur iniquitatem. Qui ergo se existimat stare, uideat, ne cadat. Et sic patet de tertio principali.

Q V A R T ò principaliter apostolus in hodierna Epistola ostendit diuinam clementiā, & bonitatem, cum ait. Fidelis autem Deus est, qui non patierit, &c. Quia enim prius Apost. fecerat mentionem de tentatione, dicens. Tentatio uos non apprehendat, nisi humana, idest, nulla peccati delectatio uos apprehendat, nisi forte uenialis, sine qua uita humana nō du citur, quia ut habetur, 3. Reg. 8. Non est homo, qui semper perficiat bonū, & non peccet. Et 1. Iohann. t. Si dixerimus, quia pec catum non habemus, &c. Et nota, quod dictū Apost. dicens,

Tentatio

Sermo I. de Epist.

131

Tentatio uos, &c. intelligitur nō indulgendo, sed permitten do. Hic consequenter colosatur tentatos, dicens. Fidelis autem Deus est, idest, uerax in promissis, qui se protectorem electorum suorum promisit, ut dicit glor. interl. qui nō patietur uos tentari supra id, quod potestis. Quod tamen facere posset diabolus, si permetteretur tentare secundum totum suum conatum, quia ut habetur Iob. 40. Non est potestas super terram, qua ei comparetur, qui factus est, ut nullum timeret: Sed faciet cum tentatione prouentum, idest, uirtutis augmentum, ut possitis sustinere, scilicet, tantum pondus pralij, & ne deficitias in lucta, sed uincatis, ut dicit interl. Hinc Iaco. 1. dicitur. Omne gaudium existimate fratres, cum in uarias tentationes incideritis.

C I R C A huiusmodi tentationes notanda sunt multa.

P R I M V M est utilitas. Quod enim tentemur à diabolo, dummodo tentationi noui consentiamus, sed potius resistamus, hoc ad magnam nostram utilitatem spiritualem cedit. Nam inde exercetur uirtus, crescit uitę meritum, & tandem maius dabitur in cœlis præmiū. De primo dicit Greg. quod tentatio non est peccatum, sed materia exercende uirtutis. De secundo dicit Apost. in præsenti Epistola, quod Deus dicit cum tentatione prouentum, idest, uirtutis augmentum, ut dicit interl. Quoties enim homo tentationi diaboli resistit, toutes apud Deum meretur. Detertio dicit Hiero. 4. part. Epistoliarum suarū Epistola. 18. Deus, inquit, omniū rector, ac Dominus, cum omnium angelorū militia certamen tuum spectat, tibi, contra diabolū dimicanti parat aeternitatis coronā, & celeste præmium. Hæc ille. Ad idem etiā propositū loquitur deuotus Ber. ser. 5. quadragesime, sic inquiens. Ecce inflamat inimicus desideriū cibi, uanitatis, aut impatientię cogitationes immittit, aut similiter excitat libidinis motum, tu ne consenseris, & quoties resticeris, toties coronaberis. Hæc ille?

S E C U N D V M notandum circa huiusmodi tentationes diaboli dicitur facilitas. Nam quantumcumq; ille hominē impugnet, ita ut dicatur habere mille nocendi modos, ut notatur. 26. q. 4. sciendū. Nihilominus, cum Dei adiutorio facile potest illi resistere, iuxta illud Apo. uerbā. Phil. 4. Omnia possum in eo, qui me cōfortat, dicit etiā Aug. exponēs illud Psal. Potestas Dei est, & tibi dñe misericordia, q̄ deus dat potestatē

R 3 tentatori,

Dominica IX. post Trinit.

tentatori, ipse tentato præbet misericordiam, & uirtutem resistendi. Ad mensuram enim permittitur tentare diabolus. Noli ergo timere. Habes enim Misericordissimum Salvatorem contra tentatorem, cui permittitur tantum tentare, quantum tibi prædest, ut exercaris, & proberis. Hac illæ. Insuper, ut dicit idem August. hom. 12. Diabolus non cogendo, sed suadendo nocet. Nec extorquet à nobis consensum, sed petit. Dat enim ille consilium, sed Deo auxiliante nostrum est, uel eligere, uel repudiare, quod suggerit. Hæc illæ.

T E R T I U M notandum circa prædictas diaboli tentationes dicitur celeritas. Debemus nempe celeriter, & festinanter resistere huiusmodi temptationibus, quâm primum illas sentimus, iuxta illud Psal. Beatus, qui tenebit, & allider paruulos suos ad petram, idest, primos motus, sive quæcumque tentationes diaboli, dum adhuc paruulæ sunt. Sed quæ est petra, ad quam allidi debent huiusmodi paruuli? Certe illa est, de qua Apo. 1. ad Corin. 10. Petra autem erat Christus. Tunc ergo tentatus allidi paruulos suos ad petram, quando occurrente tentatione recurrit ad Christum, tanquam ad tutum refugium, & optimum remedium. Quia ut habetur in Ps. Petra refugium herinacij, idest, Christus debet esse refugium his, qui replentur aculeis temptationum. Quod ubi diligenter fecerimus, proculdubio diabolum, cum suis temptationibus à nobis fugabimus. Sicque tandem ad petram Christum gloriösè in celis regnante perueniemus. Ipso præstante, qui cum patre, &cæt.

Dominica Nona post Trinitatem. Sermo secundus de Euangelio.

Homo quidam erat diues, qui habebat uillam. Luc. 16 Pro introductione præsentis sermonis mouetur quæstio talis. Vtrum de illicitè acquisitionis possit uiilicus facere eleemosynam? Pro solutione huius dubii, quod proponit Beatus Tho. 2.2. q.32. artic.7. premitam quandam distinctionem. Deinde subiungam aliquas neritates. Distinctio ergo talis est.

CON-

Sermo II. de Euang.

132

C O N T I N G I T aliquid esse tripliciter illicitè acquisitum. Primo modo sic, quod tale quid non potest iustè reineri ab eo, qui ipsum acquisiuit, sed debet reddi, & à quo est iniuste acquisitum. Da exemplū de eo, qđ est acquisitum per fursum, aut rapinam, sive usuram. Secundo modo contingit aliquid esse illicitè acquisitum, sic qđ ille, qui acquisiuit huiusmodi bonū, non potest ipsum retinere cum bona conscientia. Nec similiter debet restituiri illi, à quo est acquisitum, quia tam ille, qui acquisiuit, quām ille, à quo acquisitum est, contra iustitiam egit. Ille quidem accipiendo. Iste uero tradeudo. Da exemplum de eo, quod acquiritur per simoniam, in qua tam accipiens, quām ille, qui dat, facit contra iustitiam, & diuinam legem. Tertio modo contingit aliquid esse illicitè acquisitum, noui quidem sic, quod ipsa acquisitione sit illicita, sed quia medium, per quod acquiritur est illicitum, & diuina lege prohibitum. Da exemplum de eo, quod mulier acquirit per meretricium, quod propriæ vocatur turpe, & est contra legem diuinam. Nihilominus nō iniuste agit in hoc quod aliquid accipit, nec contra legem Dei facit. Hac ergo distinctione trimembri prælibata ponam consequentes tres ueritates.

P R I M A igitur ueritas. De illo bono, quod est acquisitum primo modo, quod, scilicet, non est acquirentis, sed illius, à quo est acquisitum, noui potest fieri eleemosyna. Cuius ratio est, quia eleemosyna debet fieri de proprio iuxta illud Propter. 3. Honora Deum de tua substantia. Item Thobig. 4. Ex substantia tua fac eleemosynam. Huiusmodi autem substantia propria, sive quæ est nostra, est triplex. Prima redditus ecclesiasticus, de quo eti beneficiatus non habeat plenam, & perfectam proprietatem, habet tamen illius administracionem, & dispensationem, quæ committitur conscientiæ sive. Secunda proprium. Tertia res acquisita proprio labore, & cum sudore corporis sui. De prima substantia fit bona eleemosyna. De secunda melior. De tertia optima. Bene ergo dictum est à Thobia instruens filiu suum, & in eo ceteros possidentes substantiæ huius mundi. Ex substantia tua fac eleemosynam. Patet ergo, qđ eleemosyna deber fieri de proprio. Modò sic est, quod est acquisitum primo modo, s. perfurtu, rapinam, aut usuram, non est possidentis, sed illius, à quo iniuste

Dominica IX. post Trinitatem.

stè acquisitum est, sive ablatum, & per consequens est illius. stituendum sub pena æternæ damnationis, igitur de talibus non potest fieri eleemosyna. Et hoc intelligendum, nisi in casu, in quo ignorans ille, cui restitutio fieri debet. Aut si sit, tamē recessit à patria, & iuit in terram longinquam, nunquam inde reuersurus, nec illud, quod restituendum est, est res magnæ importance, seu ualoris. Aut forsan mortuus est ales hærede. In talibus enim casibus iniustè ablatum dandum est, in pios usus ad discretionem boni, & probi viri, sive sit confessor, sive alius. Quod si ablatum, sive iniustè acquisitum sit res alicuius estimationis, & ille, q. iniustè acquisivit, se absentauit mutando locum, & patriam, tunc proprijs expensis debet remittere rem iniustè acquisitam ad uerum dominum illius. Quod si econuerso dominus rei mutauit locum, tunc ad expensas illius debet ad ipsum mitti, quod ab eo iniustè est ablatum. Et de hoc plenius scripti in opere super Confiteor, tractatu, quarto. Et sic patet diffusus de prima ueritate.

S E C U N D A ueritas. De illo bono, quod est acquisitum secundo modo, quod scilicet, non est acquirentis, neque illius, à quo est acquisitum, sicut patet de bono simoniacæ acquisito, debet fieri eleemosyna. Tale nempe bonum non est amplius dantis, eò quod turpiter illud dedit. Vnde & in penam peccati sui dominii rei perdidit. Similiter non est accipientis, eò quod iniustè accepit, quia precium rei spirituialis. Propter quod Greg. in registro, & recitat. 1. q. 1. quicunque sacros, dicit sic. Quicunque sacros ordines vendit, aut emunt, sacerdotes esse non possunt. Vnde scriptum est, anathema danti, anathema accipienti. Ex quo patet, quod uterque est excommunicatus. Idem habetur ubi supra cap. placuit, ut de ordinatione. Ex quo ergo substantia simonia cè acquisita modò nō est datis, neq; accipientiis, ne pereat, debet pauperibus dari. Et si dicatur in contrarium, quod eleemosyna debet fieri de proprio, conceditur accipiendo proprium, ut opponitur alieno. Modò qui facit eleemosynam de bono simoniacæ acquisito, non facit eam de alieno, sicut facit usurarius, aut latro, quia ut dictum est, ille, qui a liquido dedit in materia simoniaca, perdidit dominium illius, quod dedit. Et ideo de illo facere eleemosynam potest.

T E R T I A ueritas. De illo bono, quod est acquisitum ter-

Sermo. II de Euang. 133

tio modo, scilicet, per indebitum medium, utpote per mere tricium, potest fieri eleemosyna. Quamvis ergo huiusmodi bonum sit acquirentis, & possit acquirens illud iniustè retinere, consilium tamen est, ut inde faciat eleemosynam. Sic enim agendo meretrix peccata sua quodammodo redimit, prout dictum fuit regi Nabuchodonosor per Danielem Prophetam. Peccata tua, inquit, eleemosynis redime. Danie. 4. Item Thobia vigesimo secundo dicitur, quod eleemosyna à peccato liberat. Et Prover 13. Redemptio uiri, diuitia eius. Ut & Ambro. lib. de Helia, & ieiunio. c. 10. Habemus inquit, plura subsidia, quibus peccata nostra redimamus. Pecuniam habes, redime peccatum tuum. Non uenalis est dominus, sed tu ipse uenalis es. Peccatis tuis uenundatus es, redime te opibus tuis, redime te pecunia tua. Vilis pecunia, sed preociosa misericordia. Hæc ille. Patet ergo, quando de illicite acquisitis possit uillicus facere eleemosynam, & quando non. Propter quod dominus in fine Euangelij hodierni dat salubre consilium diuitibus huius saeculi dicens. Facite uobis amicos de Mammona iniquitatis, ut cum, &cet.

IN præfenti ergo euang. Christus principaliter duo facit.

PRIMO enī salubrē parabolā pponit. In principio euang.

S E C U N D O tandem utiliter exponit. Ibi. Facite uobis amicos, &cet.

QUANTVM ad primum sciendū, q. Christus in præsentí euangelió inuitat nos ad eleemosynarum largitionem, & hoc sub parabolā, seu exemplo hominis uillici. Ideo aut̄ adducit dictam parabolā, ut per hoc intelligatur, q. sicut dispensor faciens curialitationem de bonis dñi lui, tandem fuit receperus in dominibus illorum, quibus prius beneficerat, sic & diuites huius saeculi, si de bonis sibi à Deo traditis ad hoc, quod ea dispensent fideliter, dederint pauperibus, indubie recipiuntur in domo ipsorum, quod est regnum celorum, iuxta illud Mat. 5. Beati pauperes spiritu, qm̄ ipsorum est regnū celorum. Dicit ergo Christus. Homo quidā erat diues, qui &c. Vnde de isto uillico in dicta parabola quatuor tanguntur.

PRIMVM est ipsius officium. In principio euangeli.

S E C U N D U M est officij periculum, quia diffamatus est, &c.

T E R T I U M est periclitantis consilii, quia ait intra sc. &c.

Q V A R-

Dominica IX. post Trinit.

Quatum est consilij præconium, quia laudauit dominus uillicum.

P R I M ð igitur tangitur ipsius uillici officium, quia uillicus erat, id est, uille custos, siue economistus. Est autem economistus, dominus, siue familiæ dispensator.

M Y S T I C E' secundum dominum Hugonem Cardin. per uillicum, qui est custos uille, siue dispensator familiæ domini sui intelligitur Prælatus, qui est custos Ecclesiæ sibi commissæ, & qui habet dispensare bona domini sui familiæ illius, id est, Ecclesiastica Sacra menta deuotis christianis sibi subditis, iuxta illud uerbum Pauli. Act. 2. Attende, inquit, uobis, & uniuerso gregi, in quo posuit uos Spiritus sanctus Episcopos regere Ecclesiæ Dei, quam acquisuit sanguine suo. Commendat autem dominus istum uillicum in multis, in quibus spiritualiter est imitandus. Non tamen in fraude, quam fecit contra dominum suum. In qua tamen plerique dispensatores, procuratores, & officiariori ipsum imitantur.

P R I M V M igitur, in quo commendat dominus hunc dispensatorem, est, quia prævidit uillicationem suam esse finiendam. Vnde dicit dominus meus aufer à me uillicationem. Sic quilibet Prælatus debet præuidere prælationem, & auctoritatem suam citò esse finiendam. Quia ut haberetur Ecl. 10. Ois potentatus uita breuis. Item Prou. 27. Diligenter agnosce uultum pecoris tui, tuosque greges considera. Non enim habebis ingredi potestatem.

S E C U N D U M est, quia præcogitauit, quomodo sibi succurreret in futurum. Vnde dixit. Quid faciam, quia dominus, &c. Sic omnis Prælatus debet sibi in futurum prouidere. Si enim eum admoverit scriptura Prou. 6. dicens. Vade ad formicam, & piger, &c. quæ congregat estate, quod comedat hieme. Notandum tamen, quod Prælatus non debet esse mul tum sollicitus de futura prouisione temporaliū, nisi forsan, quantum sibi, aut pauperibus est necesse. Nam superflua sollicitudinē prohibet dominus Matt. 6. dicens. Noite solliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Scit enim pater uester ecclesiæ, quia his omnibus indigetis. Querite ergo primum regnum Dei, &c.

T E R T I U M est, quia considerauit statum suum, seu facultatem corporalem. Vnde dicit. Fodere non ualeo, men-

Sermo II. de Euang.

I 34

dicare erubesco. Sic Prælatus debet statum suum, & posse suū attendere. Iob 5. Visitans speciem tuam non peccabis, hoc autem male faciunt illi Prælati, qui cum sint ignari, & imbecilles, hoc tamen non considerant, sed absoluunt sibi cōfidentes ab omnibus, & à quibusdam alijs. Et quod graue est, erubescunt mendicare consilium à uiris doctis, & literatis, feliciter, ignari uideantur.

Q U A R T U M est, quia dominum suum largum declarat, cuius bona largiter dedit, & debita condonauit. Vnde dixit uni debitori domini sui. Quantum debes domino meo? Sic Prælatus non debet esse avarus, aut tenax misericordiæ Dei, cuius est dispensator in Sacramenti absolutione, sed largus, & magnificus maximè, cum magister eius Christus sit ualde largus in remittendis peccatis, hoc patuit in Magdalena fœtate pedes eius, cui statim dixit. Remittuntur tibi peccata tua. Lu. 7. Vnde Iac. 1. Dat omnibus affluenter, & nemini im properat.

Q U I V I T U M est, quia discreuit inter dona, domini sui. Plus enim de oleo, quam de tritico condonauit. Vnde dixit debitori olei. Scribe quinquaginta. Vbi tamen debitori triti ci dixit. Scribe octoginta. Sic, & Prælatus debet habere magnam discretionem in penitentijs iniungendis, & taxandas. Debet enim considerare grauitatem delicti, & qualitas tem cōfidentis.

S E X T U M est, quia cautionem, & scripturam recepit à debitoribus domini sui de bonis illis traditis. Sic, & Prælatus debet exigere cautionem, id est, præmissionem à sibi cōfidente, quod non intendat à cetero redire ad peccatum. Nō est tamen tutum exigere hoc sub iuramento, & hoc propter periculum periurij. Insuper, quia, & ipse cōfidentis est ad hoc satis obligatus per legem diuinam. Patet ergo, quomodo per uillicum intelligitur Prælatus Ecclesiæ, qui habet dispensare populo fideli principaliter tria, & præcipue si sit Episcopus, & suprà, haec sunt Ecclesiastica Sacra menta, ut præ ordines, confirmatione, Eucharistia, Pœnitentia, &c. Item Ecclesiastica beneficia personis idoneis, non habito resp̄ctu ad consanguinitatem, affinitatem, obsequium, preces, aut huiusmodi. Item bona temporalia. Ideo enim Prælatus Ecclesiæ deputatur temporalia, ut habeant, vnde sufficienter sustentent, re secando

secundo omnem superfluitatem, & abusum, & de reliquo fluentent ecclesiastis, sibi commissis, similiter & pauperes Christi. Sed proh dolor, hodie pauci tales dispensatores inueniuntur fideles, quinquo multi eorum dissipant bona domini sui per abusum. Sed de hoc forsitan poitea.

M Y S T I C E & aliter homo quidam diues est Christus, de quo hic tria dicuntur. Primum est, quod vocatur homo. Et uerè sic est. Hic est enim homo ille, de quo in Psalm. Homo natus est in ea, scilicet, Christus in utero virginis. Secundum est, quod dicitur quidam, quasi discretiuè, et s. quod non habeat parem. Eccles. 4. Vnus est, & secundum non habet. Tertium est, quod dicitur diues. Et uerè diues in tribus thesauris. Primò quidem in thesauris temporalibus, quia dominus est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, &c. Secundò uero in thesauris spiritualibus. Ephe. 2. Deus autem, qui diues est in misericordia. Item Col. 1. In eo sunt omnes thesauri sapientie, & scientie absconditi. Tertiò autem in thesauris celestibus, de quibus in Psalm. Gloria, & diuitiis in domo eius. Ecce ergo, quam bene, & quam recte dicitur de Christo. Homo quidam erat diues. Per uillicum autem huius magni domini intelligitur princeps terrenus, sive homo diues. Nam quilibet talis non est nisi economus, seu dispensator bonorum temporalium. Principis autem dominus illorum, & proprietarius est ille, qui est dominus universorum. Concedit tamen iste dominus diuitiis huius facili usum temporalium bonorum ad utilitatem, & necessitatem tam propriam, quam alienam, & non ut illa superflue sibi referuent. Quod male attendunt multi auari, & cupidi, qui thesaurizant, & ignorant, cui congregant. Vnde propter paucitatem, & raritatem fidelium dispensatorum bonorum temporalium loquitur Christus Luc. 12. dicens. Quisquis est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram. ET nota, quod hic tria tanguntur, quae debent esse in bono economo, id est, dispensatore bonorum temporalium.

P R I M U M est fidelitas, ut non exponant intulter bona domini sui, utpote in mulieribus, & fructibus ventris, ideo dicit fidelis. Secundum est discretio in bene utendo, sive debite illa pro loco, & tempore distribuendo, ideo dicit,

& pru-

& prudens. Tertium est, quod recognoscat hanc esse domini uoluntatem, ut scilicet, superflua bonorum suorum distribuat pauperibus Christi. Nam ideo fecit, eum Deus diuitiæ, ut hoc faciat, ideo subdit. Quem constitutus dominus super familiam suam, id est, super pauperes, ut det in tempore, sufficiens necessitatibus, & famis, tritici mensuram, id est, corporalem sustentationem, & hoc plus, uel minus secundum corum necessitatem, & ipsius dantis facultatem, iuxta illud Tho. 4. Si multum tibi fuerit, abundantier tribue. Si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter imparitri stude. Vnde bene ad propositum loquitur August. Homil. 47. ita dicens in persona domini. Ego plus dedi tibi, ut haberes, unde pauperi dares. Pauperi non dedi ob hoc, ut te probarem, non quia ambobus non habui, unde darem, sed quia uolui te probare per pauperem. Ego sum, qui diuitem, & pauperem feci, prærogatorem te constitui in bonis meis. Fac igitur pauperi misericordiam, quia nihil perdes, & me, qui tibi dedi, non offendes. Da, quid dubitas? Nam si dederis, ego plura dabo. Quid tibi soli uendicas, quod ambobus dedi? Quare tu solus comedis, quod ambobus creaui? Hæc Aug. ubi supra. Et sic patet de primo.

S E C U N D U M principaliiter in hodierna parabola tangit periculum officij uillisci. Et iterum istud periculum est multiplex, uidelicet.

Diffamationis, Citationis, Reprehensionis, Depositionis.

P R I M U M igitur periculum uillisci uocatur diffamationis, de quo subditur in euangelio, cum dicitur. Et hic diffamus est apud illū, scilicet, dñm suum, quasi dissipasset bona ipsius. Duo ergo dicuntur de uillisco. Primum est, quod diffamus est apud dominū suū. Secundum tangit materiam diffusionis, cum dicitur, quasi dissipasset bona ipsius, scilicet, prelatus ecclesiasticus populū sibi cōmissum malo exemplo corrūpendo. Princeps terrenus bona tam subditorum, quam extraneorum uolenter rapiendo. Quilibet christianus male congregando, uel male conseruando, uel male expendendo. Notanter autem dicit. Quasi dissipasset bona illius, quæ bona temporalia sunt principaliter, & autoritatiue bona Dei, iuxta illud. Iac. 1. Omne datū optimū, & omne donū perfectum defussum est, &c. Sed quia ipse dominus bonorum

rum

rum temporalium non indigeret, ideo uult, quod inde sumamus utilitatem.

M O R A L I T E R . iuxta illud . Diffamatus est apud illū, notandum, quod iste homo diues est Deus pater , ut dictum est, apud quem diffamat, siue accusatur multipliciter malus uillicus, id est, homo diues, qui est tantum dispensator bonorum illius, & qui illa male , & prodigie dispensat, siue, qui eadem auarè , & tenaciter conseruat. Primo nempe quenlibet talem diffamat apud dominum propria conscientia, que aliquando cum remorderet, ita ut iudicet seipsum dicentem se male agere, iuxta illud Ro.2. Testimonium redente conscientia ipsorum, &c. Secundò quenlibet talem diffamat, primum delictum, iuxta illud Hiere.2. Arguet tu malitia tua, & auersio tua increpabit te, id est, increpabilem ostendet. Tertiò quenlibet talem diffamat clamor uincinorum, iuxta illud Proverb. 11. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis. Vnde tempore caritatis solet populus dicere de diuite uarno, ille maledictus usurarius habet horrea, & granaria ple na tritico, sed nemo est, qui possit inde habere unum granum, neque pro Deo, neque pro argento. Econtra autem benedictio super caput uendentium, ut subditur ubi supra. Quartò quenlibet talem diffamat querela pauperum fame pereuentium iuxta illud Genel. 4. Ecce uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Vnde Berna. Epistola 42.ad Henticum Suestionēsem Archiepiscopum scribit in hunc modū, dicens. Clamant nudi, clamant famelicī, conqueruntur, & dicunt. Dicite pontifices in freno, quid facit aurum. Nunquid aurū in freno repellit frigus, siue esuriem ? Nostrum est, quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur, quod inaniter expenditis. Hac ille . Ecce quomodo diffamat malus uillicus apud dominum

M O R A L I T E R . Etiam notandum, iuxta illud , quod sequitur. Quasi dissipasset bona illius, quod tria sunt bona, quae conferunt dominus Deus ex economiis suis uidelicet, bona naturalia, bona corporalia, bona fortunalia. Sed prob dolor bona naturalia, ut sunt intellectus claritas, memorie tenacitas, sapientia, & scientia profunditas, & si qua sunt alia dissipant superbi, & uanigloriosi , qui ex talibus Dei donis superbiunt, & extolluntur, quasi à semetip̄s talia habeant, & non

non potius à Deo. Cum tamen dicat Apo 1.Corin.4. Quid, inquit, habes , quod non accepisti, si boni à Deo ? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti? Ac si aperte dicceret, quod non est gloriam ex talibus donis, sed potius debet homo se inde humiliare sub Deo, & gratias illi reddere. Benē ergo ad propositum de huicmodi doni loquens idem Apostl 1. Cor. 8.dicit, quod scientia inflat, id est, inflationis, & superbi occasio est, præsertim si sit absque charitate. Similiter bona corporalia , ut sunt fortitudo , sanitas , pulchritudo, & huiusmodi dissipant, & destruant luxuriosi, & gulosi. Nam luxuria, & gula enuerant, destruant, consumunt, & euicerant bonam corporis dispositionem, & inducunt multas, & uarias egreditudines. Et quidem de luxuria satis notum est. De gula autem loquitur sapiens Ecclesiastici 37. dicens. In multis escis erit infirmitas, & auditus, sup. cibi, & potus, appropinquabit usque ad cholera. Propter crapulā multo obierunt. Qui autem abstinent est, adjicet uitam. Preterea bona fortunalia dissipat prodigi, instar filij prodigi, de quo legitur Luc. 25. quod dissipavit substantiam suam uiuendo luxuriosè . Nec quidem solum tales prodigi dissipant substantiam suam temporalem uiuendo luxuriosè , uerum etiam in cibis superfluis, & potibus delicatis . Item in sumptuosis coniuicijs, & banquetis . Similiter in curiositate uestium, & huiusmodi uanitatis, sc̄culi. Nouerint ergo omnes tales. Similes , quod in die iudicij diffamabuntur, & accusabuntur à dæmonibus apud dominum, quasi dissipatores bonorum prædictorum illius, id est, que ab eo accepérunt. Propter quod consideratio huius merito deberet tales retrahere à peccatis, & insolentij suis multis . Patet ergo de primo periculo uillici.

S E C U N D U M periculum eiusdem uillici dicitur citationis, quia vocavit illum, supple, dominus sius . Illud autem periculum merito sequitur ad prædictos , quia uidemus, quod diffamationem aliquius sequitur citatio contra eum , quæ non est aliud , quam uocatio eius ad iudicem suum Ecclesiasticum, si talis sit clericus. Vbi notandum, quod huiusmodi citatio siue, uocatio fit multipliciter, ut potè inspirationibus interioribus, prædicationibus exterioribus, beneficijs evidentibus, flagellis multiplicibus, terribilibus comminationibus

tionibus : hoc enim modo olim citauit dominus Niniuitas per seruum suum Ionam , cum ait illis . Adhuc quadraginta dies , & Niniue subuerteret . Ioaq . 3 . hoc modo etiam olim citauit Ezechiam regem per seruum suum Esaiam , cum ait illi . Dispone domui tuę , quia morieris tu , & non uiues . Esaq . 38 . Denique ipse dominus homo factus citauit multoties mundum in suis prædicationibus terribiliter communando , cum ait Luc . 13 . Nisi pœnitentiam habueritis , omnes pe-ribitis .

T E R T I U M periculum dicitur reprehensionis . Et istud periculum tangitur , cum ait dominus uillici ad eum . Quid hoc audio de te . Vnde per hoc instruntur prælati , & quinq; iudices , similiter & omnes alij , q̄d non debent esse faciles ad credendum his , qui de alijs mala referunt . In cuius rei signum legitur Gene . 18 . quod dominus dixit . Clamor Sodomorum , & Gomorrhorum uenit ad me . Descendam , & uidebo , utru claram opere compleuerint . Dī etiam 1 . Iohannis . 4 . Nolite omni spiritui credere . Caueant tamen domini prælati , & indices , ne ubi fama laborat contra aliquem de subditis suis , sint tepidi , & negligentes in inquirendo ueritatem , sive per dispositionem testimoniū , sive alias . Quia agnita dicat cum bona actimonia reo . Quid hoc audio de te ? Es ne talis , vel talis ? Redde rationem uillicationis tuę , idest , dispensationis tibi commissę .

M O R A L I T E R . Cūm quilibet malus prælatus , aut publicus officiarius , qui est uelut uillicus domini , uenerit ad passagium mortis , tunc diffamabitur , idest , accusabit a multis , uidelicet , à bono Angelo suo . Item à Diabolo aduersario suo . Similiter à sanctis , & iustis . Et tunc Christus dicit il li . Quid hoc audio de te ? Redde rationem uillicationis tua . Primo quomodo intrasti ad prælaturam , uel officium publicum ? iuxta illud Matth . 22 . Amice quomodo huc intrasti ? idest , quis te introduxit ueritas , uel dolus , Spiritus sanctus , vel diabolus , sedis animarum , vel cupiditas nummorum ? Secundò , quomodo uixisti , scilicet , in prælatione , uel officio , an scilicet sicut sacerdos , uel sicut venator ? Tertiò , quomodo rexisti super populum tibi commissum , an sicut pastor bonus , vel sicut mercenarius ? Multa possent circa hoc prædicari , quæ remitto discretioni boni prædicatoris . Quartum

periculum dicitur depositionis prædicti uillici , hoc autem periculum tangitur , cum dicitur . Iam non poteris uillicare , scilicet , post mortem . Iohan . 11 . Venit nox , id est , mors quando nemo potest operari , scilicet , meritorie . Propter qd nos admitem scriptura Eccle . 9 . dicens . Quodcumque potest manus tua , instanter operare . Et apostolus Gal . 6 . Dum tempus habemus , operemur bonum . Pater ergo de quadruplici periculo officij uillici . Ex quo patet , quod illi , qui sunt super alios constituti , sive in spiritualibus , sive in temporalibus , sunt in maximo periculo , & per consequens habent ualde timore de sua salute .

T E R T I O principaliter , in praesenti parabola tangitur periclitantis consilium , cum subditur . Ait autem uillicus intra se , scilicet , timore perterritus . Quid faciam , ut , scilicet , peinas quitem eternas ? Et nota , quod non dixit uillicus , quid dicam , uel quid respondebo , quia apud summum iudicem Christum non excusat uerba allegatoria , sed opera meritoria : quia dominus meus auferit à me uillicationem ? hoc autem fit in morte , ideo prouidendum est , sibi prius de remedio opportuno , eo quod ubiunque ceciderit lignum , sive ad austrum , sive ad aquilonem , ibi erit , super perpetuū , ut habetur Ecclesia . 11 . Fodere non ualeo , mendicare erubescō . Similia uerba solent dicere prodigi , postquam sua consumperunt in ludis , confectionibus , aut lubricitatibus , quasi desperantes . Propero quod nonnulli talium dant se furtis , rapinis , & miseris multis , qui tandem miserabiliter intereunt , forsan in anima , sicut & in corpore . Sequens tex-tus est clarus .

M O R A L I T E R . Notandum , quod quilibet nostrum , cuiusunque etiam status , aut pontifex , debet fodere , & me dicare , nec debet se de hoc excusare . Fodere quidem per frequentem mortis considerationem . Qui enim fodit , terram cuerit . Quantum autem istud profit aperte declarat Sapiens Eccle . 7 . dicens . Memorare nouissima tua , & in aeternum non peccabis . Dicit etiam Hierony . tertia parte Epistoliarum suarum , Epistola 85 . quod non facile in peccata habitur , qui se moriturum cogitat , & Deum sibi fore iudicem non ignorat . Similiter debemus mendicare , quasi ostiatum nunc ab isto , nunc ab illo , nunc à rege , nunc à seruo illis ,

Dominica IX. post Trinit.

hoc autem fit, cum imploramus auxilium Dei, & sanctorum eius per deuotam orationem. Nam quoties oramus, totis mendicamus. Sed proh dolor. multi nolunt fodere per meditationem mortis, dicentes, quod hoc reddit hominem melancholicum, & tristem. Similiter multi erubescunt mendicantes, id est, orare secundum quod oportet, uidelicet, humiliter, reverenter, perseveranter, & huiusmodi. Sed non erunt tales, quod similiter Christus eos erubescet, cum uenerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum Angelorum, ut habetur Lucas nono.

Q uia R e T o principaliter in praesenti parabola tangitur consilij preconium, cum subditur. Et laudauit dominus uilem iniquitatis, id est, uillicum iniquum, non de fraude, & astutia, sed de prudentia, sive prouidentia, quia prudenter fecisset, id est, quia sibi prouiderat in posterum. Quia filii huius seculi, id est, homines mundani, & amatores huius seculi, prudentiores filiis lucis, id est, bonis sunt in generatione sua, scilicet, carnali, & mundana, quam sint filii lucis in generatione sua spirituali.

M o R a L i T E R. Notanda sunt duo circa praedicta. Primum est, quod mali sunt, & vocantur a Christo filii huius seculi, & hoc non sine causa: Primò quidem, quia huic seculo se conformant. Quod tamen prohibet Apostolus Rom. 12, dicens. Nolite conformari huic seculo. Secundò vero, quia in negotijs huius seculi se occupant. Quod similiter prohibet idem Apostolus 2. Timo. 2. dicens. Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus. Tertiò autem, quia ipsum seculum diligunt, nec aliquando uellent ab eo separari. Cū tamen dicitur Iac. 4, quod quicunque uoluerit esse amicus huius seculi, inimicus Dei constituetur. Secundum notandum est, quod boni, & iusti rationabiliter appellantur hic a Christo filii lucis, & hoc non sine causa. Primò quidem, quia faciunt opera lucis, id est, opera virtutosa, secundum quod consistit esse faciendum Apollo. Rom. 13. dicens. Abiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Secundò vero, quia habent conuersationem lucis, dicente Apostolo Phil. tertio. Nostra conuersatio in celis est. Tertiò autem, quia sunt amatores lucis, iuxta illud uerbum Divi Augusti. diligentis, quod oculis egriis odiosa est lux, quæ putis est amabilis.

Sermo. I. de Epist.

138

Iis. Patent ergo quatuor, quæ tanguntur in parabola praesentis Euangeli. Et per consequens de prima parte principali.

S E C V N D O principaliter Christus in praesenti Euangelio exponit predictam parabolam, ita dicens. Et ego uobis dico. Facite uobis amicos, scilicet, Angelos, & omnes sanctos. Item bonos, & iustos pauperes de Mammona iniquitatis, id est, de pecunia simoniacè accepta, uel affectu iniquo possessa. Vel de pecunia usuraria, quando non superest, cui fiat restitutio, siue qui accepit ad usuram, siue hares eius. In tali enim casu licet de tali pecunia facere eleemosynam, ut prius dictum est, in deductione questionis. Ut cum defecteritis, à uita presenti, recipiat uos, suis precibus, & meritis, in eterna tabernacula, de quibus in Psalm. Quam dilecta tabernacula tua domine uirtutum. Quæ quidem tabernacula nobis tandem conferat ille, qui in Trinitate, &c.

Dominica decima post Trinitatem, Sermo primus de Epistola.

C I T I S, quoniam cum gentes essent, ad simili fachra muta, &c. 1. Corinthiorum. duodecimo. Quamvis omnipotens Deus primordialiter unicum formaverit hominem, nihilominus non multo post ex eo multiplicatum est genus humaanum, atque in uarias sectas, & ritus diuisum. Ipse autem semper elegit aliquos, qui essent ueri cultores sui nominis, quamvis numero pauci, hoc autem patuit in triplici lege. Primò quidem in lege naturæ uoluit habere Abel, qui obtulit illi de primogenito gregis sui, & de adipibus eorum, similiiter & de fructibus terra munera. Gen. quarto. Similiter post diluvium elegit Noe, qui edificauit illi altare, super quo obtulit eidem domino holocausta. Insuper in eadem lege elegit Abraham, quem vocauit, & segregauit de medio nationis peruersæ, & idolatriæ dedit, hic etiam edificauit altare Domino, qui apparuerat ei, & inuocauit ibi nomen eius, ut habetur Gen. duodecimo. Secundò in lege scripta uoluit habere Moysen, & Aaton, cæterosque filios Israel, tanquam in sortem suam, & partem hereditatis suæ.

S 2 Quibus.

Dominica x. post Trinit.

Quibus etiam in signum distinctionis eorum ab alijs nationibus dedit Sacramentum Circumcisio[n]is . Item precepta decalogi in tabulis lapideis scripta , & ceremonias multas. Similiter præcepit sibi tabernaculum ædificari , quod transferebatur de loco in locum , quamdiu filii Israhel ambulauerunt per desertum . Tandem eis terram promissionis ingressus præcepit templum magnificum sibi in Hierusalem , construi , & erigi , ut in eo sibi sacrificia , & holocausta offerrentur . Tertiò in lege gratiæ elegit sibi in populum peculiarem duodecim Apostolos , ceterosque deuotos Christianos , tanquam partem hæreditatis sua . Vnde in Psalm. Ecce hæritas domini . Item Esa. 19. hæritas mea Israhel , id est , populus Christianus , qui uidet Deum per fidem rectam , quod sonat hoc nomen Israhel , quod videus interpretarur . Ecce ergo quomodo dominus Deus semper ab initio mundi elegit aliquos cultores sui nominis .

C A E T E R I autem , quibus non est datum nosse Deum , per fidem , dicti sunt gentes , siue Gentiles , quod idem sicut . Vnde Actu. 13. legitur , quod Paulus , & Barnabas dixerunt Iudeis . Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei , sed quoniam repellitis illud , & indignos vos iudicatis æternæ uitæ ; ecce conuertimur ad gentes , scilicet , prædicando eis ueritatem Euangelicam . Prædicti ergo populi dicti sunt gentes , à gigno gignis , eò quod generationi , & uoluptatibus carnalibus multum sint dediti , ita ut inter eos plures ux ores uni , & eidem viro deputentur , sicut pater de Mahumeritis . Alij uero absq[ue] lege Matrimonij uiuant se co[m]miserentes quibus , & quando uolunt , in hoc potius bestias , quam homines se ostendentes , & profidentes . Insuper quod grauius est , simulachra multa , id est , Idola pro uero Deo colunt , atq[ue] saltē olim colebant . Nunc autem huiusmodi idololatria per uniuersum orbem uidetur penitus destruta , ex quo , scilicet , disseminatum est ubique terrarum sacrū Christi Eu angelium . Vnde , & in primitiva Ecclesia multi tales idololatre ad prædicationem Apostolorum conuersti sunt ad fidem Christi , & prefertim apud Corinthios . Et de horum numero erant illi , quibus scribit idem Apostolus in presenti Epistola dicens . Scitis , quoniam , cum gentes essetis , ad simulacra muta , &c.

Sermo I. de Epif.

139

In presenti ergo Epistola Apostolus quatuor facit . Nam . Primo ostendit , quod à maligno spiritu est omnis mali commissio .

· In principio Epistolæ .

Secundò ostendit per oppositum , quod à diuino spiritu est omnis boni perfectio , ibi , ideo uobis , &c.

Tertiò addit , quod donorum Spiritus sancti multiplex est diuisio , ibi .

Diuisiones gratiarum sunt .

Quarto per euadem ponitur ipsorum donorum explicatio , ibi . Vnicuique autem datur , &c.

P R I M O igitur Paulus in principio præsentis Epistolæ ostendit , quod à maligno spiritu est omnis mali commissio , cum ait Corinthiis scribens . Scitis , inquit , quoniam , cū gentes essetis , id est , gentiliter uiueretis , euntes ad simulachra muta , id est , ad colendum , & adorandum , Idola quæ dicuntur simulachra , eo quod simulant se esse , quod non sunt . Itē huiusmodi simulachra , siue Idola dicuntur muta , eò quod in se sunt muta , utpote sine motu , & sensu existentia , cum sunt aurea , uel argentea , siue lapidea , aut de aliqua alia insensibili materia . Solet ramen quandoq[ue] Diabolus in eis latitans dare responsa , sicut frequenter factum est retroactis temporibus , etiam tempore Apostolorum . Vnde per hoc inducebantur homines adorare huiusmodi Idola . Et hoc est , quod ait Apostolus . Ducebamini , id est , inducebamini , euntes , supple , ad ipsorum templa uenerationis causa . Quod uero talia Idola in se sunt muta , probat Psal. cum ait . Os habent , & nō loquentur , &c.

M O R A L I T E R . Per hoc , quod dicitur : Ad simulachra muta , prout , id est , qualiter , euntes ducebamini , sup. à Diabolo , designatur , quod omnis , qui est in peccato mortali , est iumentum Diaboli , qui cum per unum peccatum , quasi per capistrum ducit ad aliud . Vnde Proverb. 6. Statim eam sequitur , quasi bos ductus ad uictimam . Propter quod Psalm. nos admonet dicens . Nolite , fieri sicut equus , & mulus , id est , nō permittratis uos infrenari à Diabolo . Quibus non est intellectus . Si enim equus sciret , quod infrenaretur , & in seruitudinem duceretur , non permetteret se infrenari . Quantò minus homo debet permettere se infrenari à Diabolo per peccatum .

Dominica x. post Trinit.

Alias comparabitur iumentis, & similis efficietur illis.

Q[uod] V[er]IT[Y]R circa hoc, vnde ducabantur olim Idola latre, cum ad Idola colenda ibant. Responderetur, quod ducabantur non coacti, sed potius seducti. Et hoc multipliciter.

PRIMÒ quidem ex pulchritudine ipsorum simulacrum, quæ communiter erat de auro, vel argento. Vnde Hieremias, in Epistola sua, quæ inscribitur Baruch. 6. premonens populum, qui captiuus ducendus erat in Babylonem, ait. Videlicet in Babylonia Deos aureos, & argenteos, & lapideos, & ligneos in humeris portari, ostentantes metum gentibus. Videamus ergo, ne & uos similes efficiamini factis alienis, & me tuatis, & metus uos capiat in ipsis, hæc ibi. Cœauat ergo simplices Christiani, ne speciem suam, & affectum ponant in pulchritudine imaginum sanctorum Dei, & non potius in imaginatum, sive in sanctos representatos per dictas imagines. Vnde ad obtiandum predicto periculo, apud Italos non solent imagines sanctorum eleuari, sive insculpi in lapide, aut ligno, sed in simplici, & plana pictura. Pater ergo, quomodo homines primò fuerunt seducti, & inducti ad adorandum Idola propter eorum pulchritudinem. Vnde etiam propter eandem causam aliqui fuerunt indocti ad adorandum Solē, alij Lunam, alij ignem, & huiusmodi. Et de hoc Sap. 13. sic dicitur. Vani sunt omnes homines, in quibus nō subest scientia Dei, id est, uera fides de Deo. Et de his, quæ uidentur bona, idest, quæ habent bonitatem naturę non potuerunt incligere eum, qui est, idest, Deum. Cūm tamen dicat Apostolus Roma. 1. quod inuisibilis Dei per ea, quæ facta sunt, à creatura mundi intellecta conspiciuntur. Neque operibus audentes agnouerunt, quis esset artifex, sed aut ignem, aut gyrum stellarum, aut Solem, & Lunam, rectores orbis terrarū Deos putauerunt, uocantes, supple, Solem Phœbum, & Lunam Dianam, quibus eriam figuram humanaam tribuebat. Sequitur. Quorum, & si specie delectati, idest, pulchritudine, Deos putauerunt, sciant, quantum his dominator eius, idest, Deus speciosior est, qui, scilicet, talia fecit, & tanta, & tam speciosa, cuius pulchritudinem Sol, & Luna mirantur, ut dicebat beata Agnes. Pater ergo de prima origine deceptionis Idololatriarum.

Sermo I. de Epist.

140

SECUNDÙ dicti idololatriæ seducti sunt, & inducti ad adorandum Idola ex imperio altioris potentie, utpote regū, aut principiū. Sicut legitur Danie 3. de Nabuchodonosor, qui fecit fieri statuam auream ad sui honorem, & in qua adoraretur. Simile legitur de Caio Imperatore Romano, qui, ut refert Iosephus li. 10. antiquitatum misit, statuam suam per totum imperium suum, ut in ea adoraretur. Similiter legitur 2. Macha. 6. de quibusdam, qui ducabantur cum amara necessitate in die natalis regis Antiochi ad sacrificia, quæ tunc siebant solemnitate ad honorem Liberi, qui & Bacchus, idest, Deus uini dicebatur. Nam rex Antiochus credebat eū fauisse suæ nativitatem. Propter quod superatus ab eo Iudeus cogebat ipsos adorare nephandum Idolum suum Bacchum. Ad propositum etiam de Nabuchodonosor, refert Paulus Orosius de Alexandro Magno, quod cum uidisset se in bello uictoriōissimum, & precipue contra Darium regem, de eius militibus tam equitibus, quam peditibus prostrauit in tribus bellis contra eum peractis in tribus annis, quinque decies centena milia, uoluit hac occasione seipsum deficare. Vnde de eo refert qui suprà de Callisthene Philosopho, q[uod] ipsum occidit, cōd[u]cēt eum ut Deū non salutasset.

TERTIÒ Idololatriæ inducti sunt ad adorandum Idola ex deceptione, & illusione dæmonum. Cum enim ipsi sint superbissimi spiritus ualde apperunt ab hominibus uenerari, & honorem latræ, qui soli Deo debetur, in signum summi dñi sibi exhiberi. Et ut ad hoc facilius afflicant miserios hoëtes, pollicentur eis Thefauros maximos, & diuitias multas. Quod est pollicitus est mēdāciter ille spūs nequā, qui tentauit Christum in deserto, dicens illi, postquam, scilicet, ostēdit ei omnia regna mundi, hec, inquit, oīa tibi dabo, si cādens in terram adoraueris me. Matth. 4. Insuper ipsi dæmones, ut in effigiebus, & speciebus sensibiliibus Idolorum uenerantur, quandoque subintrant dicta Idola, ea mouentes ex omni parte tam oculorum, quam labiorum, at pedum, ita ut uideantur huiusmodi Idola in semetipsis habere uitam. Nam per ea loquuntur dæmones, & dant responſa ad quæſita. Multa enim futura cognoscunt, & similiter multa præfentia, & occulta, quæ nos ignoramus, de quibus differunt per Idola, ut sic ad Idololatriam homines inducant.

Dominica x. post Trinit.

ducant. Insuper, quia cognoscunt optimè virtutes herbarum, & remedia sanitatum, ideo interdum aliquibus egrotis diuina permissione subuenient corporaliter, ut ipsos collant, tanquam ualde potentes, & illis utiles. Propter quod putat homines aliquid deitatis, seu nummis esse in illis imaginibus, & ideo exhibent eis cultum diuinum. Voluntati, & exigunt ab hominibus aliquas oblationes sibi fieri in signum summi dominij, quemadmodum oblationes facimus uero Deo pariter, & sacrificia. Quinimo interdum exigunt ab hominibus, ut illis faciant sacrificium, & oblationem de proprio sanguine. Vnde legitur, 3. Reg. 18. Quod Prophetæ Baal incidebant se iuxta ritum suum cultris, & lanceolis, donec perfunderentur sanguine. Nam, ut dicit super hoc passu Dominus Hugo Cardinalis, damones multum delectantur in oblatione sanguinis humani, eò scilicet, quod homo est nobilissima creatura, utpote ad imaginem Dei facta. Propter quod dicit, Prophetæ Baal perdidabant se lanceolis iuxta pectus suum, ut sic sanguine proprio perfunderentur in honorem demonis, cui seruiebant. Insuper ipsi demones, tanquam crudelissimi, & nequissimi exigunt quandoq; ab idololatriis, ut illis sacrificent proprios filios, & filias iuxta illud Psalm. Immolauerunt filios suos, & filias suas demonijs. Nam quandoque illi fallaces, & maligni spiritus fingunt se contra homines iratos, nec posse, aut uelle placari aliter, quam per mortem alicuius innocentis. Vnde refert Paulus Orosius, libro quarto de Charta genibus, qui cum pestilentia grauissima premerentur, homicidijs usi sunt. Quippe homines pro uictimis immolabant, etatemque impuberem, idest, parvulos, quæ etiam hostium misericordiam provocare deberet, aris, idest, templis, admouebant. Hæc ille. Pater ergo, quomodo miseri homines demonum fallacijs seducti inducti sunt ad idololatriam.

Quare idololatrei inducti sunt ad adorandum idola, siue statuas hominum proper eortum singularē excellentiā, siue industriā, aut potentia præceteris, ut Herculem proper fortitudinem, Iouem proper potentiam dominij, qui expulit patrem Saturnum, de regno. Mercurium proper sapientiā, vel eloquentiam. Aesculapium, qui inuenit artem medicinā,

Sermo i. de Epif.

141

& huiusmodi. Sed hos, & consimiles, utpote Saturnum, Martem, Venerem, Caftorem, Libertum, seu Bacchum, Romulum, & huiusmodi declarat Laclantius libr. 1. diuinarum in fictionum fuisse homines mortales, quinimo nephandissimos peccatores, utpote, adulteros, incestuosos, sodomitæ, & omni spurcitia plenos. Inter quos præcellebat in malitia, & imundicia. Iupiter, quem dicebant summum deorum. Bene ergo de talibus loquitur Apo. ad Ro. 2. dicens.

COM M V T A V B R V N T gloriā incorruptibilis Dei, in gloriā corruptibilis hominis. Nec certè tantum corruptibilis hominis, uerum etiam infamis, abominabilis, & detestabilis peccatoris.

Quare idololatrei inducti sunt ad adorandum idola propter inordinatum amorem ad antecessores, & parentes suos. Nam quidam in tantū dilexerunt parentes, & maiores suos uiuos, quod etiam illis mortuis fabricauerunt illis idola sicut exemplar corum, quæ apud se honorificè conservabant, ita ut ipsos parentes quafi semper præsentes haberent. Vnde ad propositum legitur de Nino, qui Niniuē cōdidit, & à nomine suo denominauit, quod patrem habuit Belum nomine, quem tenerimē diligebat. Pro cuius morte ualde dolens fecit fieri statuā aureā, quæ similitudinem eius exprimeret, quam in tanta reuerentia habuit, ut sui serui fugitiui, uel quilibet facinorosi possent ad eam confugere, nihil amplius timentes. Vnde statim ceperunt homines illi, thurificare, & diuinos honores exhibere uidentes, qui hoc placeret Nino. Ad cuius exemplar ceteri gentiles de circumstantibus finibus in honorem patrum suorum ceperunt facere statuas aureas, & eas adorare. Et sic inde pullulauit idololatria apud gentiles, qui ignorabant uerum Deum, quæ soli Iudei colebant, iuxta illud Psal. Notus in Iudea Deus, in Israël magnum nomen eius, supple inuocatur. Nec certè mirum si ille gentilis Ninus tantum patrem mortuum, cum etiam nostris temporibus in Hispania fuerit quædam ualde generosa dñs, quæ exprimere particularius non licet, quo tanto amore dilexit sp̄s suū, ut et eo mortuo fecerit corpus illius balsamo inungi, ut sic à putrefactione præseruaretur, quod etiam illa uolebat semper esse præsens in Thalamo, in quo ipsa iacere consuecerat. Perseuerauit an-

tem in dicta satuitate per plures annos, ut fertur. Ad prop-
ositum ergo redeuntes, de Dijs gentilium, & institutione co-
rum loquens Laetantius lib. 1. diuinarum institutionum, di-
ci: sic. Illos, quos imperiti, & insipientes tanquam Deos, &
nuncupant, & adorant, nemo est tam inconsideratus, qui
non intelligat fuisse mortales. Quomodo ergo Dijs, (inquiet
aliquis) crediti sunt? Nimirum, quia reges maximi, &
potentissimi fuerunt, ob merita uirtutum suarum, aut munera-
rum, aut artium repartarum, cum chari fuisse his, quibus
imperauerant, in memoriam sunt consecrati. Quid si quis
dubitetur? Res eorum gestas, & facta consideret, quae uniuersi-
tam Poetę, quam Historici ueteres prodiderunt. Deinde de
clarat diffusè, quomodo tales habiti pro Dijs fecerunt seclu-
zati homines, referens seclera eorum, ut Herculis Aescula-
pij, Apollini, Castoris, & Pollucis, Mercurij, Liberi, Louis,
quem maximè uertuperat p̄t̄ alijs Dijs, ed quod, ut dictum
est supra, patrem suum Saturnum à regno expulit. In super-
fupra, adulteria, & sodomitiam perpetravit. Quibus non ob-
stantibus tam scelestissimus homo summus, & pater dcorū
ab illis idololatris appellabatur. Hęc ex Laetantio. Et nota,
quod christiani adorantes imagines sanctorum longè dis-
tant ab idololatria prædictorum. Non enim referunt Chi-
xi fideles intentionem suam ad ipsas imagines, quasi aliquid
numinis in ipsis credentes, sicut idololatre de idolis suis fal-
so credebant. Sed huius, & ponuntur imagines in ecclesia,
non ut adorentur, sed ad imprimendam efficacius mentibus
hominum, & presertim simplicium excellentiam, & gloriam
sanctorum. Vnde & dicuntur libri idiotarum, ut patet de
conse. distin. 3. Venerabiles, ubi sic dicitur. Venerabiles ima-
gines christiani non Deos appellant, neque seruunt eis, ut
Dijs, neque spem salutis pontunt in eis, neq; expectant futu-
rum iudicium ab illis, sed ad memoriam, & recordationem
primitiorum uenerantur eas, & adorant. Sed non seruunt
eis cultu diuino, qui supple est latrīa, sicut neque aliqui crea-
tura. Hęc ibi. Patet ergo diffusè ex predictis, unde idolola-
tria habuit ortum, que olim apud gentiles maximè uiguit,
prout inuit Apostolus in principio præfentis Epistolæ.

MORALITER. Notandum iuxta illud. Ad simulacra muta, quod simulachra muta merito possunt dici, &
appella-

appellari multi moderni prælati, qui exterius gerunt, & pre-
tendunt apparentiam uerorum pastorum, sed reuera talis
apparentia in multis est sine existentia. Propter quod me-
ritò possunt dici simulachra, quia sunt in ecclesia, tanquam
idola, & statuē per defectum, & carentiam boni regiminis,
& debiti exercitii, seu operationis. Non ergo huiusmodi si-
mulachra sunt tantum muta, uerum etiam ceca, surda, &
huiusmodi. Vnde de talibus potest merito dici illud Psalm.
Simulachra gentium, idest, multi prælati populi christiani,
qui olim populus gentilis dicebatur, argentum, & aurum,
supp. querunt magis, quam salutem subditorum, opera ma-
nuum hominum, quia communiter tales ponuntur in ecclē-
sia, non à spiritu sancto per canonicam electionem, sed po-
tius intruduntur, seu introducuntur illi huc vi armorum, siue
per manum, & autoritatem regiam. Vnde noui quandam
Cardinalalem, in hoc regno Franciæ, qui ante paucos annos.
obij mortem, qui solitus erat appellare quandam magnā,
dominam, Magistram suam, eo scilicet, quod ipse procuras-
set illi Cardinalatum, seu pileum rubeum. Heu ueroe dice-
re, quod uerum est, quod, scilicet, moderni prælati pro ma-
iori parte sunt opera manuum hominum. Sed quid de huius-
modi simulachris dicat regis psaltes, audiamus. Os, in-
quit, habent, & non loquentur &c. Reprehendit ergo eos de
multiplici negligentiā, & omissione. Primo quidem ex par-
te oris, cum ait. Os habent, idest, illis à domino concessum
ad multiplicem usum. Primo quidem ad ipsum deuotè lau-
dandum, & præcipue in persolutione septem horarum cano-
nicarum, iuxta illud Pfal. In persona deuoti ecclesiastici. Se-
pices in die laudem dixi tibi. Vnde & ecclesiastici incipiunt
officium matutinum per illud uerbū Pf. Domine labia mea
aperies, & os meum annuncias laudem tuam. Secundò au-
tem ad proximū, & præcipue subditum instruendum, iuxta
illud Malachię. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiā, & le-
gem requirent, sup. subditi, & populares, ex orę eius. Tertiò
uerò ad peccata propria distincte, & disferre, confitendum
quo ad eos, qui mortaliter peccauerunt. Ecce ad quid datum
est os homini. Sed profectò multi sunt, uelut simulachra mu-
ta, quia non loquuntur ubi, qñ, & qualiter loqui oportet. Se-
cundò practica idem ex parte oculorum. Vnde sequitur,

Dominica x. post Trinit.

Oculos habet, & non videbunt. Itē ex parte aurium, de quib⁹
subditur in ps. Aures habent, &c. De hac materia vide diffi-
cile in opero nostro, qđ intitulatur Cōfiteor tractatu. 2. parte,
4. in qua agit de omissione. Et sic patet de primo principali.
S E C V N D O principaliter Apostolus in prēsentī epistola
ostendit, quđ ē diuino spiritu est omnis boni perfēctio, cū
ait. Ideo nouum uobis facio, qđ nemo in spiritu Dei lo-
quens, dicit anathema Iesu. Vbi notandum, quđ anathema
idem est, quod separatio. Est ergo sensus, qđ nemo mouetur i
spiritu sancto ad loquendū, qđ dicat aliquid, propter quod se-
paretur à Christo, cui est coniunctus per charitatem, sed sem-
per omnis talis loquitur, quasi sermones Dei. Vel dicit ana-
thema Iesu, idest, aliquam blasphemiam Iesu, iuxta illud i
Io. 4. Omnis spiritus, qui soluit Iesum, ex Deo non est. Se-
quitur. Et nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu
sancto. Sed quomodo hoc? Nonne existens in mortali pecca-
to, aut etiam Hēreticus, siue etiam Paganus pōt dicere hos
totum dominus Iesus? Responso. Aliud est dicere dominus
Iesus ore tantum, & aliud illud dicere corde, ore, & opere.
Possum quidem dicere dominus Iesus primo modo. Hoc idem etiam potest & dæmon, non autem secundo mo-
dō. Nam dicere dominus Iesus corde, ore, & opere, est
in ipsum credere, ipsum tempore, & loco confiteri ore, etiā
non obstante mortis comminatione. Insuper eundem opere
protestari, & laudare, atque illi obediere, & benedicere. Hęc
autem omnia nemo potest dicere, nisi in spiritu sancto, id est,
nisi ex speciali dono ipsius spiritus sancti. Et ēm hoc intelli-
gitur illud dictū Amb. ubi ait. Omne uerū à quo cunḡ dica-
tur, à spiritu sancto est. Vbi aduertendū, qđ aliquid est à spiu-
ru sancto, pōt intelligi dupliciter, uidelicet, tanq̄ à moue-
tantū, vel tanq̄ à mouēte, & inhabitāte per grām simul. Qđ
ergo oē uerū à spiritu sancto sit, nō est intelligendū semper
secundo modo, sed sufficit, qđ sit ab eo primo modo. Ecce enim
Caiphas grauissimus peccator dixit ueritatē verissimā, vide-
licet, qđ expediebat unū hominem mori, ne tota gēs perire.
Quod teste Euangeliſta nō dixit ſemetiſo, ſed à spiritu fan-
ceto, ut h̄ Io. 10. Sed qđ à spiritu sancto? Profecto tanq̄ à mo-
uēte, ſed non tanq̄ ab inhabitāte, quia cōſtat, qđ spiritus san-
ctus nō habitat cū peccatore, neq̄ ip̄ peccatore. Similiter Ba-

Sermo 1. de Epif.

143

Iam multa uera p̄dictit motus spiritu sancto, ut patet Nu-
23. Item 24. qui tamen spiritum sanctum non habebat.

M O R A L I T E R notandum, iuxta illud uerbum. Ne-
mo in spiritu Dei loquens dicit Anathema Iesu, quđ debe-
mus ualde timere anathematizari à Iesu, idest, ab eo separa-
ri, & hoc propter multa.

P R I M O quidem, quia talis separatio non fit nisi per cul-
pam mortalē, iuxta illud Isa. 59. Iniquitates vestrē diuinerunt
inter uos, & Deū uīm, & peccata ueſtra abſcōderunt faciem
eius à uobis. Cū igitur debeamus summe timere culpā morta-
lē, consequens est, qđ etiam summe debemus timere id,
quod ex ea sequitur, ſcilicet, separationem à Deo.

S E C V N D O uero, quia qui anathematizari à Iesu, idest,
separabut ab eo per mortalem culpam, separatur et à com-
munitate Christi fidelium, ſue ab ecclia militante, cui prius
erat per charitatem coniunctus. Nam charitas est quoddam
uinculum, quo Christiani deuoti duplicitate uniuntur, ſcili-
cer, cum Deo, & inter ſe mutuā. Sic enim eam uocat Apo-
ſtolus ad Col. 3. dicens. Super omnia charitatem habete,
quod est uinculum perfectionis. Nam tali uinculo ligatus
erat idem Apo. ēm quod de ſeipſo loquitur Act. 20. dicens.
Ecce ego alligatus spiritu i. spirituali uinculo charitatis ua-
do in Hierusalem. Vnde et ad propositum loquens Aug. do-
minica. 2. poft octa. Epiphania ſer. 2. dicit ſic. Charitas est,
qua corporaliter Separatos confuerit spiritualiter copula-
re, acq̄. unire. Duo enim, qui ſe sancto amore diligunt, etiam
ſi unus fit in oriente, & alius in occidente, ita in charitate
conglutinante coniunguntur, ut nunquam abiniuicem ſepa-
rentur. Pro qua re nihil nocet corporū ſeparatio, ubi eft ani-
morum uera, & sincera coniunctio. Hęc ille. Vnde in figurā
hiuus legitur. 1. Reg. 18. Quđ anima Ionathę conglutina-
ta eft anima Dauid, & dilexit eum Ionathas, quaſi animam
ſuam. Ecce quomodo charitas unit adiuuicem membra ec-
clieſe. Ex quo concluditur, quđ debemus ualde timere mor-
tale peccatum, per quod ſeparamur abiniuicem.

T E R T I O debemus timere anathematizari, idest, ſe-
parati à Iesu per mortalem culpam, quia qui ſi ab eo ſeparatur
in preſenti, ſeparabitur etiam ab eo in futuro, pariter & à cō-
ſilio totius triumphantis ecclieſe, queſ modica non

Dominica x. post Trinit.

collocatione, & huiusmodi, si talis sit laicus, debet excommunicari. Si uero clericus, debet deponi. Sic n. iura decernunt.

QVI N T ò excommunicatio separat à consortio fidelium. Non enim potest licetē participare excommunicatus cum alijs fidelibus, nec illi cum eo in comedendo, & bibendo, in salutando, uel orando. Vnde uersus. Os, orare, uale, communio, mensa negatur, scilicet excommunicatis. Et nota ois, id est, locutione, mensa, id est, comedere cum eis. Qui autē extra casum à iure concessum facit contrarium, incurrit minorem excommunicationē. Cum qua si scienter accederet ad aliquod sacramentū, mortaliter peccaret. A tali tamen excommunicatione, quæ minor uocatur, potest absolui à qualibet sacerdote, qui potest eum à peccatis sibi confessis absoluere. Qui autē participat predicto modo, cum excommunicato ex quadā urbanitate, peccat uenialiter. Qui uero hoc facit ex contemptu Ecclesiæ, mortaliter peccat, maximè cum omnis contemptus sit mortalitis. Et idem iudicium est de excommunicato scienter participante cum alijs. Excipiuntur tamen aliqui casus, in quibus permittitur à iure habere cōmunicationem, cum excommunicatis, qui continentur in hoc uersu: Vile, lex, humile, ignorata, neccesse. Pro declaratioñe autē huius uersus facit cap. quoniā. 11. quæst. 3. uide tex. cum glo. Quod autē non debeant fideles participare, cum excommunicatis, est ex ordinatione Apostolorum. Vnde. 1. ad Corin. 5. dicit Apostolus. Si quis frater nominatur, id est, excommunicatur secundum August. aut fornicator, aut idolis seruiens, aut auarus, id est, nūtrarius, cum huiusmodi nec cibum sumere licet.

SE X T ò excommunicatio separat à qualibet actu legitimo ipsum excommunicatum. Vnde talis testificari nō potest, nec accusare, nec aduocare, nec iudicare, nec soluere, nec ligare, nec similiiter potest eligi ad dignitatem, sive praefataram. Similiter non potest eligere. Insuper post mortem priuatur Ecclesiastica sepulchra, sed debet sepeliri, cum brutis, aut infidelibus. Item nō debent pro eo fieri orationes solennes, nec officium, nisi forsitan post mortem prius absoluereur à sententia excommunicationis, quod fieri potest, quando ante mortem apparuerunt signa cōtritionis, & quod quæsuit ab solutione. Et ad hoc est exemplum de quibusdam sanctimonialibus quas beatus Benedictus excommunicauit propter loquacitatem sui,

Sermo 1. de Epist.

145

que post mortem earum uise sunt exire de sepulchris, & de Ecclesia, quando dicebatur diuinum officium. Quas cum beatus Benedictus reconciliasset, non sunt ulterius uise exire, prout refert beatus Grego in suo dialogo lib. 2. Patet ergo, quomodo anathematizatio, sive excommunicatio separat excommunicatum à multis magnis bonis, & per consequens et summè uitanda. Et sic patet de secundo principali.

TERTIÒ principaliter Apostolus in præsenti Epistola ostendit, quod donorū Spiritus Sancti multiplex est diuisio, cum ait: Diuisiones gratiarum sunt, idem autē Dominus, qui supple, distribuit singulis, prout uult. Pro declaratione autē huius textus notandum secundū beatum Tho. 1. 2. quæst. 11. art. 3. quod gratia gratis data, de quibus hic loquitur Apost. ordinantur, & dantur aliqui ad hoc, quod cooperetur alteri, ut reducatur ad Deum. Ad hoc autē non potest homo cooperari interius mouendo, quia hoc filius Dei est, sed filii extinximus suadendum. Et ideo gratia gratis date continent illa sub se, quibus homo indiget ad hoc, ut alterum instruat in rebus diuinis, quæ sunt supra humanam rationem. Sed de hoc leuiter transeo tam pro uiteanda prolixitate, quām etiam propter materię subtilitatem, quæ paruum fructū potest afferre simplici auditorio, cui sepe professus sum me uelle principaliter proficere. Vnde propter eandem rationem pertranseo quartā partem Epistolæ huius, in qua explicitantur dona Spiritus Sancti. Supradicta ergo, ut deprecemur ipsum Spiritum Sanctum, quatenus finaliter deducat nos in terram rectam. Quam nobis, &c.

Dominica decima post Trinitatem, Sermo secundus de Euangelio.



ON cognouisti tēpū visitationis tuę Luc. 19. Pro introductione præsentis sermonis mouetur quæstio talis. Vtrum possit sufficenter probari ex deductione Sacré Scripturæ contra perfidos iudeos tempus visitationis suę aduenisse, quæ supp. facta est per Christi Aduentū in carnem, qui iuxta verbum Zachariae uisitauit mundum, oriens ex alto, ut habetur Luc. 1,

Ser. Do. G. Pep. Pars Aestiu.

T AD

A D hanc questionem responderetur affirmatiue, quod sic. Et quamvis ad hoc probandum possint adduci multi, & varijs textus ipsius Sacrae Scripturae, eò quod ut habetur Act. 10. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, nihilominus de multis paucos adducemus.

P R I M V S igitur textus inseritur Gen. 49 ita ut meritò possit ipse Christus dicere de semetipso illud Psl. In capite libri, id est, in Genesi, quæ est caput libri totius Sacrae Scripturae, scriptum est de me. Sed quomodo, & vbi audiamus. Legimus enim ubi supra, quod cum sanctus ille Patriarcha Jacob appropinquaret morti, conuocatis duodecim filiis suis dedit singulis singulare benedictionē. Vnde cum uenit esset ad Iudam, qui quartus erat in numero filiorū eius ait: Non auferetur scepterū de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est, scilicet Christus, ut exponit glos. interl. Et ipse erit expectatio gentium, id est, ipse erit salus, in quam gentes cōuerserē per fidem illius sperabunt. Vnde sanctus ille Simeon uocauit ipsum Christum lumen ad reuelationē gentium. Luc. 2. id est, lumen, quod reuelatum est per fidem ipsius gentibus, sicut in effectu patuit de tribus regib⁹, qui fuerūt primiti⁹ genti⁹, id est, primi inter gentiles conuersi ad fidem Christi, quādoquidē venerunt cum muneribus adorare eum, ut habetur Matt. 2. Idem etiā patuit de Cornelio Centurione, qui erat capitaneus cohortis, quæ dicitur Italica, quæ admonuit angelus Domini, ut mitteret in Iopen ad Petrum, qui erat ibi, ut ipsum instrueret in fide Christi Act. 10. De alio etiā Centurione, qui uenerat ad Iesum, ut deprecaretur eum pro puerō suo, siue seruo, dixit idem Christus se nō inuenisse tantam fidem in Israel, quantā, sup. in eo innuerat, vt legitur Matt. 8. Vt autē dicit glos. ord. super dictū textum Gen. semper apud Iudeos fuerunt reges, aut dices de semine ipsius Iudei orti, quousq; uenit Christus. Tunc autē super eos principiabantur Herodes, ex cōmissione tamen Romanorum, qui quidem Herodes erat alienigena, quia Galileus, & dicebatur Ascalonita. Hic ergo finito regno Iudeorū, & semine regio, regnauit primus in Iudea. Ecce ergo quomodo dicta Propheta Iacob fuit impleta. Secundus textus Sacrae Scripturae, per quē pōt sufficiēter probari cōtra impios Iudeos tempus uisitationis suę aduenisse, inseritur Dan. 9. ubi legitur, q̄ tempo-

re captiuitatis Babylonie uenit Gabriel angelus ad eundem Daniēlem, dicens ei, quod diligenter aduerteret ad ea, quæ ipse dicturus erat illi. Septuaginta, inquit, hebdomades abbreviatae sunt super populum tuum, id est, populum iudaicum. Et nota, quod dicit abbreviate, id est, à Deo præfixe, & determinate. Sequitur: Et tunc finem capiet peccatum, & delebitur iniurias Iuda, & post septuaginta hebdomades occidetur Christus. Vbi aduentū conformiter ad glo. ord. quod prædictæ hebdomades nō sunt hebdomades dierum, sed annorum, ita quod quilibet cōtinet 7. annos. Ex quo pater, quod prædictæ 70. hebdomades ualēt quadragesitos nonagiinta annos. Volebat ergo Gabriel insinuare Daniell, quod à die, qua hæc sibi dicebat, usq; ad mortem Christi debebant tantum fieri anni quadragesenti nonagiinta. Quod & factum est. Ex hoc ergo textu euidenter concluditur propositum.

T E R T I V S textus eiusdem Sacrae Scripturae, per quem probari potest contra iudeos tempus uisitationis suę aduenisse, inseritur Esa. 3. ubi Propheta Domini Esa. dans signū aduentus Domini in mundū, dicit quod tunc aperientur oculi ceterorum, & aures surdorum patrebunt. Tunc saliet sicut cernuus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Hæc autē omnia, & singula impleta sunt in Aduentu Domini, sicut rei probauit eventus. Ipse nempe aperuit oculos ceci nati. Iohan. 9. Item cuiusdā alterius, qui mendicabat secus viam. Luc. 18. Item altera vice illuminauit duos cecos, vt patet Matt. 9. Et breuiter, ut habetur Luc. 7. cecis multis donauit uisum. Item surdos dicit audire, & mutos loqui, ut habetur Mar. 7. Quod ideo dictum est de eo à populo, eò quod cū adductus fuisset ad eum homo quidā surdus, & mutus, & misiffet digitos suos in auri culas eius, terigisseq; linguam eius, statim aperēt sunt aures eius, & sublatum est vineum lingue eius, & loquebatur recte. Quo uiso populus præ admiratione cepit de eo dicere prædictum uerbū, scilicet surdos fecit audire, & mutos loqui. Huic quasi simile legitur eiusdem Mar. 9. ubi dicitur, q̄ cum adductus fuisset ad eum quidā iuuenis habens spiritum mutum, id est, d̄monē reddentem eum mutū, cōminatus est eidē spiritui immundo dicens: Surde, & mute spiritus, ego praci piō tibi, exi ab eo, & amplius ne introreas in eum. Et exclamans, & multum discerpens eum exiit ab eo. Similiter idem

Christus claudos erexit, sicut patet de paralitico iacente iusta piscinā, cui dixit: Surge, tolle lectū tuū, & ambula. Ioh. 5. Ecce ergo quomodo in ipso Christo fuit impleta Propheta Esa. Propterea ipse de seipso loquēs Iohan. 5. item eiusdē. 10. dicebat. Operā, q̄ ego facio, ipsa testimoniū perhibent de me. Pater ergo quō ex deductione Sacre Scripturē sufficiēter probatur cōtra p̄fidios iudeos tēpus visitationis suę venisse, quod tñ illi tanq̄ cecī, & oblitinati minimē cognoscere voluerunt.

Sed in contrariū obiiciunt millordi, & doctores iudeorum, fundantes se super textum Esaiae Prophetæ Domini, qui prophetās de tēpore visitationis ipsorum iudeorū per Christū, dicit: Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus Dñi in uertice montiū, & elevabitur sup̄ colles, & fluent ad eum oēs gentes. Ex postea sequit̄. Conflabūt gladios suos in uores, & lanceas suas in falces. Nō leđabit gens cōtra gentē gladiū, nec exercebunt̄ ultra ad prēliū. Hęc omnia. Esa. 2. Ex illo ergo textu Esaiae arguant rabini iudeorū multipliciter cōtra Christianos, volētes ex eo p̄fbare tēpus visitationis suę non venire.

Primò d̄ igitur arguunt ex illo primo uero. Erit in nouissimis diebus, & hoc sic. Tempus visitationis filij Dei, quādo quidē uisitabit mundū, per carnis assumptionē, erit in nouissimis diebus. Certum est aut̄, q̄ Christus uester nō venit in nouissimis diebus. Nā ab eius aduētu fluxerūt iā multi anni, ut cōstat, igitur nō erat uerus Christus, neq; uerus Dei filius.

Secundō arguunt ex sequentī textu, in quo dicitur. Erit, supp̄ prēparatus mons domus Dñi in uertice montiū. Vbi aduertendum, quād mons domus Dñi ad literā dicitur mons Sion, in quo fuit erecta domus Dñi, idest, templi Salomonis. Falsum est aut̄, q̄ in aduentu Christi fuerit huiusmodi mons elevatus in uertice montiū, quia nullus doct̄or hoc dicit. Ex quo concluditur, q̄ Christus non fuit uerus Messias. Et per consequens tempus visitationis eius nondū aduenit.

Tertio arguunt impij doctores, & rabini iudeorum contra Christianos quo ad tempus visitationis, & hoc per id, quod sequitur ubi supra, cū dicitur. Et fluent ad eum scilicet, uerum messiam oēs gentes. Modò falsum est, q̄ ad Christum cucurrerint omnes gentes, sed tantum quidā pauci, & grossi homines, & prefertū p̄scatores, qui erant etiam absque h̄ris. Ex quo consequens non mirūm, si fuerint seducti.

Quartò, & ultimò arguunt pr̄dicti rabini iudeorū contra catholicos, per textum, qui sequitur, cum subditur. Non leuabit gens cōtra gentem gladium, nec exercebunt̄ ultra ad pr̄lūm. Et conflabunt gladios suos in uomes, & lanceas suas in falces. Per quę omnia denotatur maxima pax, quę regnatura erat in aduentu uiri Messiae. Hoc autem nō fuit impletū in aduentu Christi. Nam ex tunc maxima bella gesta sunt, & adhuc in dies regnare nō cessant, igitur ipse nō fuit uerus Messias. Erīta Deus Christianorum nobis iniustè cōminatur peccatis, eo quod non cognoverimus tempus uisitationis suę. Ecce qualiter gens peruersa iudeorū loquit̄ blasphemias, & iniqua aduersus Dominū, sup̄. Deum patrem, & aduersus Christum eius. Restat respondere argutijs, & blasphemijis eorum, ne uideantur conclusissime contra nos.

A primū ergo argumentum dicimus, quod iste terminus nouissimus potest capi duplicitate, scilicet simpliciter, & absolute, & secundū quid, & respectuē. Esaiae ergo in praecepti Dñi Prophetia non capit nouissimū primo modo, sed tantū secundo modo: Nam à tempore ipsius Esaiae usq; ad Christū fluxerunt multi dies. Propter quod dixit, erit in nouissimis diebus, &c. Confirmatur hęc responsio ex illo uerbo beatū Iohan. dicens. Filioli nouissima hora est. I. Iohā. 2. Vel dic, quod Esaiae per nouissimos dies intellexit ultimam mundi ætatem. Et tunc est sensus. Erit in nouissimis diebus, idest, in ultima mundi ætate aduentus ueri Messiae.

A secundū dicitur, quod eleuatio montis Sion super omnes montes, & colles, nō est intelligenda literaliter, uidelicet, per realem, & physicā elevationē, sed mysticā, uidelicet per ipsius dignitatē, & honorificationē. Volebat enim innuēre Prophetā pr̄ predicta uerba, q̄ dictus mons debebat honorari pr̄ ceteris montibus, per signa grandia, quę in eo fienda erant in aduentu Messiae. Hoc autē impletum fuit in aduentu Christi, scilicet rei probauit euentus. Nam ipse Christus plures pr̄dicauit in templo Salomonis, quod erat in dicto monte situm, ut dictum est. Similiter ibidem plura miracula operatus est. In dicto monte sita erat domus illa in quam ianuis clausis intrauit Christus, cum post resurrectionem apparuit discipulis suis, ut legitur Iohan. 20. Ceterum in eodem monte erat locus, in quo in unum erant

congregati Christi discipuli, quādo super eos descendit Spiritus sanctus. Eece quomodo in aduentu Christi fuit mons Sion eleutus quantum ad honorem illi multipliciter exhibitum. Fabulosē ergo, & mendaciter loquuntur Iudei dicentes, quod in aduentu Messiae mons Thabor, & mons Carmeli sibi uicini, sunt in unum congregandi, quo factō mons si, qui illis adiaceat satis de prope, super utrumque eleuabitur, ut implatur prædicta Propheta Esaia.

A d tertium dicitur, quod illud Prophetic. Et fluent ad eum, scilicet, Messiam, omnes gentes, est intelligenda, secundum quod ly omnes distribuit pro generibus singulorum, & non pro singulis generum. Da simile de hac propositione: Omne animal fuit in arca Noe. Est ergo sensus, quod de omni natione, qua sub cœlo est, aliqui conuersi sunt ad Christum, hoc autem tunc impletum est, quando in omnem terram exiuit sonus prædicationis Apostolorum, & in fines orbis terra uerba eorum. Vel dic, quod dicta Propheta maxime implebitur circa finem mundi, quandoquidem reliquias Israel falso tient, ut habeatur Esa. 20. Item quando fieri unum ouile, & unus pastor, ut habetur Iohann. 10.

A d quartum dicendum, quod Esaias notebat dicere, q̄ post aduentum Messie nullum deinceps simpliciter deberet esse bellum, sed tantum pro illo tempore sub quo nasciturus erat, hoc autem realiter impletum est in nativitate Christi. Nam tunc temporis Octauianus Augustus pacifice imperabat uniuerso orbi. Ob quam causam Romani construxerūt templum pacis, de quo dij præixerant, quod durare deberet, quousque virgo pareret. Et quia hoc reputabant Romanī tanquam impossibile, ideo scripserunt in introitu illius. Templum pacis perpetuum. Corruit autem huiusmodi templo nocte nativitatis Dominicæ, ut tradunt historiæ. Et sic patet diffusè ad obiectiones Iudorum uolentium probare Christum nondum in terris uenisse. Quinimo sufficienter potest probari contra eos ex Sacra Scriptura, quod iam uenerit. Vnde de incredulitate sua reprehēdit eos Christus in hodierno Euangeliū comminans illis pœnas temporales, eō quod noluerunt cognoscere tempus uisitationis suę, sicut per amplius patebit in sequentibus.

In præsenti ergo Euangeliū de trib. principaliter fit mentione,

tio, uidelicet.

De lachrymatione dñicē cōpassionis in principio Euang.

De prænunciatione iudaicę defolatiōnis, ibi. Quia ueniet dies, &c.

De eliminatione cupidę negociationis, ibi. Et ingressus in templum, &c.

P R I M O igitur sit mentio, de lachrymatione Dominicæ compassionis, cum dī. Cum appropinquaret Iesu Hierusalem, uideis ciuitatē fleuit super illam, hoc autem factum est in die Palmarū postquā s. Christus honorificè receptus fuit à turbis cum ramis Palmarum, & cum prostratione uestimentorum suorum in via. Ipse ergo Dominus noster Iesu Christus cum laudibus occurrentiū populorum intrans ciuitatem Hierusalem, puidens eā in ultiōne sanguinis sui funditus euentandam, cum in tanta gloria honorificè susciperetur, in medio exultationis interseruit lamentationē. Propter quod Ecclesia in ramis Palmarum in commemorationem huius facti, post illam glorioſam processionem eleganter interserit Euangeliū Dominicæ passionis.

M O R A L I T E R . Per hoc instruimur, quod de gloria, & honore huius mundi non est multum gaudendum, maxime cum dicat sapiens Prou. 14. quod extrema gaudiū luctus occupat. Pro quo facit historia de filijs, & filiabus Iob, qui cum epularentur, & biberent uinum in domo fratris sui priogeniti, repente superuenit ventus vchemens, qui concusseit quatuor angulos domus, que corruens opprescit omnes liberos ipsius Iob, ut habetur eiusdem 1. Dicit etiam Senec. de uerborum copia, quod citò improborū leta ad pernicie cadunt. Nota historiam de illo iuuene scholari, qui cum decreuisset vno toto die gaudere, & de nullo tristari, tandem post multa solatia, cum ueller ferò ire ad quietem cedidit stercus hirundinis super vno oculorum eius, quem statim lumine priuauit. Ecce quomodo extrema gaudiū luctus occupat, prout innuit Christus factō, & opere, vt dictum est. Vnde etiam frequenter videmus, quod post comedationes, ebrietates, chorizationes, & similia, sequuntur verba, & opprobria, cōsequēter verbera, mēbris̄ mutilationes, mortes, & similia.

N O T A N D V M est aut̄ circa hunc textū, q̄ triplex est Hierusalem, super quā pōt̄ intelligi sienisse Dñs Iesu Ch̄s, videlicet.

Dominica x. post Trinit.

Materialis. Spiritualis. Mysticalis.

PRIMÒ igitur Hierusalem, dicitur materialis, super quam ad literam fluunt hodie Dominus, quasi illi compatis, & dicens. Quia si cognouisses, id est, si preclia cles futuron malorum, quae superuentura sunt tibi, & tu, sup. fleres. Quod admodum ergo Hieremias lamentabatur mala, quae ventura erant super dictam ciuitatem, & signanter per Chaldeos, qui eam bonis spoliauerunt, muros illius subuerterunt, & populum pro parte occiderunt, & pro parte captiuum in Babyloniam duxerunt, propter, quæ mala plorando dicebat illud Thr. 1. Quomodo sedet sola ciuitas plena, sup. olim, populo? Facta est, quasi uidea, domina gentium, scilicet, Hierusalem, quæ olim dominabatur gentibus. Principes prouinciarum facta est sub tributo, scilicet, per Chaldeos. Propter quæ mala plorans plorauit in nocte, sup. tribulationis, & angustie, &c. Ita in proposito Christus, cum quo ab infancia creuerat misericordia, prævidens similia mala, quæ ventura erant post mortem suam dictæ ciuitati Hierusalem per Titum, & Vespasianum, in pœnam, & ultiōne suæ mortis, & quia ipsi Iudei non cognouerant tempus uitiationis suæ, fleuit super illam ex quadam compassione. Vnde de hoc longè ante Prophetauerat Hiere. 8. dicens, in persona Domini: Milius in celo cognovit tempus suum, turrit, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognovit iudicium Domini. Ac si aperte diceret, quod Iudei, qui olim erant populus domini, uidentes oppressionem mirabilem, quam passi sunt per Titum, & Vespasianum post Dominicam mortem, non intellexerūt, quod hoc illis accidisset iusto Dei iudicio in ultiōne predicitæ mortis Christi. Tunc ergo cecidit super eos illa Domini ultio, q̄ coram Pilato sibi p̄fis, & filijs suis imprecati fuerant dicentes illud Matth. 27. Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Et sic, pater de prima Hierusalem super, q̄ fleuit Christus.

SECUNDA Hierusalem dicitur spiritualis, & significat animam rationalem, quæ subiactet mortali peccato, cui compatis uidetur quod adammodo super eam fere Christus dicens. Quia si cognouisses, supple, peccatorum tuorum magnitudinem, & horrem, tui p̄fis deformitatem, & ignominiam, tui statutus periculositatem, & incertitudinem, gloriae coelestis im-

mensi-

Sermo II. de Euang.

149

mēstatem, ac ineffabilitatem, infernaliū cruciatuum indi- cibilitatem, atque perpetuitatem, totius curie coelestis indi- gnationem, & irrationem, & tu, supple, fleres, dicens illud Hiere. 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fon- tem lachrymarum?

NOTANDVM est autem circa hoc, quod sicut Iudei tempore captiuitatis, & destructionis ciuitatis suæ Hierusalem fleuerunt principaliter propter tria, uidelicet, propter illius desertionem, quia fuit omni auxilio destituta, nec fuit qui adiuaret. Item propter spoliationem. Fuit enim spoliata omnib. diuitijs suis, quas uolenter rapuerunt hostes, post quam illic ingressi sunt. Item propter captiuationem. Nam populus capta ciuitate partim crudeliter occisus est, & partim hincide sub captiuitate dispersus. Ita debet anima peccatrix abundantiter, & ex corde fere propter tria similia. Primo quidem, quia deseritur à Deo salutari suo. Item ab Angelis sanctis, & ab omnibus electis. Vnde Thren. 1. Omnes amici eius, id est, qui olim tempore gratia erant amici, spreuerunt eam, scilicet, animam peccatricem, & facti sunt ei iniicii, id est, aduersarij, dicentes illud Psalm. Non sit illi adiutor. Secundo uero, quia spoliatur miserabiliter gratia, & uiteturibus, atque meritis omnibus. Vnde ubi iupræ: Matu suā misit hostis, id est, Diabolus, ad omnia desiderabilia eius, scilicet, anima peccatricis. Tertiō autem, quia capriua in infernum ducitur, & trahitur. Vnde ubi supra. Migravit Iudas, id est, anima peccatricis propter afflictionem, & multitudinem seruitur, habuitur inter gentes, id est, inter dæmones in inferno, nec inuenit requiem. Omnes persecutores eius, id est, multitudo dæmonum, apprehenderunt eam inter angustias, sup. inferni. Propter quæ mala plorans plorauit in nocte, id est, in tenebris inferni, & lachryma eius in maxillis eius. Non est, qui consoletur eam ex omnibus charis eius, id est, ex omnibus Angelis, & sanctis, qui prius erant chari illius, eum, scilicet, adhuc haberet gratiam, & priusquam peccaret. O quantum igitur ista debent terrere pauperes, & miseris peccatores, & à peccato retrahere, pariter, & ad penitentiam inducere?

NOTANDVM etiam iuxta prædictum uerbum. Quia si cognouisses, & tu, supple, fleres, quod multa sunt, quæ merita

Dominica x. post Trinit.

meritò debet nos inducere ad fletū, & cōpassionē, videlicet.
Passio pia. Peccata propria. Peccata aliena.

Proximorum indigentia. Futura ira. Retardatio à gloria.

P R I M ò igitur ad fletum, & compassionem debet nos inducere passio pia, supple, Christi, animaduertente, quod & ipse nostrae salutis causa, cum penderet in cruce, ardenter fleuit, iuxta illud H̄ebreco. 5. Cūm clamore ualido, & lachrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia. Ex quo ergo nostrae salutis causa flere uoluit, num quid, & nos compatiens suę dolorosissime passioni meritò flere debemus? Si enim Aposto. Roma. decimosecundo, præcipit esse flendum, cum flentibus, quanto magis flere debemus, cum flente Salvatore, ac Redemptore nostro? Item si sit flendum super afflictione, & miserijs proximorū, iuxta illud Iob. trigesimo. Elebam quōdam super eo, qui afflictus erat, quanto magis flere debemus super dolore, & afflictione Christi in cruce pendentis, quoties hoc mente reuoluimus? Insuper si sit flendum super quemlibet mortuum, iuxta illud Ecclesi. vigesimosecundo. Supra mortuum plora quantò magis plorare debemus super morte Domini nostri Iesu Christi? Cūm igitur mente reuoluimus, quæ & quātā pro nobis opprobria, & tormenta sustinuit Christus, meritò flere illi compatiendo debemus. Scribitur enim de eo Lu. vigesimotertio, quod cum duceretur ad mortem, sequebatur eum multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum. Vade, & tu cum eis gressu mentis, & sequere Dominum tuum Christum ad mortem euntem illi cōpatiendo corde denoto. Sed heu, ut dicit Hierony. super Mat. Omnis creatura Christi morienti compatitur, Sol obscuratur, terra mouetur, petræ scinduntur, velum templi diuiditur, sepulchra aperiuntur, miser homo non compatitur, pro quo sc̄lo Christus patitur. Hac ille.

S E C U N D ò ad fletum nos debent inducere propria delicta exemplo Petri, de quo Luc. vigesimosecundo, dicitur. Recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat, quia priusquam Gallus, &c. Sequitur, & egressus foras fleuit amarè. Taliter etiam fleuit propria delicta rex Danid, cum dicebat. Lauabo per singulas noctes lectum meum, scilicet, ex abundantia lachrymarum, lachrymis meis stratum

meum

Sermo i i. de Euang.

150

meum rigabo. Taliter denique fleuit propria delicta peccatrix illa Magdalena, quandoquidē humiliter ad pedes Christi prostrata ex abundantia lachrymatum lauit ipsos Dominicanos pedes. Luc. 7. Taliter rursus flebat peccata sua beatus Hiero. de quo refert beatus Augu. ad Cyriillum scribens, quod ita sua leuissima peccata flebat, ut quis eum æstimasset hominem aliquem interemisse. Vade, & tu fac similiter. Nam sic agendo responsum accipies a Domino cum Magdalena, illud scilicet. Remittuntur tibi peccata tua. Atque tandem benediceris ab eo, iuxta illud Matt. 5. Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, supple in futuro.

T E R T I ò ad fletum nos debent inducere peccata aliena, exemplo Salvatoris, de quo in præsenti Euangelio dicitur, quod uidens ciuitatem Hierusalem fleuit super illam dicens, quia si cognouisses, & tu, supp. fleres. Hoc etiam modo flebat Esdras, de quo legitur primo lib. eiusdem. ca. 14. quod cum maximo cordis dolore flebat transgressiones filiorum Israel. Hac etiam peccantium compassionē plenus fuit beatus Ambr. de quo legitur, quod quoties aliquis confitebatur ei lapsus suos, & peccata, ita abundanter flebat, ut etiam cōfitement flere cōpelleret. Similiter legitur de beato. Dominico patre nostro, quod pereuntium animarum zelo succensus à Deo obtainuerat specialem gratiam fendi pro peccatoribus. Vnde frequenter in oratione aures diuinę clementiæ pulsabat, quatenus cordi eius Deus illam charitatem infundere dignaretur, qua melius proximorum salutē procurare posset. Præter hoc etiam qualibet nocte pro ipsis peccatoriis propria manu cum catheina ferrea unam egregiam disciplinam recipiebat. Taliter etiam flebat peccata aliena sanctus illi Propheta Domini Hieremias, cum dicebat: Quis dabit capit me aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, ut plorem die, ac nocte interfecitos filię populi mei? Interfectos, inquit, spiritaliter, per mortale peccatum. Eiusdem. 9. Rursus taliter flebat peccatum alienum piissimus ille rex David, de quo legitur. 2. Reg. 18. quod cum audisset filium suum Absalon interfecitum in bello, quod gerebat aduersus eum, amarè fleuit. Non quidem tantum mortem corporis, quantum mortem animæ. Sed profectò pauci prælati, atque pauciores parentes deflent peccata subditorum suorum.

Nam

Nam, ut dicit Chrysost. hom. 30. Quæ intitulatur, quod nemo leditur nisi a seipso. Illi qui aduersa patiuntur, planguntur, lugentur, & flentur ab omnibus. Sed hi, qui maleagant, & nequiter uiuunt, a nullo penitus flentur, sed quod est infelicius, frequenter tales laudantur ab omnibus, quod certè totius mali causa est. Hæc ille. Vnde August. Suntne in te christiane uisera charitatis, qui plangis corpus, à quo recessit spiritus, & non plangis animam, à qua recessit Deus?

Quare tò ad fletum nos debet inducere proximorum indigentia. Sic enim flebat sanctus ille Iob, secundum quod de seipso loquens. Eiusdem 30. dicebat. Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi, sup. ueraciter, & non fictè, ut plerique facere solent. Mentiuntur ergo illi, qui se compati necessitatibus aliorum multis uerbis singunt, & ostendunt, se & sua uerbose illis offerentes, sed nihil aliud conferentes. Vnde glo. ordi. super prædicta autoritate sumpta ex libro Iob, dicit, quod ille, qui uerè alteri compati tur, nunquam illi negat, quod ei necessarium conspicit, si modò tale quid in potestate sua habeat. Hæc ibi, illi ergo ueraciter compatientur indigentias proximorum, qui efficaciter illis subuenient, aut flent, quando uident, & sentiunt se illis subuenire non posse.

Quintò ad fletum nos debet inducere futura ira, quam sup. ostendit terribilis ille iudex Christus in extremo iudicij die contra miseros peccatores. Nonne bene ad fletum inducebat huiusmodi Dei futura ira psalmistam, cum dicebat. Potum meum cum fletu miserebam a facie ira indignationis tuæ? quandoquidem, sup. totus indignabundus apparebis reprobis in die iudicij. Sola ergo meditatio, seu consideratio prædictæ ira futura debet unumquemque nostrum uehementer ad fletum inducere, maximè cum dicat psalm. ad dominum, & iudicem Christum. Quis nouit potestatem ire tuę, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? O quanta etiam tunc erit indignatio iudicis Christi, cum illos, quos instantum dilexit, quod ipsos ad imaginem suam formauit, & proprio sanguine redemit, a suo confortio in perpetuum separabit, atque eterno incendio dabit cruentos per crudelissimos tortores demones? Et breuerit tunc dictus iudex tali, ac tanta ira, & indignatione inflamabitur

mabitur contra miseros peccatores, quod desiderabunt absorberi, terra dicentes montibus, cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira agni, id est, Christi. Apoc. 6. Quinimo si in eis esset, præligerent esse in inferno, quād uidere faciem irati iudicis contra eos. Vnde & sanctus ille Iob. decimoquarto. Dicebat ad dominum. Quis mihi tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus? Imo præligerent potius annihiliari penitus, quād intueri tunc tantam Dei eternam iudicis iram, iuxta illud Apoc. decimoquarto. In diebus illis querent homines mortem, & non inuenient eam. Desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis. Peccator igitur ad cor rediens, & tantam Dei futuram pertimescens atque præuidens iram, meritò debet flere.

Sexto, & ultimò ad fletum debet nos inducere retardatio a cœlesti gloria. Sic enim flebat hac occasione Psalm. cum dicebat. Situit anima mea ad Deum fontem uiuum, quando ueniam, & apparebo ante faciem Dei mei? Sequitur. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi per singulos dies, ubi est Deus tuus? Item cū dicebat. Heu me, quia incolatus meus prolongatus es! i.e. peregrinatio huīus feculi. Vñ propter talē retardationē dicunt cū fletu aīa deuotę illud eiusdem Ps. Super flumina Babilonis illuc sedimus, & fleuimus, dū recordarem tui Sion. Adiuverendū tñ, q̄ iste fletus, quem habet aīa deuota ratione dilationis glorie cœlestis, est ualde dulcis, & suauis, eo. L. q̄ procedit ex intimi, & sincero Dei amore, ad quē suspirans aīa deuota petit illi realiter, & beatificè uniri. Tales ergo in præsenti ob illius amorem lachrymas, & fletus fundamus, quatenus illuc tandem peruenire possumus. Patet ergo diffusè de secunda Hierusalem.

Tertia Hierusalem dī mysticalis, & hęc significat ecclesiam militanteam, sive ecclesiasticam ciuitatem, de qua in ps. Hierusalem, quę edificatur, ut ciuitas. Item alibi. Laudata Hierusalem dominum. Videns ergo Christus oculo pietatis, & compassionis hanc ciuitatem, flet super illam per compassionem, sive per modum fletis se habet. Et hoc propter similia, propter quę dictum est supra Iudeos fleuisse cū Chaldaei euertissent eorum ciuitatem, uidelicet, propter illius. Deser.

Dominica x. post Trinitatem.

Desertionem, Spoliationem, Captiuationem.

P R I M ò igitur Christus uidens ciuitatem ecclesie flet, idest, illi compatitur, sicut apud Esaiam Angeli pacis dicunt amarē flete, & hoc propter illius desertionem. Viderur enim hodie ecclesia militans deserta, & hoc dupliciter.

P R I M ò quidem, quia uidetur esse quasi absque ullo habitatore, quod dico propter paucitatem deuotorum catholicorum. Nam, ut dicit Chrysostomus, & recitat dist. 40. cap. multi. Multi sunt sacerdotes, pauci sunt sacerdotes. Multi in nomine, pauci in opere. Et simile iudicium est de alijs statibus hominum. Practica de religiosis. Item de regibus, & nobilibus. Item de officiariis, & iudicibus. Item de mercatoribus, & negotiatoribus, huiusmodi. Meritò ergo de hac Hierusalem dici potest illud Eccl. 9. Civitas parua, & pauci in ea uiari. Hanc itaque desertionem ciuitatis ecclesiæ longè ante preuidens in spiritu prophetico sanctus ille Hieronimus respondit in piam lamentationem dicens. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo? Quasi diceret. Vnde hoc factum est, quod in primitiva ecclesia erant tot, & tanti detiuti catholici, nunc autem tam pauci inueniuntur? Cui possumus respondere illud verbum Matth. duodecimo. Inimicus homo, idest, dia-bolus hoc fecit. Ipse nempe superseminaluit Zizania in medio tritici, idest, peccatosos hereticos, cæterosque peccatores alios in medio bonorum, qui etiam suo malo exemplo multos ex illis spiritualiter suffocauerunt. Ecce quomodo ecclesia Christi est hodie quasi deserta propter paucitatem bonorum catholicorum.

S E C U N D ò videtur ecclesia deserta, & quasi nidua, quia absque sponso. Quamuis enim multi sint Archiepiscopi, Abates, & Curati, valde tamen pauci sunt, qui residenceant cum sponso suis, sed potius sequuntur curias principum, aut certe habitant in egregijs ciuitatibus, aut alijs locis tibi gratis, in quibus fruantur voluptatibus, & delicis, sive consistant in cibis, & potibus, sive in ueneriis, & huiusmodi turpitudinibus, in quibus inaniter consumunt patri monium crucifixi, de quo tandem oportebit eos reddere districtam rationem. Meritò ergo de ecclesia episcopalii, sive abbatali, aut huiusmodi, cuius sponsus absque causa legitima, dici potest, quod est quasi uidua. Et notarter dicitur, quasi uidua,

quia

Sermo. II de Euang.

152

quia etsi habeat sponsum, interdum tamen per plures annos careret in præsentia, quem tamen ubicunq; sit, pascit proprio lacte, sive substantia. Et sic patet de prima ratione cur Christus flet super ecclesiam.

S E C U N D ò idem Christus uidens ciuitatem ecclesiæ flet per compassionem super illam propter eius spoliationem. Spoliatur enim hodie dupli substantia sua, uidelicet, temporali, & spirituali. Nam primam tollunt raptore, & tyranni principes exigentes tributa etiam grauia ab ecclesiastis, & religiosis personis, & hoc quandoque sub nomine praestantia ad uelandum tyrannidem suam. Secundam tollunt Hæretici, & quicunque proximos suos exemplo male vita corrumpunt. Item spoliatur ecclesia, cum intrusus, uiri armorum, aut authoritate regia, præualeat contra canonicæ electum in abbatem, aut episcopum. Nam ubi filii nobilium, & signanter apud Principem gratiam habentium, elegerint statum clericalem, faciunt se dispensari ad plura beneficia, etiam regularia, absque habitus sui mutatione. Quo fit, ut quam primum audierint aliquem abbatem, seu priorem decessisse, mox cum regio mandato illuc currunt, aut alias eutere faciunt, & signanter ubi abbatia fuerit bona, siveque tandem efficiuntur possessores, & dissipatores, potiusquam dispensatores bonorum illius, atque in hunc modum uerificatur illud Threno. 1. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius, scilicet, abbatię. Heu nonne haec est materia magni fletus in ecclesia Christi? ita ut videatur quasi fletus per compassionem ipse Christus.

T E R T I ò idem Christus uidens hodie ciuitatem ecclesiæ flet per compassionem super illam propter ipsius captiuationem, seu subiugationem. Nam libertates ecclesiæ à laicis, & tyrannis, atque officiariis secularibus infringuntur, cœculantur, annullantur, violantur, ita ut quæ deberet esse domina, & mater, sit ancilla, & nouerca. Meritò ergo ipsa ecclesia ad sponsum suum se conuertens potest illi dicere illud Threno. 1. Vide dominę afflictionem meam, quoniam effectus est inimicus. Non unus quidem tantum, uerum etiam multi, & fermè absque numero. Et sic patet de Hierusalem mysticali, & per consequens de primo principali.

S E C U N D ò principaliter in præsenti Euangelio fit men-tio

cio de prænunciatione Iudaicæ desolationis, cum subditur. Quia ueniēt dies in te. Verūm hæc desolatio futura latebit ipsos Iudeos, ideo prius dixerat dominus . Et quidem in hac die tua, id est, tempore tibi prospero, quæ ad pacem tibi, sunt sup. Ad pacem, inquam, non pectoris, nec eternitatis, sed tē portis solum. Nunc autem quia modico tempore hoc fieri, abscondita sunt ab oculis tuis, scilicet, mala grandia, que ventura sunt tibi, sed noueris, quod citō manifestabuntur. Deinde explicat dominus ipsius futuræ desolationis, & calamitatis magnitudinem, cum ait. Quia uenient dies in te, id est, contra te, & circundabunt te iuimici tui , scilicet, Principes Romani, Titus , & Vespasianus, ualio , id est, exercitus suo, & coangustabunt te undique, & carteria usque ibi, ed q̄ non cognoueris tempus uisitationis tuæ, scilicet, aduentum Christi in carnem. De qua quidem uisitatione loquens Zacharias pater Ioan. r Luce. 1. Ait pueru suo. Tu puer Propheta, &c. Sequitur. Per uiscera misericordiæ Dei nostri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto .

M y s t i c æ destruictio, & euersio ciuitatis Hierusalem, quæ ideo accidit , quia non cognouit tempus uisitationis suæ, recte prefigurat futuram illam destructionem generalē , & euersiōnē totius mundi , quam operabitur dominus per ministros suis iustitiæ, scilicet , Angelos , & hoc totum, quia mundus, id est, homines mali in eo habitantes, nō cognouerunt in effectu tempus uisitationis suæ , eos nempe uisitauit dominus primō in lege natura per Patriarchas. At uero illos persecuti sunt , sicut pater de Sanctissimo Joseph. Deinde in lege scripta uisitauit eos per Prophetas. Sed quid fecerunt illis? Certè quosdam ceciderunt, alios occiderunt, alios uero lapidauerunt. Tandem uisitauit eos in propria persona nascendo, predicando, miracula operando, quæ nemo aliud fecit, nunc etiam non cessat p̄iissimus dominus uisitare mundum per seruos suos prædicatores diuini verbi. Sed quia ipse mundus non vult cognoscere tempus uisitationis suæ, ideo tandem in die iudicij destruetur , nec in eo lapis super lapidem relinquetur. Hoc autem uoluit inhuere dominus, cum cuidam sibi dicenti. Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ, respondens ait. Vides has omnes magnas edificationes? Non relinqueretur lapis super lapidem , qui nō destruetur.

destruetur. Istud autem deberet retrahere multos mundanos homines à curiositate ædificiorum .

M O R A L I T E R uenient dies in te, scilicet dies mortis, quando scilicet, dæmones anima tuam reperent à te, ut dictū est cuius diuili Luc. 1. 2. Et circundabunt te inimici tui ualla, scilicet, dæmones, & hoc ex omni parte, & coangustabūt te, scilicet omnia peccata tua ante oculos tuos ad tuā cōdemnationem statuendo, & ad terrā prosternebūt te, quia caro redigetur in puluerē, & anima in infernū retrudetur, & filios tuos, id est, imitatores tuos, ut sint socij tui in poena, sicut fuerunt in culpa. Et non relinquunt in te lapidē super lapidem, id est, cogitationē super cogitationem, quæ tunc cōtra te nō adducatur. Et hoc totum, ed quod nou cognoueris tempus uisitationis tuæ, id est, nō assenseris bonis inspirationibus, & admonitionibus, per quas Dominus interius te uocauit . Vel quia fuit in gratia de beneficijs omnipotentis Dei, quibus te personaliter uisitauit, uidelicet incarnationis, nativitatis, passio nis, & resurrectionis . Et sic patet de secundo principali.

T E R T I Ó principaliter in præsenti Euangeliō fit mentio de eliminatione cupide negotiationis, cū subditur. Et ingressus in templū cepit ejicere uendentes in illo, & ementes, dicens illis: Scriptum est (sup. Esa. 56.) quia domus mea domus orationis uocabitur. Vos autē fecistis illam speluncam latronum. Et erat quotidie docens in templo . In prædictis verbis multa memoratu digna notantur.

P R I M U M est salutaris instruictio, quia ingressus in templum. Ideo enim voluit Christus ingredi in templū, priusquam ad quacumq; aliam domū declinaret, ut nos doceret primū querere regnum Dei Matt. 6. Item vt dicit Chrys. super Matt. in opere incompleto hom. 25. Proprium erat boni filii, vt ueniens in Hierusalē primō cureret ad domum patris. Tu autem imitator Christi factus cum aliquā ingressus fueris ciuitatem, primū ante omnem actum ad Ecclesiam curras.

S E C U N D U M est uirtuosa operatio , quia cepit ejicere uendentes in templo, & ementes. Tunc enim ab oculis eius processit, quidā fulgor adeo mirabilis, q̄ terruit eos, secundū magistrū in histo. schola. Nō mirū ergo, si vendentes, & ementes nō restiterūt ei. Per electionē autē prædictā designat, q̄ auari, & præcipue simoniaci ejicentur de celo. Sed vnicuiq; tali dicet

Ser. Do. G. Pep. Pars Aestiu.

V tandem

tandem Christus, id quod dixit Petrus Simoni Mago volenti emere gratiā faciendi miracula. Pecunia tua, inquit, tecum sit in perditionem. A&.8.

TE R T I V M est Ecclesie deputatio, quia domus mea dominus orationis uocabitur. Ecce ergo ad quem usum deputatur Ecclesia, quia ad orandum. Vnde, & ipsa quandoque oratorium appellatur quasi ab orando. Et istud est contra confabulantes in Ecclesia, seu alias insolentias in ea facientes, quod graue peccatum est. Vnde August. in regula de communione vita cleri. Nemo, inquit, in oratorio aliquid agat, nisi ad, quod factum est, unde, & nomen accepit, scilicet, oratorium ab orando.

QUADRIVM est sacri Loci abusio, & prophanatio, quia uos fecistis illam speluncam latronum. O quot latrones latitant hodie in Ecclesia sub habitu clericali, ut sunt mali Prelati, mali officiarum, simoniaci, & similes. Propter quod dicunt multi habentes processum in curia Ecclesiastica, quod par est transire per nemus, sicut transire per curiam Ecclesiasticam. Item commune proverbiū est, quod litigantes habent multò melius forum in curia laicali, quam Ecclesiastica. Vnde Hieron. 7. Nunquid spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum?

QUINTVM est fructuosa Christi occupatio, quia erat quotidie docens in templo. Vbi nota singula. Docebat ergo in propria, quia erat. Et hoc est contra multos Prelatos, qui deditigant in propria persona uisitare, & instruere subditos. Itē docebat frequenter, quia quotidie, quod est contra illos, qui nolunt predicare nisi in præcipuis fessis, aut in solennibus congregationibus. Item docebat in templo, in quo omnes de facili poterant conuenire. Non ergo, sub rugore, aut in occulto, ut Hæretici. Sed quid docebat? Certe docebat .

cata uitare, bene, & virtuosè uiuere, Deum super omnia diligere, proximum amare, in eum

credere, aliam uitam post hanc sperare.

re. Quam nobis concedat ipse,
qui cum Patre, & Spiritu
sancto uiuit, & regnat.

Amen.

Dominica Undecima post Trinitatem, Sermo Primus de Epistola.



OPTIMUM uobis facio Euangeliū, quod accepisti. 1. ad Corint. decimoquinto. Sicut in operibus artis, & similiter naturæ proceditur de imperfecto ad perfectum, ut liquet aperte, ita etiā in operibus gratiæ. In primis nempe Dominus Deus dedit homini legem naturæ, non quidem scriptam exteriori in pelle carnis mortis, sed interiori interius in uiva pelle cordis humani. Quid autem dicitur, aut imperat huiusmodi lex naturæ, aperte insinuat Thobias, cum instruit filium suum dicens. Quod ab alto oderis fieri tibi, uide ne tu, aliquando alteri facias. Eiusdem. 4. hanc etiam legem quodam modo renouauit, & inseruit Christus Matth. 6. diecius. Omnia quæcumque uultis, ut faciant uobis homines, uultis, inquam, rationabiliter, & discretere, & uos facite illis. Deinde Dominus dedit legem scriptam in duabus tabulis lapideis, & hoc per manus Moysi. In qua quidem lege magis expressit, quid agendum, quid etiam fugiendum. Dedit etiam postea successu temporis multa alia præcepta, tam moralia, q̄ ceremonialia, quam etiam iudicaria. Vnde in signum, quod tunc (scilicet, in darione legis antiquæ) illuminabatur mundus, apparuit facies Moysi adeo clara, & splendida, quod non poterant in eam intueri filii Israel, quousque ille posuit uelamen desuper, ut patet Exo. trigesimoquarto. Et similiter de hoc meminit Apostolus. 2. ad Corin. 3. Sed quia lex uetus neminem ad perfectum adducit, ut dicit idem Apostolus ad Hebre. 7. ideo tandem dedit ipse Dominus legem perfectam, scilicet, legem gratiæ, non per Angelum, sicut antea dederat legem antiquam, sed per seipsum, seu propriū uocis officio. Vnde Matth. 5. dicitur, quod ipse aperiens os suum docebat turbas, dicens. Beati pauperes spiritu, quoniam, &c. Tandem autem tradidit eam Apostolis suis promulgandam, quando post suam resurrectionem dixit eis illud Marci ulti. Eentes in mundum uniuersum prædicare Euangeliū omni creatura. Quam specialiter promulgauit Apostolus Corinthijs p̄ ut in principio Epistolæ hodiernæ scribit, dicens. Notum uobis in principio Epistolæ hodiernæ scribit, dicens.

Dominica XI. post Trinit.

bis facio Euangelium, quod accepistis. In qua quidem Epistola principaliter sit mentio de tribus, uidelicet.

De legis gratia promulgatione, in principio Euangeli.

De Apostoli profunda humiliatione, ibi. Ego sum minister Apostolorum.

De diuinæ gratiæ comparatione, ibi. Gratia enim Dei sum, &c.

PRIMO igitur sit mentio de legis gratiæ promulgatione. Et hoc iterum dupliciter, uidelicet, in generali, & in specificali.

PRIMO quidem in generali, cum ait Apostolus Corinthiis scribebas. Notum uobis facio Euangelium, quod accepistis, quasi diceret. Volo, quod habeatis in memoria Euangelium, quod predicaua uobis, id est, bonam nuntiationem, si ue doctrinam Euangelicam, quam proprio ore protulit Christus adhuc in terris degens, quod & accepistis, id est, iam ante hoc tempora receperistis. Et ideo eset magna uobis uerecudia, & grandis culpa, si nunc illud dimitteretis abeuntes retro, quia ut habetur Lucae. 9. Nemo mittens manum ad aratum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Vnde gl. interl. Turpius uobis est, & levitatis argumentum, si illud modò projicitis, in quo, & statim, scilicet, per firmam adhesionem, atque per bona opera. Per quod & saluamini, scilicet, in spe, & tandem saluabimini, in re. Vel ipso quo saluamini, id est, ad uitam eternam deducimini, illud opere obseruando.

NOTANDVM est autem circa hoc, quod Euangelium est firmiter credendum, aperte fatendum, diligenter colendum, uiriliter defendendum. De primo scribitur Marci. 1. Penitemini, & creditis Euangeli. Nam in eo continetur, quicquid est à nobis de necessitate credendum, & hoc sub pena aeternæ damnationis. Vnde Athanasius in simbolo. Hæc est fides catholica, quam nisi quisque firmiter crediderit, iniuriamque seruauerit, absque dubio in eternum peribit. De secundo loquitur Apostolus ad Rom. 1. dicens. Non erubescbo Euangelium. Et istud est contra quosdam mundanos clericos, & Prelatos, qui erubescunt predicare, cum tamen Christus, qui erat uerus Dei Parris naturalis filius, non erubuerit predicare. Ideo ipse Luc. 9. ait. Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum uenerit,

&c.

Sermo I. de Epist.

155

&c. De tertio scribitur de conse. dist. i. Apostolica, ubi dicit, quod cum legitur Euangelium in Ecclesia, omnes debent ob illius reverentiam assurgere. De quarto exemplum habemus in Christi Apostolis, qui seminantes Euangelium per universum mundum tandem occubuerunt pro illius defensione. Vnde hec est una de causis, quare populus stat ertectus, cum legitur sanctum Euangelium in Ecclesia, ut, scilicet, ostendat se paratum ad illius defensionem. Fertur etiam, quod milites aurati habent hoc priuilegium, quod possunt tenere eam sem nudum super cornu altaris, cum legitur Euangelium, quasi ostendentes se paratos ad illius defensionem. Et sic patent quatuor predicta. Patet etiam de promulgatione Euangeli in generali.

SECUNDUM fit mentio de promulgatione eiusdem Euangeli in spirituali, cum subditur. Tradidi (inquit Apostolus) uobis in primis, quod & accepi, id est, quod mihi prius reuelatum est, quando quidem fui raptus usque ad tertium celum, & uidi Arcana Dei 2. ad Cor. 12. Nō est ergo hoc, quod dico, habendum quasi fictum. Vnde ad Gal. 1. Notum uobis facio fratres Euangelium, quod Euangelizatum est à me, quod non est à mi hoīem. Neque n. ab homine illud accepi, neq; dixi, sed per revelationē Iesu Christi. Singulariter aut loquitur, & exemplificat Apo. de duob. quæ accepti per diuinā revelationem in hmōi raptu alijs tradēda, quæ sunt mors, & resurrectio Christi, de morte quidem loquī dicēs. Qm̄ Christus mortuus est pro peccatis nostris fm̄ scripturas, i. fm̄, q̄ Propheta est in scripturis sanctis, ut ibi Isa. 53. Ipse uulneratus est pp̄ iniurias nostras, attritus est pp̄ scelerā nostra. Item ubi supr̄ loquī de eo Deus pater dicēs. Propter scelus populi mei percussi eū. Item ibidē. Ipse peccata multorum tulit. Sequit. Et quia sepultus est, supp. fm̄ scripturas. Sic enim Prophetatum fuerat Isa. 11. Et erit sepulchrum eius gloriosum. Deinde loquitur de ueritate resurrectionis Dominicæ, cum subdit. Et quia resurrexit tercia die secundum scripturas. Sic n. Prophetatum fuerat Osee. 6. Tertia die suscitabit nos. Sed cōtra. Resurgentē Christo nō fuimus suscitati. Insupdicta Prophetia nō loquī de Christi resurrectione, sed de nra, ut uerba sonāt. Ex quo patet, q̄ nō facit ad propositū. R. f. s. i. o. Prophetā loquēs de resurrectione nra, simul logēd̄ resurrecione

V 3

clitione

Dominica XI. post Trinit.

Ctione Christi, quæ est causa, & principium resurrectionis nostræ ad uitam immortalem, ut bene probat Apostolus ad Cor. 15.

C O N S E Q U E N T E R Apost. probat ueritatem Dominicae resurrectionis per multos testes omnia exceptione maiores, dicens: *Vísus est Cepheus, id est Petrus. Luc. 3.4. Surrexit Dominus uerè, & apparuit Simoni: Sed quando, aut ubi non legitur. Et post hæc undecim, scilicet, præsente Thoma. Luc. 24. Item Iohann. 20. Deinde uisus est plusquam quinque fratribus simul. Similiter quando, aut cum auribus in speciali facta sit talis apparitione, scriptura non loquitur: Deinde uisus est Iacobus, scilicet, minori, sed quodlibet, aut ubi, similiter ignoratur. Dicit enim quidem, quod iste Iacobus spoponderat in cena se non comedetur, neque bibitur, donec uideret Christum à mortuis suscitatum. Et ideo illi specialiter apparuit Christus: Deinde Apostolis omnibus, scilicet, in monte Thabor, quandoquidem apparuit illis, & exprobrauit incredulitatē illorum, & duritiam cordis, quia his, qui uiderant eum resurrexisse, non crediderant. Deinde postquam locutus est eis, assumpitus est in cælum. Mar. vlt. Idem fermè habetur Act. 1. Ecce quomodo Apostolus probat ueritatem Dominicae resurrectionis testimonio multorum. Deinde eandem probat proprio testimonio, dicens: *Nouissimè autem omnium tanquam abortiuo uisus est, & mihi, supp. bis. Primo quidem de cælo, cum essem in via. Act. 9. Deinde cum orarem in templo. Act. 22. Pater ergo ex præcedentibus, qualiter Apostolus promulgavit legem Euangeliacum duplicitate, uidelicet in generali, & in speciali. Et iterum in speciali promulgavit tres articulos illius. Primus tangit passionem, & mortem Christi. Secundus sepulturam illius. Tertius autem resurrectionem eiusdem.**

M O R A L I T E R notandum, quod non absque causa Apostolus fecit mentionem de Christi morte, statim subdidit ueritatem gloriose resurrectionis. Hoc nempe ideo fecit, ut per hoc insinuaret illos, qui spiritualiter hoc est, per peccatum mortui sunt, mox, & quam citè debere, per penitentiā ad gratiam resurgere, & hoc præcipue propter tria. Primo quidem propter incertitudinem temporis. Ut enim dicitur Eccl. 9. *Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, sup. insperat, & aues laqueo, sic &c. Hinc Salvator nos admonet Matt. 5.5,* dicens.

Sermo I. de Epist.

I 56

dicēs. Vigilate, quia nescitis diē, neq; horam. Item eiusdēcim. 24. Eltore parati, quia nesciti, quia hora filius hominis uenturus fit, supple, ad iudicium tam particulae, quam generale. Et Luc. 12. Veniet Dominus seruillius, quando nō speratur. Secundū uero propter uitationem criminis. Non enim fieri potest, ut quis longo, aut aliquo notabili tempore possit stare in aliquo peccato, salte mortali, quin labatur in aliud noui, & fortè deteri, & gravius, quia ut dicit Gregorius super Ezechiel. hom. 1. Peccatum, quod per penitentiam nō dilutur, mox suo pondere ad aliud trahit. Et Iohannes Apoc. 22. Qui in sorribus est, sordecat adhuc. Hoc tamen nō dicit Iohannes optando, sed prædicendo. Tertiū autem propter indignationem iudicis Iesu Christi. Nullus enim libenter manet in indignatione, seu mala gratia Domini sui, & signanter a quo sperat dona multa, & magna, quinimum quām primum sentit illum sibi indignari, non cessat multiplicare apud eum intercessiones, quoniamq; p̄q n̄ reconcilietur ei. Quanto magis id in proposito agendum est? Et sic pater intentum.

Q V A E R I T V R iuxta prædicta, quare toties, & tot diversis personis voluit apparere Christus, postquam resurrexit à mortuis? Respondetur, q̄ propter triplicē rationē, videlicet.

Literalem. Moralem. Mysticalem.

P R I M A igitur ratio est literalis. Ut enim dicit Augustinus super Psal. exponus illi uersum. *Sicut Luna perfecta in aternum, & tertia in cælo fidelis. In nulla re sic contradicitur fidei Christianæ, quam in resurrectione carnis. Nam de anima immortalitate multi etiam Philosophi gentium multa disputationerunt, & immortalem esse animam pluribus, & multiplicibus libris conscriptum memoria reliquerunt. Sed cum uenit fuit ad carnis resurrectionem, non titubauerunt, sed apertissimè contradixerunt, adeo ut dixerint fieri non posse, ut caro ista terrena possit in cælum ascendere. Ob eam rem ille, qui natus est, & positus in signum, cui contradicuntur, carnem suam refusauit, ut obuiam iret contradictioni. In nulla ergo re tam uehementer, tam pertinaciter, tam contentiose contradicitur fidei Christianæ, sicut de carnis resurrectione. Hac ille. Propter ergo prædictam difficultatem superdam voluit Christus ueritatem suę resurrectionis pluribus apparendo apertius manifestare.*

S E C U N D A ratio est moralis, ut scilicet, per hoc offendatur, quod spiritualiter resuscitatus à morte culpe debet apparere per uitæ exemplaritatem multis, & præcipue illis, quos prius male uiuendo scandalizauerat, ut sic rediscifentur. Vnde Matt. 5. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificentur. &c. Vnde quātū si fieri potest, debet talis ire ad illos, quos male uiuendo prius scandalizauerat, & illos uero, & factō rediscifare, dicens: Siqui mini me euntem ad Dominum per pœnitentiam, quem prius fecuti estis euntem ad diabolum per peccatum.

T E R T I A ratio est mysticæ. Ideo enim uoluit Christus aliquando apparere uni tantum, uerò Petro, uel Magdalènæ, ut per hoc insinueret, quod post hanc uitam apparebit beatificè in celo illis, qui tenuerint rectam fidem unius Dei. Item aliquando apparuit duobus, sicut patet de duabus discipulis euntibus in Emmaus: Luc. 24. ut per hoc insinueret, quod in fine apparebit beatificè illis, qui debitè seruauerint duo præcepta charitatis, que sunt de dilectione Dei, & proximi. Item aliquando apparuit tribus, sicut patuit de tribus Marij, quandoquidem illis exeuentibus de monumento occurrit, dicens: Auere. Ille autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Matt. 28. Per quod designatur, quod in finem apparebit illis, qui tenuerint rectam fidem Sanctissimæ Trinitatis. Item aliquando apparuit septem, sicut patet Iohan. 21. de illis septem pescantibus in mari Galileæ. Per quod designatur, quod apparebit in celo illis, qui habuerint septem dona Spiritus Sancti, item septem uirtutes oppositas septem peccatis mortalibus. Item aliquando apparuit decem, sicut factum est ipso die resurrectionis, Thoma absente. Iohan. 20. Per quod designatur, quod tandem apparebit his, qui rite obseruerat decem præcepta decalogi. Item aliquando apparuit undecim, sicut factum est post dies octo à prædicta apparitione, cum, scilicet, Thomas esset cum alijs Apostolis, ut supradictum. Per quod designatur, quod post hanc vitam apparebit illis, qui uenerint ad laborandum in uinea hora undecima, id est, qui se conuerterint ad Dominum, per ueram pœnitentiam in fine dierum suorum. Postremò apparuit plusquam quingentis simul, ut habetur in praesenti Epistola. Per quod designatur, quod post hanc uitam apparebit in celo his, qui

in praesenti in sancta congregatione tenuerint unitatem charitatis, ut sunt boni religiosi. Vnde Matt. 18. ait. Vbi duo, uel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio corū sum. Et sic patet de primo principali præsenti Epistola.

S E C U N D O principaliter in hodierna Epistola fit mentione de Apostoli Pauli profunda humiliatione. Tum quia loquens de apparitione Christi sibi facta post eius resurrectionem, ait, Nonnissime autem omnium, tanquam abortiuo uisus est, & mihi. Tum quia uocat se minimum Apostolorum. Tum quia dicit se non esse dignum uocari Apostolū, eò quod persecutus est Ecclesiam Dei. Ecce ergo qualiter ostendit suam profundam, & maximam humilitatem in tribus. Et circa ista tria proponuntur tria dubia, quæ soluentur.

P R I M U M igitur dubium est tale. Vtrum Paulus rationabiliter uocauerit se abortiuum in praesenti Epistola? Responderetur, quod sic. Pro quo notaendum conformiter ad beatum Thomam in postilla sua, quod ille fetus literaliter dicitur abortiuus, qui nascitur extra tempus debitum, uel quia cum uiolenter eductur ex utero matris, uel quia non perducitur ad debitam quantitatē. Hæc autem tria de se fent Apostolus quantum ad primum ceteri Apostoli renati fuerunt per gratiam, sive per baptismum ante aduentum Spiritus Sancti. Ipse autem post, ut constat, ideo in bullis Apostolicis, sive in sigillo Papæ ponitur semper effigies Pauli à dextris, effigies autem Petri à sinistris. Similiter quantū ad secundū alij Apostoli sponte fuerunt conuersi, quia ad solam uocationem Christi dicens: Venite post me, ut patet expressè Matt. 4. de uocatione Petri, & Andream fratrum, item Iacobi, & Iohann. fratrum. At uero Paulus quasi uiolenter, & coactè uocatus est à Christo de celo, quia in actuali persecutione fidei. In cuius regnum prostratus est in terram, ut patet Act. 9. Item quantum ad tertium non reputabat se Apostolus peruenisse ad perfectionem aliorum Apostolorum, & hoc ex humilitate dicens: Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus, &c.

D O M I N U S autem Hugo Cardi. in postilla sua assignat alias duas rationes, propter quas Apostolus in praesenti uocat se abortiuum. Prima est, quia sicut abortiuus dicitur, qui in ortu suo matrem suam interfecit, ita & Paulus mortuus spiritualiter natus membrum Christi per Apostolatum, persecutes

Dominica x i. post Trinit.

secutus est matrem suam Sinagogam. Vnde legitur Actu., Quid post conuersioneum suum continuo ingressus in Sinagogas prædicabat Iesum affirmans, quia hic est filius Dei. Et post pauca. Saulus autem magis conualescebat, & confundebat Iudeos, qui erant Damasci, &c. ideo recte præfiguratus fuit Gen. 3.5. In Beniamin, in cuius ortu mater sua mortua est. Secunda ratio est, quia sicut abortiuus dicitur, qui in utero matris moritur, ita & Paulus in utero matris sicut spiritualiter mortuus est, scilicet, per originalem culpam. Prædicta, iuxta primam rationem qualiter sunt hodie multi abortiu super terram, qui persequeuntur matrem suam ecclesiam, ut sunt multi nobiles, & potentes, & similiter muliti iudices laici, qui nituntur infringere libertates ecclesie. Alii etiam abortu persequeuntur matres, quæ eos portarent, & lactauerunt ducentes senectutem eorum ad inferos cum dolore. Prædicta similiter iuxta secundam rationem, qualiter nos omnes tam nobiles, quam rustici sumus abortiu in ortu nostro, eo quod tunc nascimur spiritualiter mortui per culpam originalem, cui omnes subiij cimur. At uero cu renascimur per gratiam baptismalem, tunc efficiunt proles perfecta, & magnifica. Da exemplum de ursa, quæ facit catus suos ad modum unius grossæ mastæ carnis, & quasi absque figura speciei sue, sed postmodum tandem lingit eos lingua sua, quod in eis appetit forma, & figura decens iuxta speciem suam. Applicatio est facilis de matre ecclesia, quæ lingit filios suos, in baptismo quoique appareat in eis figura teritorum Christianorum, & filiorum Dei per adoptionem. Iohannis. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Et sic patet de primo dubio.

S E C V N D V M dubium est tale. Vtrum Apostolus Paulus rationabiliter uocauerit se in presenti epistola minimu Apostolorum, quinimo indignum se uocari Apostolum. Videtur, quod non, quia à parte rei non erat minimus, maximè cum plus omnibus laborauerit ad edificationem ecclesie Christi. Item si non erat dignus uocari Apostolus, ergo Christus non debuit eum de celo ad Apostolatum uocasse, & elegisse ad portandum nomen suum uerbo prædicationis coram gentibus & regibus, & filiis Israel, sicut de facto fecit, ut patet Actuum. 2. **Responsio.** In primis dicendum, quod Apost. non dicit se mini-

Sermo i i. de Euang.

158

minimum Apostolorum ex humilitate, quia licet mentiri humilitatis causa ut dicit August. de uerbis Apostoli ser. 29. Et similiter recitat. 22. q. 2. Non ita. Quod est contra multos, qui dicunt interdum multa mala de seip sis, quæ tamen in se non recognoscunt. Item afferunt, & se reputant saltem ore ceteris peiores, & hoc totum, ut ab alijs reputantur humiles. Tales ergo duplicer peccant. Primo quidem, quia se ipsos iniustè scandalizant. Secundo autem quia mentiuntur. Addit tertium, quia ex hypocrisy taliter loquuntur, ut s. humiles clamantur. Reflat ergo uerificare uerbum Apostoli, ad alium sensum. In primis ergo dicendum, quod incertum est nobis quis inter Christi Apostolos fuerit minimus per uitæ meritum, sicut & modò quis eorum sit minimus per celeste premium, maximè cum omnes in presenti fuerint ualde magni per gratiam, nunc quoque sint adhuc maiores per celestem gloriam. Propter quod de illis canit ecclesia dicēs. Nimiris honorati sunt amici tui, Deus. Paulus ergo dicens se minimum Apostolorum, non uoluit dicere, quod esset simpliciter minimus, sed quantum ad hoc, quia persecutus est ecclesiam Dei, ut immediate subdit. Hoc autem nullus alioſu Apostolorum fecit. Vel forsan dicit se minimum Apostolorū ex uera humilitate, quasi arbitrans cæteros Apostolos se maiores per uitæ meritum, & per aliquas gratias in eis latentes, uel etiam realiter, & exterius apparentes, quas in se non recognoscet. Egit ergo Apostolus noster Paulus conformiter ad dictum sapientis Eccl. 3. dicentis. Quanto magius es humiliatus in omnibus, id est, inter omnes. Vel forsan Apostolicat se minimum Apostolorum uocatione, eo s. q. fuerit ultimus uocatus ad Apostolatum. Non autem afferit minimum dignitate, aut prædicationis labore. Quinimo fuit prædicatione primus, quam fuerit uocatione nouissimus. Et sic patet ad id, quod primo in oppofitum adducitur. Quod uero secundò adducitur ex uerbis eiusdem Apostoli, quod non erat dignus uocari Apostolus, dicendū quod ly non poterit priuatū, aut contrariū. Priuatū quidem, quod in subiecto non est qualitas reddens hominē Deo dignum, aut saltem homo non recognoscit in se talem qualitatem, sive dignitatē. Contraria aut quandoque experitur in se contrariā qualitatē. In predictis ergo uerbis Apostoli ly non, tenetur priuatū, nō autem

autem contrariè. Vel dic, quòd non erat dignus uocari Apo stolus habito respectu ad precedencia merita. Erat tamen di gnus dignitate p̄fensis gratia. Et sic patet ad h̄m dubium.

M O R A L I T E R . Instar Apostoli Pauli, quilibet homo quantumcunque iustus, & perfectus debet per humilitatem omnibus alijs existimare minorē, & si non in omnibus, scilicet in aliquo. Hoc enim sufficienter innuit sapiens Eccl. 3. dicens. Quanto magnus es, &c. Similiter idem potest ex uestib⁹ Au gult. de uestib⁹ Apostoli ser. 21. Ita dicentes. Aestimādū est, nullum esse hominem, qui non possit habere aliquid boni, q̄ tu non habes, etiam si lateat, in quo sine dubio possit esse te superior. Quæ quidem cogitatio ad confundendam super biā ualeat. Et hoc est, quod dicit Apo. Philip. 2. Nihil, inquit, per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate mentis, alter alterum existimantes superiorē sibi. Verē ergo existimare possumus, posse aliquid esse in alio oculum, quo nobis superior sit, etiam si bonum nostrum, quo illo uidemur superiores esse, non sit occultum. Itē enim cogitationes depriment superbiam, & acuunt charitatem, faci tes onera frater na; non solum equo animo, uerum etiam libentissimē fusi neri. Hæc illle.

T E R T I V M dubium est tale. Vtrum Apostolus perf quis Ecclesiam Dei, sicut in pr̄senti Epistola testatur, peccauerit mortaliter? Videtur q̄ non, quia ignorantia fecit, prout ipsemet testatur 1. ad Tim. 1. dicens. Prius fui blasphemus & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam Dei con secutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Responsio. In tali persecutione peccauit mortaliter, non obstante ignora ntia. Nam talem ignorantiam poterat uincere, & ad hoc tenebatur. Et hoc non fecit, ideo mortaliter peccauit. Verum tamen huiusmodi ignorantia diminuebat in eo grauitatem peccati, eō quōd non erat affectata. Quinimo credebat se obse quium pr̄stare Deo persequeb̄o christianos. Vnde decole gitur Act. 9. Q̄ iōd accessit ad Principem Sacerdotum, & peti t̄ ab eo Epistolas in Damascum ad Synagogas, ut si quos inuenies huius uig, scilicet, Christicolarum, uiros, ac mulieres, quin̄c̄os perduceret in Hierusalē. scilicet carceri deputandos, & postmodi occidendos. Item in pr̄cedenti capitulo actuū Apostolorum, quod est octauum, sic de eo legitur. Sanlus de nastabat

nastabat Ecclesiam per domos intrans, & trahens uiros, ac mulieres, & tradebat in custodiā, scilicet, carceris. Non mirum ergo, si Apostolus propter ignorantia suā misericordia est confecutus, quia ut dicit Amb. lib. 5. Epistolārum suarum. Cito meretur ueniā, qui p̄tendit ignorantia, dicēte Ps. Deli da iuuentutis meq̄, & ignorantias meas ne memineris dñe. Patet ergo solutio ad tria p̄dicta dubia iuxta materiam suā biebat proposta. Et per cōsequens de secundo principali.

T E R T I O principaliter in pr̄senti Epistola fit mentio de diuine gratiae cooperatione, cum Apo. de seipso loquens ait. Gratia Dei sum id, quod sum. In quibus uestib⁹ respon det obiectio, qua posse sibi fieri in hunc modum. Per te non es dignus uocari Apostolus, quare ergo Apostolus? Et respondet dicens. Gratia Dei sum id, quod sum. scilicet Apostolus. Ac si aperte dicaret. Solo munere diuino sum Apostolus. Ex me autem nihil sum, nisi persecutor, & blasphemus. Et gratia eius in me uacua, id est, ociosa, & infructuosa non fuit, quia illi cooperatus sum per bonum usum liberi arbitrii.

N O T A N D V M est autem, quod triplex hominum genus merito dicere, potest cum Apost. Gratia Dei sum id, quod sum, uidelicet.

Incipiens, Proficiens, Perueniens.

P R I M O igitur incipiens bene agere, & recedens à peccato potest iustificari dicere, quasi Deo gratias agens. Gratia Dei sum id, quod sum. Certissimum enim est, & absque dubio te nendum, quid non fit remissio peccatorum absque gratia Dei, iuxta illud Apost. ad Rom. 3. Iustificati gratia per gratiam ipsius, scilicet, Iesu Christi. Vnde Beatus Tho. 1. 2.q. 113. artic. 2. dicit exp̄s̄e, quid non potest intelligi remis sio culpa, nisi adsit infusio gratiae. Probat autem per hoc, quid Deus pacatur homini, & homo reconciliatur Deo. Sed hoc non fit absque gratia, & charitate, igitur culpa for maliter non remittitur absque duobus p̄aeatis, quæ sunt gratia, & charitas. Dicat ergo iustificatus à peccato. Gratia Dei sum id, quod sum. Dicat etiam cum Psal. Nisi, quia dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno ani ma mea.

S E C U N D O proficiens, supple de uirtute in uirtutem, & de bono in melius, meritò pot dicere cum Apostolo. Gratia Dei

Domi nsum id quod sum. Nam tanta est hominis fragilitas, & instabilitas pro statu uite, quod non solum per dicunt, aut horum uerumeriam per solum initans, aut momentum non potest persistere in bono virtutis absque speciali dono, & gratia Dei. Quemadmodum ergo uita naturae indiget continuo conseruari à Deo, intantum, quod si Deus subtraheret suum influxum à rebus, omnia redigeretur in nihilum, ita suo modo uita gratia, siue esse gratie indiget continuo conseruari à Deo. Quod ergo quis perfueraret in bono uirtutis, gratia Dei attribuendum est. Dicant ergo proficentes, non se extollentes de bono, quod habent, sed potius se sub Deo humiliantes. Sufficientia nostra ex Deo est 2. ad Corin. 3.

TE R T I Ó perueniens, sup. ad eccliam meritò potest dicere, cum Apostolo, gratia Dei sum id, quod sum. Non enim ex operibus iustitiae, quę fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, inquit beati, hinc Apostolus ad Roma. 6. Gratia, inquit, Dei, uita eterna, idest, per gratiam Dei habetur uita eterna, que non redditur, sed quasi gratis datur. Vel pōtē sensus, quod gratia Dei, idest, gratia gratum faciens, que est speciale opus Dei in homine, est quoddam necessarium preambulum ad uitam eternam, in tantū, quod absque ea nullus peruenit ad dictam uitam eternam. Vnde huiusmodi gratia respectu uite eternae est, sicut pons, quo transeunt anime deuotae de ripa praesentis seculi ad futurum, & eternum seculum. Item est, sicut Navis prælauans à periculo submersionis in profundum Maris infernalis, & transportans animas deuotas ad portum eternæ salutis. Et hoc est, quod dicebat Apostolus Act. 15. Per gratiam, inquit, credimus saluari. Item est, sicut clavis, quia per eam ingrediuntur anime deuotæ celestem gloriam. In cuius rei signū legitur Act. 7. de beato Stephano, quod cum esset plenus gratia uidit celos apertos, uidit, & introiuit. Ecce quomodo ipsa gratia reserat, & aperit Paradisum animabus deuotis. Et per consequens quicunque illuc peruenit, meritò potest dicere cum Apostolo. Gratia Dei sum id, quod sum. Studeamus ergo charissimi in praesenti taliter uiuere, ut tandem predilectum uerbum possimus in celo dīcere. Præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum pa... xc.

Dominica Undecima post Trinitatem, Sermo primus
de Euangelio.

Vo homines ascenderunt in templum, ut ora rent, unus Pharisæus, & alter publicanus Lucas. 18.

P R O introductione presertim sermonis moverur quaestio talis. Vtrū Pharisæus ex forma orationis suę sit uituperadus, & publicanus laudandus, & iustificandus.

A D hanc questionem bimembrem respondetur pro ultra que parte affirmatiuę. Et primò quidem ad primam partem, qua queritur. Vtrum Pharisæus ex forma orationis suę sit uituperandus? Respondetur quod sic, etiam unā cum omnibus similibus. Et hoc principaliter propter tres rationes, que etiam tanguntur in euangelio ad eius uituperium.

P R I M A igitur ratio vocatur irreuerentialitas. Valde enim irreuerenter se habuit in oratione sua stans, sup. crebro corpore, & eleuata fronte, cum tamen deuota, & sancta oratio debeat fieri, cum incarnatione corporis, utpote cum genuflexione, item cum oculorum uersus terram depressione, sicut fecisse legitur publicanus, qui ex humilitate nolebat oculos ad celum leuare. Practica, quomodo multi more Pharisæi irreuerenter orant dominum, ut sunt illi, qui vix ponunt unum genu ad terram, cum audiunt missam. Insuper exigunt faciem, & oculos hincinde conuertunt. Alij componunt barbam, alij perrucam, idest, comam capitris sui, alij alias insolentias faciunt, atque incompositos gestus tenent, cum orant, etiam usque ad clericos, & religiosos multos. Ecce irreuerentia orantium.

S E C U N D A ratio, proper quam Pharisæus est uituperandus ex modo suo orandi, dicitur elationis. Orabat enim cum magna cordis elatione, & superbia se solum iustum, & sanctum inter omnes homines mundi iudicans, cum dicebat. Non sum, sicut ceteri hominum. Ac si aperte diceret. Ceteri homines sunt magni peccatores, ego uero solus bonus, iustus, & sanctus, cum tamen ex humilitate debuissest se existimare peiores ceteris, & si non simpliciter, saltet tam.

men quo ad aliqua, quia ut dicit Chrys. homi 38. Nihil tam Deo gratum, quam cum extremis peccatoribus semetipsum connumerare. Hoc est enim totius Philosophie principium. Vnde legitur in uitis patrum de Beato Antonio, quod factum est ad eum vox de celo, quae diceret: Antoni nondum peruenisti ad mensuram perfectionis cotarij, qui est in Alexandria. Quo auditu, ille assumptum baculo suo uenit Alexandriam. Et ingressus domum dicti cotarij, interrogauit eum de statu suo, & uiuendi modo. Qui ait. Nescio me aliquando aliquid boni perpetraffe. Vnde ex cubili proprio mane colurgens, antequam in opere meo residem, dico quod hęc omnis ciuitas à maiori usque ad minorem ingreditur regnum Dei propter iustitias suas, ego autem solus propter peccata mea ingredior poenam sempiternam. Quod audiens Beatus Anto. dixit ei. In ueritate fili, sicut bonus artifex in domo tua sedens, cum requie regnum Dei, consequeris. Ego autem in solitudine manens, neendum uerbi tuū assumpti mensurā. Longe ergo erat iste bonus Cotarius ab elato illo Pharise, qui ceteros reputabat peccatores, seipsum autem solum iustum, cum tamē scriptura Proverb. 18. dicat, quod iustus prior accusator est sui.

T E R T I A ratio, propter quam Phariseus est uiteperandus ex suo modo orandi, dicitur iactationis. Ipse enim apertere iactabat se, & extollebat de paucis bonis, que faciebat, diēcens. Ieiuno bis in Sabbato. Decimas do omniū, que possedeo. At uero ipse modicam iustitiam suam per magnā iactantiam, & uanam glorian fedebat. Non sibi licebat se ipsum de propria iustitia laudare, maximē cum dicat scriptura Proverbio. 25. Lauder te alienus, & non os tuum, extraneus, & non labia tua. Item Job. 9. Si uoluerō me iustificare, os meum condemnabit me. Pater ergo, quod oratio Pharisaei propter tria erat vituperanda. Et sic pater responsio ad primam partem proposita questionis.

Q U A N T U M autem ad secundam partem prædictę questionis, qua queritur, utrum publicanus ex forma sua orationis sit laudandus, & iustificandus? Respondetur, quod sic, & similiter cum eo omnes sibi similes. Et hoc principaliter propter tres rationes, quae tanguntur in praesenti Euangelio,

P R I M A igitur ratio dicitur humilitatis. Ipse nempe orando maximē humilis fuit, & uerecundus. In cuius rei signum à longe stabat, nec oculos sursum eleuare audebat. Nam ut dicit de eo uenerabilis Beda. Sicut humilis non audebat appropinquare, ut Deus ad eum appropinet, non audebat aspicere, ut Deus misericorditer eum aspiciat, non audebat ergo oculos ad celum leuare, quia cognoscebat se offendisse Deum ibi gloriosè regnante, ita ut meritò tunc dicaret cum rege Manasse illud. 2. Paral. vlti. Peccati super numerum arenæ maris, & multiplicata sunt super me peccata mea, & non sum dignus uidere altitudinem celi præ multitudine iniquitatis meæ, quoniam irritauit irā Domini, & malum coram eo feci. Sic instar huius publicani, qui uult iustificari à peccato, debet humiliter, & uerecundè orare Dominum, maximē cum dicat scriptura Eccle. 35. quod oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet, non consolabitur, & non discedet, donec altissimus aspiciat, idest, exaudiat. Ecce quantum prodest humiliatio cum oratione: Propter quod in Ecclesia, cum oratur Deus, fiunt inclinaciones, prostrationes, genuflexiones, & similia humiliatis siagna, ut sic facilius exaudiar Dominus populum orantem.

S E C U N D A ratio, propter quam publicanus in orando est laudandus, & iustificandus, dicitur coitionis, quam ostendit se habere in hoc, qd̄ persecutiebat peccatum suū in hoc facto reddens se culpabile coram Deo. Ideo autē peccatum suum persecutiebat, quia de corde exirent cogitationes malæ, quae coinquinant hominem, ut habetur Matt. 15. Hinc est, quod multi, quoties dicunt confiteor, & ueniunt ad illam clausulam, Mea culpa, solēt persecutore peccatum suū in signū coitionis, & doloris. Vnde legitur Luc. 23. quod cum Christus expirasset, multi, qui aderant ad spectaculum, persecutabant peccatora sua, scilicet, in signum doloris, quod consenserint in morte eius, pertentes a Pilato Barabam dimitti, & Christum crucifigi.

T E R T I A ratio, propter quam publicanus in orando est laudandus, & iustificandus, dicitur uerū cōfessionis. Fecit enim ueram cōfessionem coram Deo, eo quod peccator esset, quia publicanus, idest, publicus negotiator, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. In quibus verbis duo facit. Primò implorat Dei misericordiā, cū ait. Deus propitius esto mihi. Secundò cōfessio-

Dominica x i. post Trinit.

ficietur suam miseriā, quia peccatori. Similiter instar huius publicani debet quilibet peccator clamare ad Dominum tū dendo pectus suum, & dicere, Deus propitius esto, &c. Et hoc rationabiliter, quia ut dicit Psal. Ipse est, qui propitiatur omnibus iniquitatibus peccatorum, & qui sanat omnes infirmitates eorum. Propter ergo tria predicta publicanus in oratione sua est laudandus, & dignè iustificandus. Et per opus suum Phariseus uituperandus, ut prius deductum est. De quibus duobus simul premititur in themate p̄cessuō, quōd duo homines aseenderunt in templum, &c.

In presenti ergo Euangelio de predictis duobus hominibus tria tanguntur, quae sunt.

Ascensus.

Confessus.

Descensus.

PRIMA igitur tanguntur eorum ascensus, cum dicitur, Duo homines aseenderunt in templum ut oraret, unus Phariseus, & alter publicanus. Erant ergo isti duo pares in natura, quia ambo homines. Pares in labore, quia ambo aseenderunt in templum, ut orarent. Sed dispare in qualitate, siue in exteriori cultu, quia unus bonus secundum apparentiam, quia Phariseus, id est, ab alijs diuisus per uitę sanctitatem, quam exterius prætendebat. Alter autem notoriè malus, quia publicanus. Publicanus autem propriè dicitur, qui publica negotia, utpote uectigalia, seu tributa sectatur, & colligit. Dicunt etiam publicanus ille, qui amissi omni pudore publicè peccat. Et sic sumitur in presenti parabolā. Nota tamen, quod presens narratio est parabolica locutio, sicut premititur in principio Euangeli. Per hanc autem parabolam inducit nos Christus ad habendum sinceram humilitatem, cum oramus, siue qua non placet Deo oratio. Item inducit nos ad non confidendum, siue presumendum de propria iustitia, siue in proprijs meritis. Item ad non spernendum proximos nostros, etiam quamvis peccatores publicos, & notorios, quia forsitan adhuc boni, & virtuosi erunt, & qui eos spernunt, atque dedignantur, forsitan grauissimi peccatores existent, quia ut habetur Eccl. 9. Omnia in futurum servantur incerta, insuper nescit homo finem suum, ut habetur ibidem, idest, nescit, qualem finem sit habiturus, bonum, scilicet, vel malum.

MORALITER. Isti duo homines significant uniuersitatem

Sermo i i. de Euang.

162

stratem hominum. Phariseus, quidem iustos, publicanus uero impios. Vtrique autem debent ascendere in templam ad orandum. Iusti quidem pro imperanda perseverantia in bono, quod incepérunt, impij uero pro imperanda uenia, & remissione peccatorum suorum, que commiserunt. Et tales figurantur per Petru, & Iohanne q̄ ascēdebant in templo ad horam orationis nonam. Vbi per Petrum, qui Christianum negauit, intelligantur peccatores. Per Iohannem uero, qui innocenter uixit, & qui interpretatur, in quo est gratia, designantur iusti, & innocentes. Ascendant ergo utrique, si iusti, & peccatores in templum, idest, in Ecclesiam ad orandum pro causa prefignatis.

MORALITER. In quatuor illis uerbis. Duo homines aseenderunt in templum, notantur quatuor pulchre conditiones bone orationis, quae sunt.

Vnionis. Discretiōnis. Eleuationis. Locationis.

PRIMA igitur cōditio orationis dicitur unionis, quia duo. Qui enim ault debitè orare, debet esse non quidem solitarius perodium, & rancorem, quia va huiusmodi soli, sed alijs unitus per amorem, & mutuam charitatem. Et hoc est, quod ault Salomon Eccl. 4. cum loquitur ita dicens. Melius est duos esse simi], quām unum, habent enim emolumētū societatis suæ. Si unus ceciderit, ab altero fulcietur, idest, si unus sit in periculo cadendi per peccatum, perseruabitur forsitan per orationem alterius. Ecce magnum emolumētū societatis mūtū in oratione. Est, & aliud emolumētū p̄dicta societatis, seu unionis in oratione, scilicet, exauditiō, siue petitionis imprecatiō, de qua loquitur Christus Matth. 18. ita dicens. Si duo ex uobiis cōfūserint super terram, de omni re, quācumque petierint, sicut illis à Patre meo. Vnde quod ualeat apud Deum oratio duorum, aut plurium, pater ex illo uerbo Hiero. dicentis, quod impossibile est p̄feces multorum non exaudiri. In cuius figuram legitur 1 Reg. 14. quod cum semel rex Saul ueller occidere Ionatham filium suum, cō quod contra eius edictum gustasset modicum mellis, populus in tantum pro eo rogauit, quod non fuit occisus, sedataque fuit ira patris. Ad propositum rex Saul est Deus, qui frequenter irascitur contra mundum, & contra miseros peccatores, ita ut uideatur ex debito iustitie nelle eos confundere.

Dominica x i. post Trinit.

dere, & perdere. Sed obstant orationes bonorum, quæ sunt cum unione charitatis, ita ut dicat Hiero. in prologo super unitas patrum, quod debemus attribuere precibus sanctorum virorum mundum adhuc stare. Paret ergo, quantum prodest oratio, quæ si cum unione charitatis.

S E C U N D A cōditio bonæ orationis dicitur discretio-
nis. Summè enim necessaria est discretio in oratione, ut sci-
llet, homo consideret, quid petat à Domino. Hæc autē con-
ditio tangitur in prædictis uerbis, cum dicitur homines.
Homo nūm, cum sit creatura rationalis, ut pote agès per in-
tellectum, & voluntatem, debet habere discretionem in omni-
bus operibus suis, præcipue autē: um portigit orationem ad
Dominum, ita ut diligenter consideret, h̄i, quod petit, cedar
ad D. i honorem, sive ad proximorum ædificationem, aut ad
propriā utilitatem spiritualē. Et quia multi nō habent discre-
tionem in oratione, sed quando; petunt no: iua, & cōtraria
si: q̄ salutis, & D. i honori, ideo non mirum, si cōmuniter non
exaudiuntur. Alij autē in petendo praferunt: temporalia spi-
ritualibus. Alij uero petunt simpliciter, & absoluē, quæ sub
conditione petenda sunt, utpote, si expediant proprię salutis,
ut sunt fuitas, diuitie, longa vita, prosperitas, & huuimodi.
De talibus ergo, ac similibus loquitur Iacobus. 4. cap. dicens.
Petitis, & non accipitis, cōd quod male petatis. Et nota, quod
non dicit, cōd quod malum petatis, sed eo quod male petatis,
idei, indiscretē, & irrationabiliter.

T E R T I A cōditio debita orationis dicitur elevationis.
Dicit enim orans leuare cor suum ad Dominum, quod nota-
tur, cum dicitur, ascendebant. In cuius rei signum sacerdos
in Missa admonet populu ad talē mentis elevationē dicens.
Sursum corda. Cui responderet clerus pro toto populo dicens.
Habemus ad Dominū. Propterea Cyprianus Martyr, & reci-
tagur de consec. dist. 1. quando, satis ad propositum loquitur
dicens. Fratres dilectissimi, quando stamus ad orationē, inni-
gilare ad preces toto corde debemus. Omnis cogitatio car-
nalis, & secularis abscedat, nec quicquā, tunc aliud animas
cogiter, quā id solū, quod precatur. Hæc ibi. Vnde ad pro-
positum, querit Petrus Damianus in quadā Epistola, quæ inci-
pit: Alexander Episcopus, cur in oratione Dominica potius
dicimus. Pater noster, qui es in celis, quā qui es in terra, aut in
aquis,

Sermo 11. de Euang.

163

aquis, maximē, cum ubique sit Dominus? Et responderet dices, quod id circa potius dicimus, qui es in celis, quā aliquid aliud, ut ad illā cōflestem hereditatē sese noster animus erigat: Debemus ergo in oratione eleuare corda nostra ad Dñm: de eo cogitando, quā immensus, & excelsus, quā omnipotens, & summus, q̄ bonus, & uenerādus, quā misericors, & pius, & huiusmodi. Cuius contrarium multi faciunt, qui solo ore orant ipsum Dominū, & corde loquuntur cum mōdo. Qos reprehendit Dominus Esa. 29 dicens. Populus hic labijs me honorat, cor autē eorum longē est à me. Et reuera longē est à Deo cor multorū orantium, quia uersatur pleriq; circa terrena, & circa cogitationes turpæ, & carnalē se occupat, ita ut nō intendat his, quæ dicit. Valde enim reprehensibile est, quod orans dicat ad Dominū: Deus in adiutoriū meū inten-de, aut illud: V̄ iba mea auribus percipe Domine, intellige clamorē meū. Intende uoci meā rex meus, & Deus meus, aut similia, & q̄ ip̄ se met orans, nec D. o, nec sibi intendat, sed potius se o. cupet, nescio, quibus fruolis, aut nocitiis, & turpibus phantasij. E: breuiter, ut dicit devotus Bern. in lib. suarum meditationum cap. 8. Magna peruersitas, & insania est, quād presumimus in oratione loqui cum Domino maiestatis, & insensati mentem auertimus, & ad, nescio, quas ineptias cor nostrum conuertimus. Et post pauca: Magnam finiuit) in iuriā Deo facimus, cum illum deprecamur, ut nostras preces exaudiat, quas, qui fundimus, non audimus. Deprecamur quidem illum, ut nobis intendat, & nos, nec illi, nec nobis intendimus, sed quod deterius est, immunda in corde uersatorum horribilem eius aspectibus ingerimus. Hæc ille.

Q U A R T A cōditio devote orationis dicitur locationis,
quia in templū. Quāuis enim licet orare in domo, in agro,
& in omni decenti loco, locus tamen magis congruus oratio-
ni est Ecclesia. Vnde & domus orationis uocatur Iohan. 2. Propterea dicebat Salomon ad dominū. 2. Paral. 6. Quicunq;
orauerit in loco isto, exaudi di de habitaculo tuo, id est, de cœ-
lis, & propitiare illi. Quod autem magis licet orare Do-
minum in Ecclesia, quām in alio loco, pater multipliciter.
Tum propter sanctitatē loci. Nam Ecclesie solent cōsagra-
ti, & dedicari Domino. Nō sic aut̄ alia loca. Tum propter re-

uerentiam sacramenti altaris , quod solet in Ecclesia conferrari , & conferari . Tum propter Sacrosanctas reliquias , quæ solent ibi reponi . Tum propter præsentium Sanctorum Angelorum , qui piè creduntur præ ceteris locis frequentare loca sacra , maximè cum diligent omnimodam munditiam . Tum propter dæmonum elongationem , qui nō libenter intrant Ecclesiam , sicut nec Simiq . Et per cœsequens non possunt ita faciliter impedire deuotionem orantium in Ecclesia , sicut alibi . Vnde de Ecclesia dicitur , quod terribilis est locus iste . Terribilis , inquam , demonibus , sed suauissimus , & benignissimus bonis Angelis . Insuper uerificabile est , quod patfonus Ecclesia specialiter iuuat apud dominum illos , qui intrant Ecclesiam , & orant . Cæterum , sicut in bello unus hortatur alium , & animat suo exemplo ad uiriliter certandum , ita & in Ecclesia , ubi conuenit multitudine orantium , unus deuotè orans prouocat alium ad sic orandum , ubi forsitan extra Ecclesiam , aut non orarer , aut remissè , & tepidè oraret . Ex quibus omnibus concluditur , quod ualde expediat orare dominum in ecclesia . Vnde , & psalmista dicebat . In ecclesijs benedic te domine . Et sic patet de quatuor conditionibus bonæ orationis , quæ tanguntur in quatuor dictiobus predictiis .

S E Q U I T U R . Ut orarent Circa quod queritur , quomodo orandum est ? Ad quod respondetur , quod orandum est istis modis , uidelicet .

Humiliter , Feruenter , Perseueranter ,
Communiter , Confidenter , Misericorditer .

P R I M ò igitur orandum est humiliter . Nam habetur Eccles . 3 . Oratio humiliantis se nubes penetrabit , & donec appropinquet , supp . ad dominum , non consolabitur , & nō discedet donec altissimus aspiciat . Item Judith . 4 . Humilium , & mansuetorum semper tibi placuit deprecatione . Quemadmodum ergo pauperes , & debiles eleemosynam peccantes , humili loquuntur etiam ostendentes suas infirmitates debilitates , & necessitates , ut sic magis prouocent cor da hominum ad illis benefaciendum , ita & illi , qui in oratione uolunt aliquid à domino impetrare , debent seipso profundè humiliare fatentes suam inopiam , & Dei omnipotentiam , atque misericordiam . Et tuas uerificabit illud

Psalm.

Psalm . Abyssus abyssum inuocat . Et est sensus , quod abyssus humanæ inopie , abyssum inuocat diuinæ misericordie . Hinc Psalm . ait , de domino loquens respexit in orationem & , non spreuit preces eorum . Dicit etiam Greg . in moralibus li . 2 . Quod ille Deo ueram orationem exhibet , qui semetipsum cognoscit , & quia puluis sit , humiliter uidet , qui nihil uirtutis sibi tribuit , qui bona , quæ agit , esse de misericordia conditoris agnoscit . Et breuiter humilitas adiuncta orationi tantam efficaciam , & uirtutem illi tribuit , quod Dei itam contra peccatores mitigat , quinimo uidetur interdum eius sententiam mutare , & reuocare . Et de hoc habemus historiam de Niniuatis Ionæ . 3 . Quibus cum ex parte domini denunciasset Iotas suam ciuitatem in breui subuentandam , egerunt penitentiam in facco , & cinere . ecce humilitas . Atque clamauerunt ad dominum . Ecce deuota oratio . Quibus tandem pepercit dominus . Ecce quantum illis profuit humilitas cum oratione .

S E C U N D O orandum est feruenter . Tunc autem quis feruenter se ostendit orare , si profluant lachrymæ ab oculis suis . Talis autem feruor præberet in licibilem uirtutem , & efficaciam ipsi orationi . Vide de Anna marie Samuelis , legitur . 1 . Reg . 1 . Quod cum esset amato animo , orauit dominum flens largiter . Vbi glo . ord . Hinc nobis traditur forma orandi ; ut non in multiloquio , sed in coniunctione cordis , & effusione lachrymatum orenus , quia sacrificium Deo , supple acceptissimum est spiritus contributatus . Sic etiam feruenter orauit Thobias , de quo legitur Eiusdem . 3 . Quod ingenuit , & cepit orare cum lachrymis . Sic , & Iudith , de qua legitur Eiusdem . decimoterio . Quod stetit ante lectum regis Holofernis , orans cum lachrymis , & postmodum de eo uictoriā obtinuit . Sic feruenter orauit Ezechias dominum cum lachrymis , & obtinuit à domino sanitatem , atque uitæ prolongationem . Sic deniq ; feruenter orauit Sannah dominum suspiciens in celum , & adiunctis lachrymis , quan liberauit dominus à iudicio dirę mortis . Dan . 13 . Et breuiter , ut dicit Chrysostomus quod sermonē , nemo ad Deū aliquando flens accessit , qui non accepert , quod postulavit . Nullus ab eo beneficia dolenter optavit , qui non impetravit . Et ut dicit Hieron . super Esaiam . Oratio Deum lenit ,

Dominica x i. post Trinitatem.

sed lachryma cogit. Hæc ungit, illa pungit. Istud autem est extra multos, qui in orando uelociter currunt, & festinant, non querentes aliud, nisi expeditionem, & finem orationis. Et ideo non mirum, si non sentiunt sanitatem in orando, & similiter, si non exaudiuntur à domino.

TE R T I Ó orandum est perseverâter, iuxta illud domini uerbum. Luc. 18. Oportet semper orare, & non deficere. Item Apostolus. i. ad Thessa. 5. Sine intermissione orate. Super quo glos. dicit, quod ipsum bonum desideriū oratio est, & si continuū est desideriū, continua est oratio. Quantū autem profit ipsa perseverantia deuotæ orationis, & quantas uires illi cōferat, aperte insinuat Christus Luc. 12. sub parabola de amico se excusante, ne id præstaret, quod ab eo petebatur, quod tandem importunitate poscētis cōpulsus est dare. Cur autem Deus frequenter multū differat dare, quæ ab eo petentur, quæ et ad ipsius honorē pertinere uidentur, non potest semper a nobis sciri. Fit miter tamen tenendum est, quod hoc infinitè facit. Et ideo propter hoc non est ab oratione desistendū. Posset tamen dici, quod ipse dominus differt aliquando dare, quod tamen vult dare, aut ut crescat noster affectus in desiderando, seu petendo, & ut sic per amplius mereamur. Aut, ut di ligētius ipsum datū, postquam obtainuerimus, custodiamus.

QUADRAGESIMA orandum est cōmuniter, id est, pro omnibus tam bonis, quam malis, tam amicis, quam inimicis, tam uiuentibus, quam defunctis. In primis pro bonis orandum est, ut dominus conseruet eos in bono, & præseruet a malo. Item pro malis, ut dominus dignetur eos illuminare, a malo retrahere, & ad bonum inducere. Item pro amicis, & parentibus, atque benefactoribus præcipue orandum est, alias incurrit ingratiitudo. Similiter pro inimicis, & persecutoribus orandum est, quia ad hoc nos astringit Christi præceptum Match. quinto. Vbi ait. Orate pro persequentiibus, & calumniantibus uos. Insuper orandum est pro uiuentibus generaliter, ut dignetur eos dominus ad portum aeternam salvus tandem deducere. Cæterum pro defunctis orandum est, maximè autem pro illis, qui cruciantur in purgatorio. Non autem pro damnatis, aut saluatis, si de talibus nobis constaret in particulari. Sed quia nescimus, qui sic, & qui non, ideo nobis permittitur pro omnibus defunctis orare. Eccl.

Sermo II. de Euang. 165

sta tamen non intendit orare pro illis, de quibus presumuntur, quidam impenitentes deceperint, ut sunt illi, qui scierent se ipsos necant, aut qui sacramenta Ecclesia respunt, & humiliandi. Pater ergo, quomodo orandum est communiter.

QUINTO orandum est confidenter, id est, cum fiducia impetrandi à domino, quod petitur, iuxta illud Iac. 1. Posulet in fide nihil habens, id est, de imprestatrice non desperans, uel dubitans. Aliás, ut dicit Ber. Indignus cœlesti benedictione conuincitur, qui dominum dubio querit affectu.

SEXTO orandum est misericorditer, id est, adiunctis misericordiæ operibus, quia ut habetur Thobias duodecimo. Bona est oratio cum eleemosyna. Hinc Isa. 68. Loquitur dominus ad diuitem dicens. Frange esurienti panem tuum, & egenos, uagosque induc in domum tuam, cum uideris nudum, operi eum. Ecce operum misericordiae exhibito. Sequitur. Tunc inuocabis, & dominus exaudiet, clamabis, & dicet, ecce adsum. Ecce deuota oratio, sive deuotæ orationis exauditoria à domino. Vnde Aug. feria. 6. post diem cinerum fer. 1. super illo uerbo. Tu autem cum oraueris, dicit quod, qui vult orationem suam uolare ad Deum, debet illi facere duas alas, scilicet, eleemosynam, & ieiuniū. Quo facto, ascender celeriter, & exaudiatur. E contrario autem de illis, qui orant dominum, cum sint misericordes ad pauperes, scribit Prover. 21. Qui obturat aurem suam ad claram morem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudiatur. Et sic patet, quomodo orandum est dominus, sive quomodo fundenda est oratio ad dominum, & per consequens de primo principali.

SECVNDÒ principaliter in præsenti Euang. tangitur cōfensus Pharisæi, & publicani in templo. Et primo Pharisæi, cū subditur. Pharisæus stans hęc apud se orabat. Deus gratias ago tibi, quia non sum, sicut ceteri hominii, raptiores, in iusti, adulteri, uelut et hic publicanus, ieiuno bis in, &c. In quibus uerbis notatur superbia, præsumptio, arrogantia, & iactantia Pharisæi, quo ad mala, quæ non fecit, & quo ad bona quæ fecit, ibi. Ieiuno bis, &c.

PRIMÒ igitur iactat se de malis, quæ non fecit. Et hoc quo ad quatuor.

Dominica XI. post Trinit.

PRIMÒ quidem quo ad rapinam, à qua se immunem dicitur. Vbi notandum, quod rapina attenditur in violenta occupatione rei alienae, sicut plerunque facere solent principes, & tyranni huius seculi, apud quos fortitudo, & potentia pro lege habetur, dicentes, quod quicquid acquirere possunt supra aduersarios iusto titulo possident. Contra quos loquitur Psalmista dicens. Rapinas nolite concupiscere. In quibus umeris non solum prohibet ipsam rapinam, acrumetiam concupiscentiā illius. Sunt tamen nonnulli inferioris generis, quales sunt multi diuites, huius seculi, qui cum suis astutis, cauteлиs, & fallacijs attrahunt ad se, per modum rapinæ substantiam pauperum, in hoc similes leoni insidianti alijs bestijs, ut cas rapiat. Vnde Psal. Insidiatur, supple, homo astutus, quasi leo in spelunca sua, insidiatur, ut rapiat pauperem, rapere pauperem, dum attrahit eum, scilicet, suis blanditijs. Interdum etiam terroribus, & minis. Nam his modis contigit diuites, & potentes huius seculi rapere substantiam pauperum, ut pote prædia, domos, & ceteras possessiones.

SECONDÒ notatur iactantia Pharisæi quo ad iniustiæ, à qua se immunem esse assertebat dicens: In iustiæ sunt, supple ceteri, ego autem non, quia in hoc non sum, sicut ceteri homini. Vbi notandum, quod per iniustos in proposito intelliguntur illi, qui tempore, & loco non erogant sua pauperibus, & egenis. Tales enim rationabiliter dicuntur iniusti, id est, non iusti. Ad iustitiam enim pertinet reddere unicuique, quod suum est. In necessitate autem bona diuitum debentur pauperibus. Et ideo diuites non distribuentes sua pauperibus tempore, & loco, merito iniusti dicuntur, & sunt. Ab hac tamen iniustiæ se immunem iactabat Pharisæus, qui forsitan pauca, & modica, aut nulla porrigebat pauperibus.

TERTIÒ notatur iactantia eiusdem Pharisæi quo ad adulterium, à quo se immunem assertebat dicens: Adulteri sunt, supple, ceteri, ego autem non, quia nō sum, sicut ceteri homini. Vbi notandum, quod adulteri dicuntur, qui dimissa propria uxori, alij mulieri copulantur. Hoc autem contingit duplizer. Primo quidem, cum coniugatus accedit ad coniugatam, & tunc est duplex adulterium. Secundò autem, cum coniugatus accedit ad solutam, aut solitus ad coniugatam, & tunc est simplex adulterium, quia ex parte unius tantum. Vnde pri-

Sermo XI. de Euang. 166

mum adulterium in duplo est grauius secundo. Ex qua autem parte iudicetur adulterium grauius, an scilicet, ex parte uiri, aut mulieris, ad præsens pertransito.

QVARTÒ notatur iactantia ipsius Pharisæi quo ad comparationem in particulari, cum ait: Velut etiam hic publicanus, supple, non sum. Ideo enim iactabat se supra publicanum, quia considerabat bona, quæ habebat, siue quæ faciebat, quasi seipso, siue ex proprijs meritis, & bona, quæ publicanus non habebat, siue quæ non faciebat. Nam superbia in nobis oritur duplicer. Primo quidem, qui cōsideramus bona, quæ habemus. Secundò uero, quia consideramus proximos nostros talia non habere, cum tamen ex humilitate totum oppositum facere debemus. Nam uerus humilis non considerat bona, quæ habet, sed tantum mala, & defectus, quos in se sentit. Considerat autem bona, quæ uidet, aut quæ uerisimiliter credit esse in proximo suo, & ex hac consideratione præfert eum sibi ipsi. Et sic patet de iactantia Pharisæi quo ad mala, quæ non fecit, quod pertinet ad primam partem iniustiæ, quæ est declinare à malo.

SECUNDÒ notatur iactantia eiusdem Pharisæi quo ad secundam partem iniustiæ, quæ est facere bonum. Iactat ergo se de duplici bono, quod facit, scilicet de bono abstinentiæ, & de bono liberalitatis, & misericordiæ.

PRIMÒ igitur iactat se de bono abstinentiæ, cum ait. Ieiuno bis in sabbato, id est, in hebdomada. Nam in præsentis nominis sabbati, hebdomada censetur, quæ tota sequuntur hebreos à sabbato denominatur. Et nota, quod iste Pharisæus non reprehendit de hoc, quod ieiunabat, sed quia se iactabat: Ieiunare enim bonum est: Prodest cuim ad curam animæ, & corporis. Valet etiam plurimum cōtra diabolum, siue peccatum, quod patet tali similitudine. Dicit enim Ambroſius, in Hexameron lib. 6. ca. 4. quod si serpens gustauerit spatum hominis ieiuniū, conuinco moritur. Quod si sic, multo magis ipsum ieiuniū interficit serpente spiritualem, id est, peccatum, uel diabolum uires eius debilitando.

SECUNDÒ Pharisæus iactat se de bono liberalitatis, & misericordiæ, cum ait: Decimas do omnium, quæ possum. Ille Pharisæus male loquitur, cum dicit, do. Nam potius debet dicere, reddo, quam do. Qui enim decimas soluit, non propriè

propria dat, sed reddit Deo, quod illi debetur; & quod inbet sibi reddi, ut patet Malac. 3, ubi ait. Inferre omnem decimam in horreum meum. Item Leuit. 27. Omnes decimae terrae, sive de pomis arborum, sive de frugibus, domini sunt. Huic Phariseo similes sunt multi mundani, & avari homines, qui quasi pro dono libero habent, quicquid Ecclesiis largiuntur sive ratione decimalium, sive ratione donationis, & foundationis factae per suos antecessores. Sunt & alii, qui deterrimus agniri, qui, scilicet, recusant soluere iura Ecclesie, ita ut portent contra eos procedere per censoras. Quis uitare uolentes reuocant materiam coram iudice civili, quo sit, ut lite pendente Ecclesia priueter iuribus suis. Reddant ergo homines, quae sunt Cæsaris Cæsari, & quae Dei Deo Matt. 22. Et sic patet de confusione sibi Pharisei.

S E C U N D O fit mentio de consensu publicani in templo, cum subditur. Publicanus a longe stans nolebat, nec oculos ad celum levare, sed percutiebat pectus suum dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. In quibus uerbis de huiusmodi publicano in figura, & Typo peccatoris tanguntur quatuor, quae sunt.

Timor. Pudor. Dolor. Confessio.

P R I M O igitur tangitur timor publicani, quia a longe stabat, scilicet, in signum timoris. Vnde ad Ro. 14. Cum maleficeris time. In hoc ergo ualde reprehensibiles sunt illi Ecclesiastici, qui cum peccatis grauibus, & enormibus præsumunt accedere ad diuinam tractandam, tam sumenda, quam a lijs tradenda.

S E C U N D O tangitur pudor publicani, quia nollebat oculos ad celum levare. Huic similis erat rex ille Manasses, qui pre uerecundia peccati sui dicebat ad dominum. Non sum dignus uidere altitudinem ecclie pre multitudine iniuritatis meæ, quoniam irritaui iram tuam, & malum coram te feci. 2. Paralip. ult. Similiter legitur de filio prodigo, quod dicebat ex magna uerecundia peccati sui ad patrem. Peccauit in celum, & coram te, iam non sum dignus, &c. Luc. 2.5.

T E R T I O tangitur dolor publicani, quia percutiebat pectus suum, supple, in signum doloris, & contritionis de peccatis suis. Rationabiliter autem homo iste percutiebat

pectus suum, eò quod à pectore, seu à corde procedit origo peccati, iuxta illud Matth. decimoquinto. De corde excunt cogitationes male.

Q U A R T O tangitur confessio eiusdem publicani, cum facetur le peccatorem, simul Dei gratiam implorans, & dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. Iste ergo publicanus more boni confitentis accusat seipsum, & non alios, cù ait, mihi peccatori, quia ut dicit Sapiens in proverbiis suis Iustus in principio accusatio est sui. Et sic patet de cōfessione in templo. Et per consequens de secundo principali.

T E R T I O principaliter in praesenti Euangelio tangitur descensus Pharisei, & publicani de templo, cum subditur. Descendit hic, scilicet, humilis publicanus iustificatus in domum suam ab illo, idest, in comparatione superbi Pharisei, huic autem est simile, quod legitur Hier. 3. Iustificavit animam suam aduersatrix Israel comparatione præuaricatrix Iuda. Tandem ex omnibus, quæ dicta sunt inferri Christus tale corollarium, dicens. Omnis, qui se exaltat, &c. Vel potest esse iusta sententia iudicis Christi, quæ inseritur in triplici loco sacri Euangelij, uidelicet hic, item Luc. 14. item Matth. 22. & hoc ideo ut firmius nostris insigatur mentibus. Da exemplum de præceptore iuuenum, qui illis interdum pluri. s repetit eandem sententiam, ut eam magis memoriter retineant.

P R A E C E P T O R ergo noster Christus nos instruens ad humilitatem habendam loquitur in fine praesentis Euangelij dicens. Omnis, sive laicus, sive clericus, sive religiosus, item sive parvus, sive mediocris, sive magnus, qui se exaltat. Non dicit, qui exaltatur, sicut bonus iudex, aut Praelatus: hoc enim non est malum. Vnde de electoribus boni Praelati potest intelligi illud Psalm. Exaltent eum in Ecclesia plebis. Dicit ergo. Omnis, qui se exaltat, scilicet, propria autoritate, aut procuratione, sive qui de exaltatione sua inaniter gloriatur. Omnis, inquam, talis humiliabitur, in praesenti per penitentiam, & hoc salubriter, uel in futuro per penitentiam, & hoc damnabiliter, quia ut habetur Proverb. decimonono. Superbum sequitur humilitas, sicut patuit in Lucifero. Esa. 14. Item in rege Nabuchodonosor,

Dominica XII. post Trinit.

euus post nimiam superbiam habitatio facta est cum bestiis, Dan. 4. Econtra autem, qui se humiliat, supple, in praesenti ueraciter, & non ficte, spontanee, & non inuitate, exaltabitur, scilicet, in futuro a Domino. Ecce ergo, quomodo Deus iuxta dictum Psal. hunc, scilicet, superbum humiliat, & hunc, scilicet, humilem exaltat. Item Luc. 1. Depositum potentes de se, de, & exaltauit humiles. Et hoc est, quod loquitur Salomon Proverbiis 16. dicens. Contritionem, id est, humiliacionem praedit superbia, & ante ruinam exaltabitur spiritus. Vulgo dicitur, quod non est uallis, que non habeat collem, nec excurso. Studeamus ergo charissimi humiliari in praesenti, ut exaltetur in futuro, scilicet, in gloria celesti. Quam nobis concedat, qui in Trinitate perfecta uiuit, & regnat. Amen.

Dominica duodecima post Trinitatem, Sermo primus de Epistola.

INDIVICIAM talem habemus per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus, &c. 2. Corin. 3. Opera Dei magna sunt, & stupenda, atque omni admiratione digna. Ecce enim homo, quamuis sit nobilissima creaturarum inferiorum, hunc tamen fecit dominus multis alijs creaturis inferiorem. Nam Deus, & natura dederunt avibus plumas ad operimentum. Piscibus multis squamas ad sui protectionem. Bobus, ac pecudibus pilos ad indumentum, homo autem nascitur nudus, iuxta illud Iob 1. Nudus egressus sum ex utero matris meae, & nudus reuertar illhuc. Et Ecclesi. 5. Sicut homo egressus est nudus ex utero matris sue, sic reuertetur. Item Apost. 1. ad Tim. 6. Nihil, inquit, intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid possumus. Vnde de primis parvib[us] legitur Gen. 2, q[uod] ante peccatum erant ambo nudi, nec erubescabant. Sed cur Deus potius prouidit ceteris creaturis de indumento, quā homini? Responsio, quia cætera animalia sunt determinata ad unum, cum agant naturaliter. Et ideo non potuisse facere illas multas differentias, quæ requiruntur in uestitu corporis, hoc autem potest facere homo, cum sit agens per intellectum,

Sermo 1. de Epist.

168

stum, & uoluntatem, & id eo non est simile, hanc tamen industriam nō habet homo a seipso, sed ab authore naturæ Deo, quia ut dicit Apostol. in praesenti Epistola, non fumus sufficientes cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.

In hac ergo Epistola Apostolus tria facit.

Primum ostendit, in quo sit ponenda humana fiducia, in principio Epistole.

Secundo unde, siue a quo procedat humana sufficientia, ibi. Sed sufficientia, &c.

Tertio insinuat, quanta sit ministrorum noui testamenti excellenta, ibi. Qui, & idon. &c.

Primum igitur Paulus in principio Epistole presentis ostendit, in quo sit principaliter, & sacrum, siue tutum ponenda humana fiducia, quia in Deo, cum ait. Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum. Ac si aperte diceret, non debemus confidere in propriis meritis, si uelutum aliquid impretrare a Deo Patre, siue ad eum tandem peruenire, sed potius in merito Christi, iuxta illud ad Titum 3. Non ex operibus iustitiae, que fecimus nos, sed secundum suam misericordiam, &c. hinc est, quod in collectis Ecclesiis, que diriguntur ad Deum Patrem, in quibus aliquid petimus, illud ab eo petimus in virtute meriti eiusdem Christi, addentes in fine, & dilectione. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui, &c.

Notandum est autem circa hoc, quod triplex est fiducia, uidelicet.

Diabolicalis. Humanalis. Diuinalis.

Primum igitur fiduciam dicunt diabolicalis. Diabolus, naber magnam fiduciam circa perditionem animarum, & quod multis fecum trahet in infernum, nedum infideles, uerum etiam fideles, siue baptizatos, iuxta illud Iob 11. Ecce absorbit, super. Diabolus, fluvium, id est, infideles, & non mirabitur, quia ipse non habet pro magno, si infideles rapit, ideo sequitur. Et habet fiduciam, quod influat Iordanis in os eius, id est, quod multitudo Christianorum descendat in profundum inferni. Et nota, quod in predictis uestibus est Hyperbolica, seu Metaphorica locutio, sicut de homine multum potente dicitur, quod si Sequana, uel alias fluvius transiret per guttura eius

eius non satiaretur inde. Alij dicunt de tali homine. Tu sicut es filius Echā. Ecce qualem fiduciam habet diabolus de omnibus nobis. Sed tamen inde desperare non debemus, quia bene operaō reddemus eius fiduciam fruolam, casam, & inanem.

S E C U N D A fiducia dicitur *humanalis*. Sunt enim multi homines mundani habentes magnam fiduciam peruenienti ad honores huius seculi. Alij ad diuitias. Alij ad voluptates, & pœnè infinitas similes uanitates, & fatuitates. Vnde de unoquoque tali recte potest intelligi illud Job. 8. Scitur te la aranea fiducia eius. Nam, sicut aranea texit studioseratam suam, quæ tamen modico statu uenit, uel per aliud simile facile dissipatur, ita etiam contingit sepe de una fiducia hominum mundanorum. Prædicta de illis, qui ponunt fiduciam suam in iuuentute, & fortitudine sua, propter quod multa illicita perpetrant, & forsitan deteriora perpetrare proponunt. At uero superueniens egritudo, aut mors uanam ostendit eorum fiduciam. Vnde cuilibet tali potest impropereari illud Esaïæ 36. Quæ est fiducia tua, qua confidis? Quasi diceret, nulla. Sunt etiam multi diuites, qui ponunt fiduciam in diuitijs suis, sicut ille diues, de quo legitur Luc. 12. Qui dicebat. Destruam horrea mea, & faciat maiora, & illuc congregabo omnia, &c. Sed ad ostendendum fuitatem talium, statim dictum est diuini illi à domino. Stulte hac nocte repetunt demones animam tuam à te, quæ autem parasti, cuius erunt. Sunt, & alij, qui ponunt fiduciam, siue confidentiam suam in amicis, & parentibus, alij in principiis, & uiris potentibus, cum tamen scriptura dicat Hie. 9. In omni fratre suo non habeat fiduciam, sup. homo. Et simile iudicium est de principibus, aut quibuscumque alijs hominibus, in quibus non est multum confidendum. Tum quia de facili perditur eorum gratia, & incurrunt ipsorum indignatio. Tum quia tales sunt mortales. Tum quia, & ipsi possunt fieri calamitosi, & huiusmodi. Propter quod dicitur Hierem. 17. Maledictus homo, qui confidit in homine, & qui ponit carnem, idest, potentiam humanam, brachium suum, idest, fiduciam, & spem. Et sic pater de fiducia humanali.

T E R T I A fiducia dicitur *diuinalis*. Et hęc est, cum quis prin-

principaliter ponit fiduciam suam in Deo, etiam in omnī necessitate. Talis enim benedicitur à Domino, iuxta illud Hiere. decimo septimo. Benedictus homo, qui confidit in Dominō, & erit Dominus fiducia cordis illius. Talis etiam fiducia facit hominem peruenire ad celestem gloriam post hanc uitam dicente Domino Hiere. trigesimonoно. Erit anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam. Prædicta, quomodo debemus habere fiduciam ad Dominum de his, quæ sequuntur, uidelicet, de temporali prouisione, de pecatorum remissione, de gloriæ finali affectuione. Hac tamen omnia confert Deus pater per Christum, tanquam per meditatorem. Propter quod dicit Apostolus in principio Epistole hodiernæ, quod fiduciam habemus per Christum ad Deum. Et sic pater de primo principali.

S E C U N D O principaliter Apostolus in praesenti Epistola ostendit unde, & à quo procedit humana sufficiencia, & à quo non, cum ait. Non, quod sumus sufficiētes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis. A fortiori ergo non sumus sufficiētes loqui, aut operari à nobis, quasi ex nobis, quia ut dicit idem Apostolus Roma. nono. Non est uolentis neque currentis, idest, non est, in potestate hominis secluso diuino concursum aliquid uelle, aut facere, sed hoc miserentis est Dei, qui, ut habetur Philip. secundo, operatur in nobis, & uelle, & proficere pro bona voluntate sua, & non, supple, pro meritis nostris. Unde Esa. vigesimosexto. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine.

C I R C A, quod notandum, quod triplex est bonum, scilicet, naturale, morale, meritorium. Primum bonum vocatur bonum materiale, siue de genere bonorum uidetur uelle dare elemosynam pauperi ex quadam naturali pietate. Et tale bonum possumus cogitare, uelle, & perficere, siue consummare sine aliqua gratia gratis data, sed cum solo auxilio generali Dei, siue cum solo concurso generali ipsius. Non enim est homo deterioris conditionis, quam animal brutum, quod naturali pietate, & compassione, dat mammas suas fetui suo. Secundum bonum vocatur bonum morale, ut dare elemosynam pauperi propter debitum finem, & cum debitis circumstantijs re-

Dominica x i i. post Trinit.

quis sit ad actum bonum moraliter. Et quantum ad actum talem initium illius, id est, cogitatio illius pariter, & uolitus est principaliter à Deo. Similiter, & consumatio eiusdem, sicut bene probant authoritates superius adducte. Istud etiā confirmatur ex illo uerbo Christi Iohā. 15. dicentis. Sine me, sup. principaliter operante, nihil potestis facere, scilicet, bene moraliter. Tertium bonum uocatur bonum meritorium, meritorium, inquam, uitæ eterne. Et similiter tale bonum nullo modo possumus, absque Deo etiam specialiter assistente per gratiam, & charitatem. Et de tali bono singulariter uidetur loqui Apostolus in presenti Epistola, cum ait. Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, nee similiter uelle, sed sufficientia nostra ex Deo est, qui sup. operatur in nobis cogitare uelle, & perficere.

No T A N D V M etiam, quod multi possunt rationabiliter dicere. Sufficientia nostra ex Deo est, & hi sunt.

Subsistentes, Peccantes, Pénitentes, Perseuerantes,
Peruenientes, Resilientes, Possidentes, Conuersantes.

P R I M O igitur quicunque subsistunt in rerum natura, merito dicere possunt. Sufficientia nostra ex Deo est. Nā tanta est defectibilitas, infiabilitas, & fragilitas humanae uitæ, quod nisi iuuaretur à Deo continuè, & ab eo conseruaretur in esse, subito in nihilum redigeretur omnis homo. Et ideo sicut homo dependet à Deo quantum ad esse, & produci, ita etiam quantum ad conseruari. Vnde Greg. Sicut, inquit, omnia creata de nihilo sunt facta, ita, & in nihilum tenderent postquam sunt facta, nisi ea manus omnipotentis Dei retinet. Nam etsi in Angelis non sit principium corruptionis quale est, in hominibus, adhuc nihilominus indiget conseruari à Deo, aliás in nihilum redigentur. Merito ergo dicere possunt, quęcunque subsistunt. Sufficientia nostra ex Deo est. Quod autem homo indiget conseruari à Deo, patet sic. Cōstat enim, quod ipse non potest conseruari in esse, absque cibo, & potu. Item absque temperamento qualitatum primarum in corpore suo. Item absque præservatione cuiuscunq; nocui exterioris. Hæc autem omnia operatur Dominus in homine. Ipse enim dat hominibus escam in tempore. Item ipse est, qui reducit in corpore humano calidum, & frigidum, humidum, & siccum, ad debitum temperamentum. Insupserat;

Sermo i. de Epift.

170

preseruat homines pñè ab infinitis nocumentis exteriores. Ex quibus omnibus relinquitur, quod ipse homo indiget conseruari à Deo, quod erat probandum.

S E C U N D O peccantes, siue peccatores merito possunt dicere cum Apostolo. Sufficientia nostra ex Deo est. Constat enim secundum Augus, quod peccator non est dignus pane, quo uescitur. Insuper quum primum peccat, meretur, ut terrena aperiat, ut sic uiuas in infernum cum Dathan, Chore, & Abiron, descendat. Deus autem non sic feuerè agit, cum eo, quinimo nutrit eum, & pascit, atque sustentat, ut pia mater parvulum, ne eadat in infernum, ita ut merito posset dice remiser peccator illud Psalm. Nisi, quia Dominus adiuit me, paulominus habitassem in inferno anima mea. Item Thr. 4. Misericordie Domini, quod non sumus consumpti. Ecce quomodo sufficientia peccatoris ex Deo est. Sed prohdol, hanc sufficientiam male attendunt ingratiti peccatores. Non enim illi gratias agunt pro uniuersis beneficijs suis, quin imò inde deteriores finnt iuxta illud Ecclesiast. vige simonono. Pascit, supple, Dominus, & potabit ingratis, & adhuc audiet amara ab eis, scilicet, blasphemias, murmuraciones, & similia. Et de hoc habemus historiam defilij Israel, qui cum à Domino pascerentur optimo cibo in deferto, nihilominus murmurabant aduersus eum, & seruos suos: Moysen, scilicet, & Aaron. Propter quod ignis cecidit de cœlo, qui consumpsit eos. Num, decimoprimo. Et ideo Apostolus 1. ad Corin. decimo, salubriter nos admonet dicens. Neque murmurauerit, sicut quidam eorum murmurauerunt, ut patet in Exo. & in lib. Num. in pluribus locis. Et perierūt ab exterminatore, id est, ab igne eos exterminate per incinerationem. Vel ab exterminatore, id est, ab Angelo executo diuinę iustitiae.

T E R T I O penitentes, & à peccatis recedentes recte dicere possunt. Sufficientia nostra ex Deo est, initium enim bona uitæ est bona cogitatio, & bonum propositum. Hoc autem ex nobis, siue per nos habere non possumus, ut dictum est supra. Sed huiusmodi initium bonæ uitæ necesse habemus expectare à Domino. In cuius figuram legitur Actuū. 9. de Paulo, quod in principio conuersio sua circumfulcat cum lux de celo, apertisque oculis nihil uidebat. Per

quod denotatur, quòd huiusmodi initium bonę uitę non est ab homine primordialiter, sed à Deo, qui dicit Iohann.13. Sine me nihil potestis facere. Hinc etiam de conse. dist. 4.ca. placuit. dicitur, quòd per gratiam Dei, nobis aperitur intelligentia mandatorum eius. Item Oseea.13. Perditio tua Israel ex te, tantum in me auxilium tuum. Poteſt enim homo ſe ipſum perimere, ſed non ſe refuſicari. Dicant ergo pernitentes cum Apoftolo. Sufficienția noſtra ex Deo eſt. Contra autem mali, & peccatores cogitant, uolunt, & perpetrant mala abſque Deo, quia ſine ipſo factum eſt nihil, id eft, peccatum. Ex prædictis ergo patet magna præſumptio non nullorum dicentiū: Quando uoluerō, mutabo uitam meam, & corrīgam me. Hac autem præſumptio, ſive promiſſio eft nequissima, & pericuſiſima, & quæ multos perdiſit, ut habetur Eccle.29. Aduersatur etiam ſententia Apoftoli ad Rom.9. dicentis, quòd non eſt volentis, neque currentis, ſed miserentis Dei.

Quare tò perſuerantes in gratia Dei, & in bono incepto rationabiliter dicere poſſunt cum Apoftolo. Sufficienția noſtra ex Dco eſt. Nam poſtuā quis bonam uitę inchoauit, non poſt in ea perſuerare abſque ſpeciali gratia Dei, quia ut dicit Greg. Cito bonū amittitur, iuſi à largitōre Deo cuſtodiatur. Et ideo orandus eſt Dominus, ut bonum, quod in nobis poſuit, & incepit, cuſtodiat pariter, & augeat, quia ut dicit Iſido. de ſummo bono lib.2. ca.5. Plerisque Dei dona dantur, quibus perſuerantia donum non datur, ſup. effaſciter. Sequitur. Et inde eft, quòd quidam habent principia bonae conuerſionis, qui tamen malo fine clauduntur. Eleſti uero, & conuerſionis dona accipiunt, & perſuerantia domi. Ea ergo cauſa eft, quòd quidam, & bene incipiunt, & bene finiunt. Hac ille. Huius autem ſanctę perſuerantia contrarium agunt, qui etiā quandoque uideantur ascendere ad uirtutis augmentum uisque ad mirabilia, tandem tamen uituperter cadunt, & redeunt, uisque ad defecit in ſalutare tuum anima mea. Vnde Chryſoſt. ſuper Matt. homil.27. Nouimus, inquit, multos ad ipsius cœli ferē uerticem conſendisse, omnes uirtutes numero habuisse, deſerta, deuiaq; loca à uita hominum aliena coluisse, ac denique ſceniam, ne in ſomnijs, quidem uidiffe, & tamen negligenter lapsos ad uitiorum barathrum

barathrum deueniſſe. Hæc ille. Bene ergo ad propositum dicitur Proverb.28. Beatus homo, qui ſemper eft pauidus. Et Apoftolus.1. Corin.10. Si quis exiſtimat ſe stare, uideat, ne cadat.

Quare tò peruenientes, ſupple, in cœlum meritò dicere poſſunt. Sufficienția noſtra ex Deo eſt. Nam tam ſublimis, & tam abundans eft illa cœleſtis gloria, quòd ſolum ex mera Dei gratia datur, iuxta illud Rom.6. Gratia Dei uita æterna, & ad Tit.3. Non ex operibus iuſtitie, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. In cuius figuram legitur Gen.2. Dominus poſuit hominem in paradiſo uoluptatis. Non autem dicitur, quòd homo illuc introierit per ſeipſum. Ecce quomodo Sufficienția peruenientium in cœlum eft ex Deo. Nam beati ex Dei beatifica uifione ha- bent tantam ſufficientiam, quòd non querunt aliud, in quo delectantur, ſed plenè inde ſatiantur. Propter quod dicebat Psal. ad Dominum. Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Vnde Philippus ad Christum. Domine oſtende nobis pa- trem, & ſufficit nobis. Iohann.1.4. Nam ut dicit Auguſt. lib.8. confe. Fecit nos Deus ad ſe, & inquietum eft cor noſtrum, do- nec uenerit ad eum. Tunc ergo plenè quietabitur cor noſtrum, iuxta illud Psal. Replet, ſupple Dominus, in bonis dei- derium tuum. Sed in quibus bonis? Profectò in bonis glo- rię, quæ conſiſtunt in uifione diuinei eſſentię primò, & prin- cipaliter, quia Sufficienția noſtra ex Deo eſt. Secundariò au- tem in glorificatione corporis proprij. Item in participatione ſocietatis sanctorum angelorum, & hominum. Homines ergo auari, qui non poſſunt ſatiari quibuscumque bo- nis in preſenti, deberent hæc omnia caduca contemnere, ut poſſent ad cœleſtem gloriam peruenire, in qua habitantes to- taliter ſatiantur. Sic enim ex hæc conſideratione deſiderabat illuc peruenire Dauid, cum dicebat ad Dominum: Quām dilecta tabernacula tua Domine uirtutum, concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini.

Sed tò reſiſtentis, ſupple, tentationibꝫ mundi, car- nis, & diaboli, meritò poſſunt dicere cum Apoft. Sufficienția noſtra ex Deo eſt. Alias fecluſo Dei auxilio, nemo eft, qui poſſet reſiſtere minimæ tentationi, etiam quę ſolum eft de ueniali Iohann.13. Sinē me nihil potestis facere. Cum tali ue-

rò auxilio, & Dei præsentia possumus uincere omnem tentationem, etiam quantuncunque grauem, ita ut tentatus meritò dicere possit illud Apostoli Phil. 4. Omnia possum, in eo qui me confortat. Est ergo homo ualde debilis ex se ad resistendum cuicunque temptationi, ualde autem fortis, & potens, cum Dei auxilio ad resistendum omni temptationi etiam grauissime. Deus enim, qui dat licentiam Diabolo hominem tentandi, dat etiam ipsi tentato auxilium, & fortitudinem ad resistendum illi. Vnde A. Post. 1. ad Cor. 1. Fidelis est Deus qui non patietur nos tentari supra id, quod potestis, sed faciet etiam cum temptatione prouentum, id est, gratiae augmentum, ut possitis sustinere, scilicet, deficiatis in lucta, ut dicit glo. Quoties ergo, quis sentit se tentari, tunc cum omni diligentia debet diuinum implorare auxilium, dicens ad dominum illud Psal. Iudica domine nocentes me, expugna impugnantes me. Apprehende arma, & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Effunde frameam, &c. Quod ubi fecerit, indubiè euerdet periculum temptationis. Sed proh dolor, pauci cù tentantur, ita faciunt, sed fermè omnes permittunt se turper, & damnabiliter à temptatione superari. Et ideo nō miri, si plures dampnatur, quām saluantur.

S E P T I M ò posidentes, supple, bona huius seculi mediocriter, & inde contenti, ita ut dicant se satis habere, nec uelle plus habere, meritò dicere possunt, cum A. Posto. Sufficiencia nostra ex Deo est, id est, hoc Dei magnum, & singulare beneficium est, quòd habeamus mediocres diuitias, & quòd his contenti simus, iuxta illud 1. ad Tim. sexto. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contentissimus. Sufficiencia ergo temporalium est commendabilis, superfluitas uero, atque nimia diminutio uituperabilis. Propter quod Salomon Proverbio. trigesimo, dicebat ad dominum. Duo rogaui te, ne deneges mihi, antequam moriar. Mendicatatem, id est, nimiam egestatem, & diuitias, supple, superflua, ne dederis mihi. Tribue tantum uictui meo necessaria, ne forre satiatus illiciar, supple, amore ipsarum diuitiarum, quasi uinculo ferreo, ad negandum Denun, id est, ad superbiendum, quod est quodam modo negare Deum, & non, ne le recognoscere eum tanquam superiorum, ideo sequitur. Et dicam. Quis est Dominus? Et per oppositum, supple, egestate

egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei, scilicet, negando furtum timore mortis, quando malum est. Patet ergo, quòd mala est egestas, & male sunt diuitiae. Sed peiores sunt diuitiae, quām egestas, quia plures cadunt medio earum, quām per egestatem, iuxta illud Psalm. Cadent à latere tuo mille, à latere, inquam, sinistro aduersitatis, quam importat egestas, & decem millia à dextris suis, id est, per prosperitatem temporalium. Est ergo simile de hominibus, sicut de apibus, in hoc, scilicet, quòd sicut ille, qui nutrit apes, nō debet illis de melle nimis, uel parum dimittere, sed mediocriter, & ad sufficientiam, quia si nimis habuerint de melle, moriuntur, sicut dicit Plinius in naturali historia, ita in proposito, prodest homini sufficientia mellis bonorum temporalium. Superfluitas uero, uel defectus notabilis illi obest. Nam ubi nimis abudat, tardior ad bona opera efficitur. Vbi uero nimis notabiliter deficit, tunc per impatientiam, & desperationem Deum offendit, & sic perit. Mediocres ergo diuitiae, scilicet, secundum decentiam status, sunt laudabiles, & debent homini sufficere. In eius figuram mandauit Dominus de manna filiis Israel per seruum suum Moysen dicens. Colligat unusquisque, quod sufficit ad uescendum. Exod. decimosexto.

O C T A V ò conuersantes, sup. inter malos, & qui ab eis non corrumptuntur, hoc non debent propriè uirtuti, gracie, aut meritis attribuere, sed Deo dicentes cum A. Postolo. Sufficiencia nostra ex Deo est. Et reuera ista sufficiencia, siue perseveratio à malo inter malos, & pestiferos homines, singulare Dei donum est, quod etiam paucis tribuitur, quia ut dicit Psa. cum peruerso, supple, conuersando, peruerteris, & Eccl. 13. Qui tergerit picem, inquinabitur ab ea. Et qui communiuauerit superbo, inducit superbiā. Et breuiter, tam difficile est inter malos diu bonos conuersari, & non corrumpi, ut dicat Hierony. tertia parte Epistolaram suarum, Epistola. 8. s. quod putat impossibile uitrum diuitiis in bonis permanere operibus, qui assidue mala uitrum conuersatione. Ni hilominus, hec gratia aliquibus uitris, ac mulieribus sanctis, & perfectis collata est, urpote Job. Vnde Gregor. libro primo moral. capitul. 1. exponens illum texrum. Vir erat in terra. Hus nomine Job, dicit sic. Notanter dicitur, quòd Job

habitatis in terra Hus, quæ erat terra gentilium, ut hoc ei laudibus proficiat, quod bonus inter malos fuit. Neque enim usualiter laudabile est bonum esse cum bonis, sed bonum esse cum malis. Sicut enim grauioris culpe est, inter bonos bonum non esse, sed malum, ita immensi preconij est bonum inter malos extitisse. Hinc est, quod idem Iob de scipio testatur dicens: Frater fui draconis, & socius struthionis. Hinc Paulus quoddam de discipulis suis laudat ad Phil. 2. dicens. In medio nationis male, & peruersi, supple, habitatis, inter quos lucetis, sicut lumenaria in mundo. Hinc etiam Pergami Ecclesia. Apoc. 2. dicitur. Scio, ubi habitat, ubi sedes est Sathanus, & tenet nomen meum, & non negat fidem meam. Hinc denique sancta Ecclesia uoce sponsi laudatur, cum in cantico amoris, scilicet Cant. 2. dicitur: Sicut lily inter spinas, sic amica mea inter filias. Hæc Greg. ubi supra. Et per cœquēs de secundo principali.

TERTIUS principaliter Apostoli præsenti Epistola insinuat, quanta sit excellentia mysteriorum noui testamenti super ministros ueteris testamenti. Ad cuius euidentiam præmittendum est, quod duplex est testamentum. Primum dicitur uetus, & illud est lex Moysi. Secundum dicitur nouum, & illud est lex Christi, quæ uocatur lex Euangelica, eò quod in Euangeliō continetur. Conuenienter autem utraque lex dicitur testamentum, quia sicut testamentum est scriptura auctentica ex primens ultimam uoluntatem testatoris, quæ omnimode est obseruanda, ut notatur in decretis. 13. q̄stio. 2. ultima. Item. 16. q̄stio. 1. admونere. Item ibidem cap. confederatio. ita & utraque lex est authentica exprimens diuinam uoluntatem toti mundo. In hac ergo tercia parte Apostoli dirimi quandam controvèrsiam, quæ erat tempore suo, & quæ similiter fuit tempore Christi, scilicet, quod ministri ueteris legis, siue discipuli Moysi erat maioris excellentia, quam ministri noue legis, seu discipuli Christi. Hoc etiam innuebant illi Iudei, qui impugnare uolentes miraculum Christi circa illuminationem ceci nati, dixerunt ei. Tu discipulus eius sis, nos autem discipuli Moysi sumus. Nos scimus, quod Moysi locutus est Deus, hunc autem nescimus, unde sit. Hanc ergo controvèrsiam eliminat Apostolus in præsenti Epistola ostendens realiter, quod ministri noue legis, & discipuli Christi sunt maioris excellentia, quam ministri ueteris, & discipuli

Moysi

Moysi. Inter autem ministros noue legis se connumerat Paulus, cum ait: Qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti. Sed quomodo ministros? Profecto docendo, siue prædicando, & sacramenta ministrando.

VII aduertendum, quod excellentiam predicatorum ministrorum noue legis supra ministros ueteris legis, probat Apostolus ex parte excellentia noue legis supra ueterem legem, & hoc dupliciter: Primò quidem comparando legem ad legem, secundo comparando finem ad finem.

PRIMÒ igitur comparando legem ad legem, quia illa occidebat, cum esset in se mortua. Item quia præuaricatores suos in certis casibus occidi iubebat, sicut patet de uiolante sabbathum. Item de adulterante. Item de blasphemante nomen Domini. Item de inobediente ad parentes, & huicmodi. Non sic autem est de lege gratia, quæ neminem ad mortem corporalem condemnat, quinimo iam mortuum per peccatum, uiuificat per gratiam, quam confert, dummodo spiritualiter intelligatur. Et hoc est, quod loquitur hic Apostolus dicens. Spiritus autem uiuificat. Et nota, quod Apostolus hic appellat legem gratia spiritum, eò quod facit spiritualiter intelligere id, quod literaliter proponit lex ueetus, sicut patet de circuncisione, de immolatione agni, & sic de multis alijs. Et sic patet de prima excellentia noue legis supra ueterem legem.

SECUNDÒ Apostolus assignat excellentiam dictæ legis supra legem ueterem ex parte finis, quia ipsa perducit obliteratores suos ad gloriam æternam, ubi tamen legislator ueteris legis Moyses solum in transitu habuit gloriam corporalem, & hoc solum in uestu. Et hoc est, quod ait Apostolus: Quod si ministratio mortis, id est, legis Moysæ mortem inferentis temporalis suis transgressoribus, ut dictum est, deformata, id est, de foris formata, in lapidibus, id est, in tabulis lapidis, fuit in gloria, sup. Moysi quo ad claritatem uultus eius, ita ut non possent, &c. quomodo noui magis ministratio spiritus, id est, legis gratia, (in qua confert spiritus, ut patitur in Apostolis Act. 2. Item dicta lex potest vocari spiritus, eò quod est totaliter spiritualis) erit in gloria, scilicet æterna suis ministris? Quod autem sequitur in textu: Nā si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abūdat ministeriū iustitie in gloria.

Dominica XI. post Trinit.

gloria, hoc totum eandem habet sententiam, sicut & prae-
dictus texsus. Est ergo sensus. Nam si ministratio damna-
tio, id est, legis veteris, quæ dannabat temporaliter trans-
gressores suos, gloria est, ut prius expositum est, multo ma-
gis abundat ministerium iustitiae, id est, legis gratia iustifi-
cantis in gloria, supple eterna. Vult ergo dicere A postolus,
quod idonei ministri legis gratia, ut sunt boni pastores, fer-
entes prædicatores, & similes, habeant tandem gloriam
eternam. Pater ergo, quod ministri noui testamenti sunt ma-
gnæ dignitatis, tum quia docent literam spiritualiter intelli-
gi, tum quia sunt ministri Christi, & quasi eius instrumentum
in collatione sacramentorum, & gratia spiritus sancti, per
quem peccata dimittuntur, & uirtutes infunduntur. Hec
autem ministri veteris testamenti non faciebant. Ex quo con-
cluditur, quod dicti ministri sunt ab omnibus christianis in
magnō honore, & reverentia habendi. Ipsi eriam debent ual-
de sancte, & religiosè uiuere, ut sint digni tanto ministerio,
ad quod vocati sunt, & ut suo sancto exemplo alios adi-
cent. Sic enim agentes obtinebunt gratiam à domino in
præsenti, & gloriam in futuro. Quam nobis concedat, qui
in Trinitate, &cet.

Dominica Duodecima post Trinitatem, Sermo secundus de Euangelio.

PRÆCIPIT illis, ne cui dicerent. Quanto
autem eis præcipiebat, tanto, &cet. Mar. 7.
Pro introductione presentis sermonis moue-
tur quaestio talis. Vtrum homines diuulgantes
Christi miraculum contra ipsius præcep-
tum peccauerint Responderetur, quod non.
Pro quo notandum, quod præceptorum domini multiplex
est differentia.

PRIMA sunt, quæ obligant tantum ad tempus. Et ta-
le fuit illud præceptum, quo Christus præcepit illis tribus di-
scipulis, qui interfuerant suæ gloriose transfigurationi, ne
alicui dicerent, quod uiderant, donec filius hominis à mor-
tuis resurgeret. Matth. 17. Tale etiam fuit illud eiusdem Chri-
sti præceptum ad discipulos suos loquentis, & dicentis Mat-
th. 10.

Sermo II. de Euang.

174

th. 10. In uiam gentium ne abiuris, & in ciuitates Samarita-
norum ne intraveris, sed potius ite ad oves, quæ perierūt
domus Israel. Quod quidem præceptum ipse dominus post
suam resurrectionem reuocauit, cum ait eisdem discipulis
Ite, docete omnes gentes baptizantes eos, &c. Matthiulti.
Tale similiter fuit illud præceptum eiusdem Christi ad eosdem
discipulos dicentes Luc. 10. Nolite portare sacculum, neque
peram, neque calciamenta. Sacculum, inquam, ad reponen-
dum pecuniam, peram uero ad reponendum escam. Et hoc
præceptum similiter postea reuocauit Luc. 22. Dicens. Nunc
qui habet sacculum, tollat similiter & peram. Tunc enim
præuidebat Christus necessitatem, quam passuri erant disci-
puli sui post eius resurrectionem, & ideo concessit eis, ut
possent portare pecuniam ad comparandum sibi uite neces-
saria tempore, & loco. Item, & uictualia portare possent
pro uita sua necessitate reuolanda.

SECUNDA sunt præcepta quantum ad modum, sed nō
quantum ad formam, sive uim obligandi. Non enim inten-
dit legislator, per illa obligate transgressores ad mortale,
nisi forsitan transgredereantur cum contemptu. Da exemplū
de illis præceptis, quæ habentur March. 7. ubi Christus ait.
Si quis te percussit in dexteram maxillam, præbe illi, & al-
teram. Et ei, qui vult tecum in iudicio contendere, & tuni-
cam tuam tollere, dimitte illi, & pallium. Et quicunque te
angariauerit mille passus, uade cum illo, & alia duo. Hæc
enim, & similia, quamvis habeant modum præcepti, non ta-
men uim præcepti, nisi forsitan in præparatione animi, quan-
do scilicet, quis uideret, aut uerisimiliter estimaret, quod
per talia posset procurare salutem proximi. Vel dic, quod
talia præcepta tangunt perfectos, quibus, et si liceat sua re-
petere gratiosè, & absque lite, atque extra iudicium, non ta-
men conuenit illis mouere causam coram iudice, & hoc pro-
pter uitandum scandalum, ne scilicet, ab alijs notentur de
uaritia, & cupiditate. Infirmis uero licet sua repeteret, etiam
mouendo causam ante iudicem, & iudicium expetere, sed
non contentiosè, aut fraudulenter. Et simile iudicium est de
alijs præceptis supra positis.

TERTIA sunt præcepta, quantum ad modum, & for-
matum, sed tamen Deus per illa non uult actum, qui uideret
præcipi,

Dominica x i i. post Trinit.

præcipi, sed potius obedientiam, & uirtutis ostensionem, que latet in eo, cui datur huiusmodi præceptum, cuius ostensio uirtutis est sibi, & alijs utilis. Da exemplum de precepro facto Abrahæ de immolatione filij sui Isaac, qui cum se præparasset ad execendum dictum præceptum, mox audiuit dominum ei dicentem. Ne extendas manum tuam super puerum, eò quod timeas dominum. Deinde sequitur. Nunc cognoui, idest, te, & alios cognoscere feci, quia timeas dominum. Gen. vigesimo secundo.

Q U A R T A sunt præcepta in quibus Deus vult simpliciter, & absolutè actum, qui præcipitur, sicut patet de preceptis decalogi Exo. 20. Quorum etiam obligatio est tanta, ut homo non possit eam tollere, etiam Papa, aut concilium generale.

Q V I N T A sunt præcepta, in quibus Deus non vult astatum, qui uidetur præcipi, sed potius per illa vult nos salubriter instruere. Et tale fuit præceptum, de quo habetur in praesenti Euangeliō, ubi præcepit dominus discipulis suis ne cui dicerent, quod ipse cu rasset surdum, & mutum, huiusmodi ergo præceptum refrebatur ad mysterium, & non ad vocalem sonum. Nam per illud Christus insinuauit, quod nullus in operibus suis debet querere laudem hominum, quia ut dicit Ambro. lib. de offic. & recitat. 10. quæst. 3. si quis uero. Veritatis regula est, ut nihil facias commandandi tui causa. Et breuiter exemplum Christi debemus prohibere eos, qui laudant, seu laudare uolunt propter nos. Si autem huiusmodi laudem ad Dei gloriam referant, non debemus prohibere, sed magis iniungere, ut hoc fiat secundum illud Christi uerbum ad quendam demoniacum ab eo curatum Mart. 5. Vade (inquit) in domum tuam ad tuos, & annuncia illis, quanta tibi dominus fecerit, & misertus sit tui. Ex præcedentibus ergo possumus concludere, quod illi homines, qui diuulgauerunt Christi miraculum circa sanacionem ceci, & muti, non peccauerunt, non obstante prohibitione ipsius Christi. Et sic patet ad quaesitum.

In præsenti ergo Euangeliō de huiusmodi miraculo tanguntur tria, quæ sunt.

Antecedentia, Concomitantia, Subsequentia.

P R I M ò igitur tanguntur antecedentia ipsum miraculum

Sermo i i. de Euang.

175

Ium. Et iterum illa sunt tria, scilicet. Infirmi ad medicum adductio, ibi. Adducunt ei surdum, & mutum. Aliorū pro ipso deprecatio, ibi. Et deprecabantur eum, ut imponat, &c. Eius de à turba separatio, ibi. Et apprehendens eum seorsum, &c.

P R I M V M igitur antecedens dī infirmi ad medicū Christum adductio. Tantig aut Euangelista locum, in quo ipsum miraculū factū est, quia inter medios fines Decapolis. Vbi nota, q̄ Decapolis est nomen regionis sic dicit, que ēm Bedā in glo. ord. erat trans Iordanem ad orientem, habens decem urbes. Cū ergo ibi esset Christus, quidā (qui forsan parentes erant) adduxerunt ad eum quandam hominem surdum, & mutum, causā sanitatis, & curationis recuperandā.

M O R A L I T E R per surdum, & mutum intelligitur pēcator, qui est surdus, & mutus, & hoc quo ad multa, quantum ad utrumque.

P R I M ò igitur peccator recte surdus dicitur, & hoc principaliter quantum ad tria, uidelicet.

Quantum ad diuina audienda.

Quantum ad monita suscipienda.

Quantum ad beneficia exhibenda.

P R I M ò igitur peccator dī surdus quantū ad diuina audienda. Hoc n. cōmune malum habent oēs peccatores, quod non libentes audiūt diuina officia, aut si ea audiunt, parū tñ in talibus delectantur, eò q̄ habent alias delectationes oīno contrarias, uitiosas, & dñabiles. Vñ recte de talibus potest dici illud Psal. Aures habent, & non audient, scilicet, diuina pro loco, & tempore. Nam inter eos nonnulli sunt, qui de diuinis loqui audire nolunt, nisi forsan, cū tēdio, & pro quodā acquitamento. Alij aut sunt, qui solent quasi ordinatiē dormire, aut dormitare, cum cantantur diuina, aut proponitur prædicatio ad populū. Alij uero sunt ceteris deteriores, qui respūnt, & contemnunt audire, ita diuina, ut si uiderint prædicatorem ascendere cathedram, statim tanquam excommunicati de Ecclesia recedant, quinimo alios inde retrahunt, & quos retrahere efficaciter nequeunt, derident, subfannant, & uilependunt, uocantes eos Bigotos, aut Hypocritas. Quilibet ergo talis meritò dicere potest, cum consideret illud Psalm. Ego tanquam surdus non audiebam, supple, diuina, unde dico meam culpam. Et reuera, ista surditas

surditas ualde grauis est, & displicens Deo, maximè cum ipse dederit homini aures principaliter ad audiendum diuinam, in quorum auditione ualde defectantur animæ deuotæ. Propter quod sponsa Canti. 2. loquens sponso suo , ait. Sonet vox tua in auribus meis, uox enim tua dulcis.

Se c v n d o peccator dicitur surdus quantum ad monita suscipienda. Multi enim sunt peruersi homines, qui quicunque gratiōsē, & benignē moneantur de suis defectibus, & de sua salute, aut fingunt se non audire, siue nolunt audire, aut inde indignantur , & in uerba iniuriosa, atque contumeliosa, se coauertunt. Sed ut vulgo dicitur, non est deterior surdus illo , qui non vult audire . Talis surdus erat Pharaon rex Aegypti, qui nolebat audire monita salutis, quæ illi dabant Moyſes , & Aaron , intantum ut diceret Moyſe. Recede à me, & caue, ne ultra uideas faciem meam. Nā quo-cunque die apparueris mihi, morieris. Exo. 10. Huic crudeli regi Paganu similes sunt multi Principes Christiani , qui nolunt audire monita salutis, & ueritatem per ueraces predicatorēs. Sed si aliquando contingat, ut quis zelo plenus coram eis predicet, & ueritatem dicat, eò quod neque beneficium, neque officium , aut mundanam gratiam querit, seu expectat, propter quod confidentius , & constantius loquitur, statim per interpositum nuncium mandat ei princeps, ut recedat de curia, nec à cetero presumat ad eam appropinquare, nisi forsitan mandatum fuerit pro eo. Sicque exultat ueritas à cutijs, & dominibus principum. Hinc Chrysost. super Mat. in opere incompleto, homil 37. Dicit, quod malus homo correctus non solum poenitentiam non agit, sed adhuc aduersus corripiētē magis irascitur . O, igitur pauperes peccatores hodie, si uocem domini loquentis per ora predicatorum, aut eorum, qui uos gratiōsē, & charitatib⁹ admōnent de uerba salute audieritis, nolite obdurare corda vestra, neque similiter aurem surdam præbeatis , sed benignē prædictam uocem audiatis illi obtemperantes, hoc intelligentes, quod initium salutis est libenter uelle suscipere disciplinam, & audire monita salutis.

Tertiū peccator dicitur surdus quantum ad beneficia exhibenda , sicut patet de diuitiis auaris , qui faciunt aurem surdam pauperibus pietatis beneficia ab eis perentibus.

bus. Sed ut habetur Prover. 21. Qui obturat auren̄ suam, ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. Et est sensus, quod ille , qui claudit uiscera misericordia pauperi perenti eleemosynam, talis, in quaui, clamabit in oratione ad dominum , & non exaudietur ab eo. Iustum enim est, ut qua mensura mensus est pauper ille, qui est pater pauperum remeiatur ei. Talis etiam clamabit post mortem , cum fatus uirginibus dicens. Domine, domine aperi nobis, & non exaudietur, sed dicetur illi, & suis similibus illud Matthæi . 25. Nescio uos. Vnde Iaco. 2. Iudicium fine misericordia fies illi, qui non fecit misericordiam. Historiam habemus Luke. 16. de diuite epulone, qui Lazarum clamantem ad ianuam suam nolebat aud. re. Ipse autem positus in loco tormentorum clamauit dicens. Pater Abraham miserere mei. Nec fuit exauditus. Caeuant ergo diuites, & auari, ne taliter illis contingat. Nota exemplum de imagine crucifixi , quæ nisa est aperte depositis manibus de cruce claudere, seu obturare dignis aures suas, cum celebrarentur in ecclesiis solennis exequias euiasdam insignis dñiūtis, qui noluerat in uita sua exercere opera pietatis , & misericordia pauperes . Patet ergo qualiter peccator dicitur surdus quantum ad tria.

Quæritur autem, quomodo quis incurrit surditatem prædictam spiritualē? Respondeatur conformiter ad surditatem corporalem . Et ideo uidendum, quomodo quis incurrit surditatem corporalem, ut sic possimus uidere, quomodo incurrunt surditas spiritualis.

Primū igitur quis efficitur surdus corporaliter propter obstatum carnofum , quod obturat arterias aurium . Sic spiritualiter quis efficitur surdus ad diuinam , & spiritualia propter nimiam abundantiam temporalium. Non potestis (inquit Christus auaris loquens) Deo seruire, & Mammonam. Matthæi. 16. Simile est ergo de auaris, sicut de aspide obturante aures suas, ne audiat uocem incantantium . Modus aut talis . Nam quum primū dictus serpens audit uocē incantatoris, tunc iungit unam aurem terræ, ut sic per eam non audiat, aliam autem obturat extremitate caude sue. Sic auras obturant aures cordis sui illis duobus modis, ne scilicet, audiat incantatores, id est, predicatorēs, aut discretos confessores, siue quoscunque saluti animæ sua consulere volunt.

Ientes. Vnam quidetur obturat terra per inordinatum amorem temporalium, aliam uero per caudam longe nitre, quam sibi fallo promittit. Sic enim obturauerat aures suas diues, ille, de quo Luc. 12. legitur, quod reposuerat sibi multa bona in annos plurimos. Sed fuit turpiter deceptus, quia nocte ipsa, qua gloriabatur de copia bonorum suorum, mortuus est, & a demonibus in infernum delatus post magnum patrem suum diuitem epulonem sepeliendus. Sie, & adhuc die multi cupidi, & auari obturant aures suas interiores, ne non audiant uocem triplicem.

PRIMÒ quidem uocem incantantium predicatorum, aut bonorum confessorum clamantium, & dicentium, quod necesse est aliena restituere propria, non inordinatum amore aut reseruare, sed pro loco, & tempore in pios usus distribuere. Vnde etiam zelosius predicator, aut confessor potest meritò dicere cuilibet auaro diuiti nolenti cum audire per emendationem uitę, illud Hierem. 22. Locutus sum ad te in abundantia tua, id est, in multitudine diuitiarum tuarum, & dixisti, non audiam.

SECUNDO tales auari sunt surdi ad uocem pauperum clamantium, & petentium eleemosynam ad ianuas eorum, aut etiam petentium ex charitate, & propter Deum sibi gratis ad tempus mutuari pecuniam, triticum, uel aliud simile. Vnde de talibus conqueritur dominus Esaia. 42. Dicens. Quis surdus, nisi seruus meus? id est, homo auarus, qui debet mihi seruire de bonis, que illi contuli. Sequitur. Ad quem misi nuncios meos, id est, pauperes, quibus supple, facit aurem surdam. Eos tamen statim audit, quando uolunt illi uendere, aut impignorare suam hereditatem ad relevant dum suam inopiam. Item Zacha. 7. Cor suum posuerunt, supple homines auari, ut adamantem, ne audirent. s. pias, & lachrymosas uoces pauperum in necessitate constitutorum.

TERTIÒ sepe dicti auari sunt surdi ad uocem factae scripturę, seu uerius ad uocem domini in sacra scriptura ad eos loquentis, & signanter. Hiere. 22. Dicentis. Terra, terra, terra, audi sermonem domini. Notanter autem dicitur, terra, quia reuera homo auarus est terra per inordinatum affectum ad terrena. Et hoc tribus modis, uidelicet acquirendo cum nimio labore, congregando cum immenso pondere,

pondere, aut agere, conseruando, cum nimio timore. Ecce quare dicitur illi ter, terra. Sequitur. Audi sermonem domini, qui supplex, insertus est Gen. 3. Pulus es, & in puluerem reuertaris. Et per consequens tu homo terrenis ualde fatuus es ponendo cor tuum ad bona mundana, & transitoria, que oportet te relinquere in morte. Et si pater de primo modo, quo quis efficitur surdus tam corporaliter, quam spiritualiter.

SECUNDO quis efficitur surdus corporaliter propter vehementem sonum, & presertim si fuerit frequens, aut continuus. Hinc est, quod illi, qui morantur in molendinis, difficulter audiunt. Idem etiam apparet de fabris. Similiter de illis, qui morantur iuxta cursum aquarum, que fluunt cum in genti impetu. Vnde refert Paulus Orosius libro primo de paradyso terrestri, qui in. Ito colle cœcur, quod tantum strepium faciunt inde descendendo, ut homines prope habitantes reddant quasi totaliter surdos. Sic etiam spiritualiter efficiuntur homines surdi propter continuum sonitus uocis predicatorum communiantium malis penas eternas. E hinc est, quod uidemus homines malos in magnis ciuitatibus, in quibus solet frequenter audiri sonus prædicationis, magis induratos, & obstinatos, quam habentes in locis campestribus, qui uix semel in anno habent unicum sermonem. Sed unde hoc? Certè ex malitia, & ingratitudine populi, concurrente demonis malitia, qui auferit de cordibus eorum uerbum, ne credentes salui fiant, ut haberetur Luca. 8. Et de talibus surdis conqueritur dominus in Psalm. dicens. Non audiuit populus meus uocem meam, id est, me per ora predicatorum loquentem, & Israel non intendit mihi. Vbi per populum intelliguntur mali, & indenorū laici, qui nolunt audire uerbum Dei, per Israēl autem, qui uideas interpretatur, designantur clerici peruersi. Nam est tales uidelicet dominum in scripturis sacris, illi tamen non intendunt per rectam operationem, scilicet, sunt ueluti surdi ad uocem ipsius, cum tamen Psalm. dicat. Hodie si uocem domini audieritis, nolite obdurare corda uestra.

TERTIÒ quis efficitur surdus corporaliter propter longam agravitudinem. Nam, quandoque humores acent. Ser. Do. G. Pep. Pars Aestin. Z. dunt

Dominica XI I. post Trinit.

dunt ad cerebrum . Qui si fuerint spissi , & grossi , tunc in de scendendo intercludunt meatus , & arterias auditus , pro pter dictam spissitudinem . Sic & spiritualiter quis efficitur surdus ex longa perseverantia in malo . Malis uenient humores sunt mali mores , qui impediunt spiritualem auditum , inter quos luxuria est præcipua . Quod autem iste malus cor ruptus humor corrumpat , sive impedit spiritualem auditum , patet ex verbis Apost. 1.ad Corin. 2. dicentes , quod animalis homo non percipit ea , qua sunt spiritus Dei . Dicitur autem ille homo animalis , qui animaliter , seu brutaliter , potius q[uod] rationabiliter uuit , & talis successu temporis efficitur surdus ad diuinam , ita ut neque correctionem , neque increpati onem audiat . Vnde Psalm. Noluit intelligere , scilicet homo inueteratus in luxuria sua , ut bene ageret . Iniquitatem meditatus est in cubili suo , id est , in corde suo , scilicet cogitando quomodo posset deflorare , aut corrumpere pudicam puer lam , quod est grauis , iniq[ue]tas . Insuper talis astitit omni uie non bona , id est , se associavit uiris discolis , in quo facta a pertè ostendit , quod malitiam non odit , sed potius dilexit . Nonne , quæf[er]o , surdus erat spiritualiter ex longa consuetudine peccati ille miser Episcopus Magdeburgensis inclite ciuitatis Alemanniæ , cui nomen . Vdo , de quo referit uenerabilis pater , & auctor sermonum , qui vulgo discipuli nuncupantur , quod postquam impudicam duxisset uitam etiā per annos plures , tandem facta est ad eum vox dicens . Fac finem Iudo , quia de me facis iustifi Vdo . Cumque tertio similis vox ad eum facta fuisset , nec se emendare uellet , sed uelut surdus ad uocem domini se habebat , tandem mirabiliter , & a scabulis inaudita morte interiit , corpore , scilicet , & anima . Nec quidem immerito , quia surdus fuit ad uocem domini . Quā quidem surditatem efficerat longa egritudo spiritualis illius . Tu ergo pauper homo caue , ne instar illius surdus officiaris , ne ipsum in Abyssum inferni sequearis . Et sic patet , quomodo quis incurrit surditatem spiritualem conformiter ad corporalem .

SECUNDÒ peccator mutus dicitur , & hoc principali ter respectu trium , uidelicet .

Dei , Sui , Proximi .

PRIMÒ igitur peccator dicitur mutus respectu Dei , & hoc

Sermo XI. de Exaltatione Ecclesie Universitatis

hoc ideo , quia nescit aperire os aperire laudandum , quan do , quoties , & quomodo oportet . Primo quidem quantum ad tempus . Vult enim Dominus , ut non quæ tempora laus detur . Modò peccator in nulla parte daci , habet dominus aut anni potest dignè laudare Deum , quia non est speciosa laus in ore peccatoris , ut habetur Eccl. decimoquinto . Secundò quantum ad numerum . Vt enim dicitur in Propheta mia Deus in mensura , & numero , & pondere dispositus . Ex quo concluditur , quod vult , ut homines illi deuotè diuinas laudes perfoluant , nedum statu[m] tempore , uterum etiam sub certo numero , & præcipue , si fuerint Ecclesiastici . Nam in persona cuiuslibet Ecclesiastici loquitur regius Propheta ad dominum dicens . Septies in die laudem dixi tibi . Sed profectò peccatum adeo hominem facit mutum quo ad Deum , q[uod] multi Ecclesiastici , maximè postquam fuerint uno ingurgitati , officium diuinum soluere nequeant . Tum propter cerebri perturbationem . Tum propter boni usus linguae defectum . Tum propter somnolentiam . Sunt , & alij inter eos , qui tandiu uacant ludis datorum , & chartarum , quod tandem somno pressi in credidit lectorum , priusquam soluerint uesperas , & completorum . Tertiò peccator est mutus , quo ad Deum quantum ad modum , ed , scilicet , quod non laudat cum eo modo , quo debet , & tenetur , sed solo forsan ore , & muto corde . Et de hoc conqueritur ipse Dominus Esa . vi gismonono . Item Matth. 15. diceas . Populus hic labijs me honorat , cor autem eorum longè est à me . Et breuiter , ut dicat deuotus Bernat . lib . suarum meditationum , capit . 8 . Magna perueritas , & insania est , quando presumimus in oratione loqui cum domino maiestatis , & infensati mente auer timus , & ad , nescio , quas ineptias cor nostrum cōuertimus . Et post pauca . Magnam , inquit , Deo iniuriam facimus , cu[m] illum deprecamur , ut nostras preces exaudiat , quas qui fundimus , non audiimus . Deprecamur illum , vt nobis intendat : nos autem nec illi , nec nobis intendimus , sed quod deterius est , immunda in corde uersando , fætem horribilem eius aspectibus ingerimus . Hæc ille . Patet ergo quomodo homo peccator efficitur mutus quo ad Deum tribus modis prædictis .

SECUNDÒ peccator dicitur mutus respectu sui , & pre cipue

Dominica x i i . post Trinit.

cipue quo ad Sacramentum confessionis . Sunt enim nonnulla peccata adeo enormia, ut prætererundia non audiatur ipsorum : actores quandoque ea confiteri, nisi forsan eis quodam palliatione, aut excusatione . Da exemplum de peccato contra naturam . Vnde, & Sodoma muta interpretatur . Post quam ergo quis in tam nefariam scelus lapsus fuerit: Dia bolum reddit eum mutum, ne illud cōfiteatur, dicens . Cae, ne dixeris tam enorme peccatum, propter quod conburuntur homines, & propter quod actores redduntur maxime in famis . Nam si illud confessus fuerit, confessor tuus ab omnib[us] te reputabit, nec unquam habebit de te estimationem bonam . Sed audiat talis, quid Sapientia dicit Ecclesia . 4. Nō confundaris, inquit, dicere pro anima tua uerum . Sunt, & alij peccatores, quos, ut Diabolus muto reddat, in confessione, dicit uni . Cae, ne confitearis, quod habeas rancorem cōtra proximum tuum : quia confessor tuus imponeret tibi, ut quereres ab eo ueniam , & sic coram inimico tuo necesse esset te humiliari . Alteri verò dicit . Cae, ne cōfitearis de rapina, aut furto: quia mille contra unum, confessor tuus imponeret tibi restitutionem . Similiter alteri dicit . Cae, ne cōfitearis, quod simoniae accepferis beneficium : quia tuus oportet ipsum dimittere, & fructus inde perceptos pauperib[us], distribuere, aut in utilitatem Ecclesie, cuius intuicii percepisti sunt, conuertere . Idem die suo modo de usura, & de multis alijs peccatis . Sed predictis non obstantibus debet homo peccator non mutus existere quo ad se, sed audacter seipsum ac eas in sacramentali confessione, dicens cum Psal. Confitebor aduersum me iniustitiam, &c.

T E R T I Ó peccator dicitur mutus respectu proximi . Constat enim secundum Domini imperium , quod quilibet teneatur pro loco, & tempore proximum corrigit, vt patet Matth . 18 . Et similiter Eccl . 17 . dicitur, quod Deus unicus mandauit de proximo suo . Modò sic est, quod maxima pars hominum peccatorum omittit corrigerem delinquētem proximum . Benè ergo de ipsis peccatoribus loquens Psalm . ait . Os habent, & non loquentur, scilicet, Deum laudando, seipso in confessione accusando, & proximos deficienes corrigendo . Patet ergo, quomodo peccator mutus dicitur . Et per consequens pater de primo antecedente presentis

Euan-

Sermo i i . de Euang.

179

Euangelij, in quo sit mentio de infirmi ad Christum adductione .

S A C V N D M antecedens eiusdem Euangelij dicitur aliorum pro ipso infirmo deprecatio, hoc autem antecedens tangitur, cum dicitur . Et deprecabantur eum, ut imponat illum manum . Circa quod notandum, quod manus Domini solo tactu poterat curare infirmos, in eo, scilicet, quod erat instrumentum diuinitatis, cui unita erat, sicut, & totum ipsius Christi corpus . Vnde ex hac parte poterat praedicta manus conferre infirmis omnem sanitatem, & effectum, quem naturaliter poterant herbae, sive quæcumque alia medicamina .

M Y S T I C E per surdum, & mutum designatur genus humanum, qđ per culpam erat mutū, & surdū per defectum auditivum diuinorum præceptorum . Vnde Gen . 3 . legitur, qđ post peccatum uocauit Dominus Adam dicens . Adam ubi es? Similiter erat mutum in laude summi Dei . Per deprecationes autem Christum, ut imponat surdo, & muto manum, intelliguntur secundum glo . ordi . & interli . Patriarche, & Prophetæ desiderantes, & postulantes incarnationem filij Dei, & ut imponat manum misericordie suę super ipsius genus humanum . Vnde Psalm . Fiat manus tua, ut saluet me .

M O R A L I T E R . Aliquando Christus rogatus sanat infirmos, ut hic . Aliquando non rogatus, sicut patuit in cura tione paralytici prope piscinam iacentis, quem preueniens Christus ait . Vis sanus fieri? Iohan . 5 . Et per hoc designatur, quod ipse Dominus aliquando ex immensa clementia, & bonitate sua aliquos curat spiritualiter à culpa, priusquam ipsum depresentur, sicut pater de Paulo, quem subito circumfulxit lux de celo . Act . 9 . Vnde & eius conuersio inter Dei miraculosa opera computatur, & ab Ecclesia solemniter celebratur, ut dicit beatus Thom . 1 . 2 . q . centesima tertia dicta articuli . Alios autem sanat Dominus à culpa, sed non nisi rogatus . Et iste est communis, & usitatus curationis spiritualis modus:qua ut dicit Aug . de uerbis Domini ser . 15 . Sine voluntate tua non erit in te Dei iustitia . Esse enim potest iustitia Dei sine voluntate tua, sed esse non potest in te, nisi per uoluntatem tuam:quia qui fecit te, sine te, non iustificabit te, sine te . Hæc ille .

Z 3

T E R T I U M

Dominica xii. post Trinit.

TERTIVM antecedens historiæ præsentis Euangeli, dicitur infirmi à turba separatio. Et hoc est, quod dicitur in textu. Et apprehendit eum, scilicet, surdum, & mutum sicut à turba.

MORALITER. Notandum, quod Christus aliquos egrotos palam, & manifestè sanavit, sicut legitur Luce. 4. de socru Simonis, item de multis alijs infirmis, & demoniatis, quos eodem die sero factò plenè curavit. Idem patet de quodam leproso, qui cum dixisset Christo. Domine, si uis, potes me mundare. Volo, inquit, Christus. Mundare. Et continuò curata est lepra eius. Matth. 8. Hoc autem palam creditur fuisse factum. Similiter legitur Iohan. 5. Quod manifestè multiplicauit. 5. panes hordaceos. Item alia uice multiplicauit palam alios septem, Marci. 8. Alios autem infirmos occultè sanasse legitur, sicut hic, legitur etiam Matth. 9. Quod cum ipse dominus vouluit suscitare à mortuis filium Principis archisynagogi, qui Iairus dicebatur, eiecit turbam. Per quæ omnia denotatur, quod licet aliquando facere bona opera sua palam, & manifestè, ut sic alij instruitur, & ad similius inducantur, iuxta illud Matth. 5. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificant patrem vestrum. Et præsentim hoc securè agere possunt uiri perfecti, qui de inani facile tentari nequeunt. Aliquando autem licet huiusmodi opera in occulto operari, ut sic uiteatur laus humana. Et istud maximè tangit imperfectorum, qui facile de inani gloria possunt tentari, & sic mercedem boni operis perderet, pariter gratiam priorem. Da exemplum de modico lumine, quod conseruatur intra lucernam, & tamen uento expositum de facilis extinguitur. Secus autem de magno lumine, seu igne, qui potius à flatu uenti accenditur, quam extinguitur. Hoc etiam significatum est per cereum accensum Beatae Genouefæ quæ tentauit extinguere diabolus, sed minimè potuit. Et sic pater de primo principali, in quo fit mentio de tribus antecedentibus miraculum, quod operatus est dominus circa hominum surdum, & mutum.

SECUNDÒ principaliter in præsenti Euangeliō sit meatio de concomitantibus ipsum miraculum. Et iterum ista sunt tria, uidelicet.

Dulcis

Sermo II. de Euang. 180

Dulcis tactus, Pius gemitus, Sermo operatiuus.

PRIMVM igitur concomitans dictum miraculum dicitur dulcis tactus, quia misit Christus digitos suos in auriculas surdi, & expuēs tergit lingua eius, eo quod mutus esset. Magna Christi benignitas, & humilitas, qui cum esset uerus Deus, & homo perfectus, non tamē erubuit tangere aures, & linguam pauperis hominis, surdi, & muti. Circa quod reprehenduntur Medici, & Chirurgici multi, qui de dignantur tangere membra pauperum. Non sic autem agebat Beatus Ludouicus quondam Francorum rex, qui certis diebus quorundam pauperum humiliiter abluebat pedes.

MORALITER. Tunc Christus tangit auriculas surdi, quando peccator inspirat, ut ad eum redeat. Similiter tunc tangit linguam muti, quando eundem facit rectè confiteri peccata sua. Non est ergo sat, ut peccator audiat Dominum se uocantem, nisi etiam rectè loquatur in confessione.

SECUNDVM concomitans dicitur pius gemitus. Nam ut dicit Euangeliſta, Christus suspicens in celum in gemut. Ideo autem suscepit in celum, ut ostenderet, quod uirtus faciendi miracula est à Deo patre, quia ut habet Iac. 1. Omne datum optimum, & omni donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. Ingenuit autem, ut ostenderet ueritatem suę humanitatis.

MORALITER. Pauper peccator instar Christi debet suspirare in celum, cōsiderando, quod peccando ipsum perdidit, & ideo debet gemere. Item debet suspicere in infernum, considerando, quod per peccatum ipsum incurrit se illi perpetuò obligando. Et similiter ex hac parte, seu consideratione debet gemere. Vnde in signum huius gemitus à geminando dicitur, quia peccator propter duo prædicta debet geminare geminum suum. In cuius figuram legitur Iudic. 1. Quod Axa filia Caleph rogauit eum, ut daret illi irriguum superius, & inferius ad irrigandam terram, quam dedecat illi in dotem nuptialem. Quod ille fecit. Applicatio est facilis.

TERTIVM concomitans dicitur sermo operatiuus. Nam postquam Christus suscepit in celū, ait surdo. Epherah, quod est adaperire. In quo uerbo ipse Christus ostendit sufficienter se esse uerum Deum, quia imperatiuè, & deprecatiuè

Dominica xi i. post Trinit.

operatur miracula. Cæteri autem non nisi deprecatiæ, & potestate aliena, s. Dei, operati sunt miracula. In cuius rei gnum legitur Actu. 9. quod Petrus suscitatus Thabitam ponens genua in terram orauit dominum.

M O R A L I T E R . Christus non cessat die, ac nocte clamares ad ianuam cordis humani, quod est ei clausum per culpam, & dicere. Ephetah, idest, aperi mihi. Et hoc est, quod loquitur idem dominus Apoc. 3. dicens. Ego sto ad ostium, & pulsio. Si quis audierit uocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, scilicet, in presenti per gratiam, & ipse tecum, uidelicet in futuro per gloriam eternam. Sed heu multi sunt, qui nolunt efficaciter aperire ianuam cordis sui tali, ac tanto domino. Alij autem dicunt ei illud Esaïæ 28. Expecta, reexspecta, modicum ibi. Et huius generis sunt illi, qui dicunt se uelle conueniri ad dominum per morum emendationem, sed non adhuc, quia oportet, q[uo]d inuentus faciat cursum suum. Qui utinam bene, ac diligenter notarent illud Eccl. 5. Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim revertier ira eius, &c. Et sic pater de triplici concomitante diuinum miraculum.

T E R T I Ó principaliter in presenti Euang. fit mentio de subsequentibus dicta miraculis. Illi autem sunt tria. uidelicet.

Miraculi referatio, Christi præceptio, Diuina laudatio.

P R I M U M igitur subsequens dictum miraculum diuersum miraculi referatio, siue manifestatio, cum subditur. Et statim aperte sunt aures eius, & solutum est vinculum lingue eius, & loquebatur rectè. Et per hoc opus probavit Christus sufficienter se esse uerum Messianum in lege promissum, de quo Prophetatum fuerat Esaï. 35. Tunc aures surdorum patetebunt, & aperta erit lingua mutorum.

M O R A L I T E R . Iste surdus, & mutus designat quemlibet peccatorem, ut prius dictum est, cuius aures interiores tunc aperiuntur, cum incipit audire, quid loquatur in eos dominus Deus. Similiter runc solutur vinculum lingue eius, loquebatur rectè, cum incipit dignè Deum laudare, &edicere.

S E C U N D U M subsequens dicitur Christi præceptio. Et præcepit (inquit Euangelista) Christus illis. s. turbis, que ad tam

Sermo i. de Epist.

81

tant, ne cui dicerent, quod scilicet ipse sanasset surdum, & mutum. Qualiter autem huiusmodi præceptum sit intelligendum, dictum est sup. scilicet, in solutione questionis, ubi etiam aliquid dictum est de sensu moralis.

T E R T I U M subsequens dicitur diuina laudatio, de qua subditur, quod quanto plus Christus præcipiebat turbis ne cui quam dicerent ipsum miraculum fecisse, tanto magis plus predicabant, & eo amplius admirabantur dientes. Be-ne omnia fecit, surdos fecit audire, & mutos loqui.

M O R A L I T E R . Per hoc denotatur, quod quanto quis minus appetit laudem, & gloriam, tanto magis eum sequitur. Et econtra quanto quis plus eam affectat, & desiderat, tanto minus eam adipiscitur. Fugit enim querentes, & currentes post eam, currit uero post eos, qui eam fugint, ut dicitur Eccl. 9. Præacta de multis sanctis uiris, equaliter fuerunt Gregorius, Ambrosius, Felix, & finiales, qui fugientes Ecclesiasticas dignitates, tandem diuino nutu coacti sunt eas suscipere. Vnde Chrysost. super Iohan. hom. 3. Si nobis, inquit, gloriam comparare cupimus, gloriam fugiamus. Quod quidem uerbum non solum intelligitur de gloria huius seculi, uerumeriam de futura gloria, qua comparatur, cum quis gloriam huius saeculi fugit per ueram humilitatem. Quam quidem futuram gloriam nobis prestare dignet ille, qui in Trinitate perfecta uiuit, &c.

Dominica decimatercia post Trinitatem, Sermo Primus de Epistola.



B R A H A E dictæ sunt promissiones ad Gal. tertio. Apostolus in hodierna epistola principaliiter loquitur de lege, & fide. Pro quo nondemandamus, quod lex uetus est ualde commendabilis, & hoc ex parte multorum. Primum quidem ex parte principij. Nam principium illius, siue actor Deus, qui eriam scripsit digitu suo in tabulis lapideis, in signum, quod erat perpetuò mansura. Ex. trigesimo secundo. Ideo meritò uocat eam legem suam in P̄lm. dicens. Attendite popule meus legem meam. Secundum ex parte medij. Nam data est, populo Hebreorum

rum à Domino per manum Moysi, qui fuit eximus Prophētarum. Vnde de eo dicitur Deuteronom. 34. quod non surrexit propheta in Israhel, sicut Moyses, quem noster dominus facie ad faciem in omnibus signis, atque portentis, quae misit per eum, ut faceret in terra Aegypti. Tertiō ex parte finis. Facit enim obseruatoris suos peruenire ad sufficientiam temporalium in præsentia, & ad abundantiam coelutum in futuro. De primo Esai. 1. Si uolueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. De hoc etiam plenè habes Leuiti. uigesimali. item Deuteronom. 26. De secundo Matt. 19. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Hinc Psalm. ait. In custodiendis illis, scilicet, præceptis legis, retributio multa. Ecce quantum commendabilis est lex. At uero fidēs, & præstertim si fuerit charitate formata, est commendabilior, prout pulchritudine deducit, & probat Apostolus Paulus in Epistola hodie na. Verū in dicta Epistola idem Apostolus ualde altè, & subtiliter loquitur, adeo, ut non possit à simplici, ac rudi populo sub expositione quantumcunque familiariter comprehendere intelligi. Ideo circa ipsum textum parum insisteremus, sed tantum aliquas propositiones, seu veritates ipsius assūmā, quas ad ædificationem auditorum deducere conabor.

P R I M A igitur ueritas. Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Précipue autem illi factæ sunt tres promissiones. Prima fuit benedictionis, de qua Genes. decimo secundo. In te benedicentur omnes cognationes terra. Secunda fuit multiplicationis, de qua Genes. decimoquinto. Suspice cœlum, & numerā stellas cœli, si potes, sic erit semen tuum. Tertia fuit possessionis, de qua Genes. decimo septimo. Semini tuo dabo terram hanc. Ecce quales promissiones factæ sunt Abrahæ. De promissione autem facta suo semini legitur Genes. 22. In semine tuo (inquit Dominus) benedicentur omnes gentes. Hæc autem tria promittit, & largitur Dominus semini Abrahæ, idest, imitatoribus virtutum illius. Primò quidem omnes tales benedicentur à Domino in die iudicij, cum dicet illis illud Matth. vigesimoquinto. Venite benedicti patris mei, &c. Secundò tales multiplicabuntur, & augebuntur in semine spirituali, iuxta illud secūda. Corinth. nono. Multiplicabit semen uestrum, & augebit, & cate. Tertiò tales possidebunt hæreditatem coelestem,

juxta

iuxta illud Psal. Cuu dederit dilectis suis somnum, sup. mortis, ecce hæreditas Domini, &c. Poret etiam aliter intelligi, predicta ueritas, & hoc sic. Abrahæ dictæ sunt promissiones, scilicet, de uita æterna. Et notanter dicit pluraliter promissiones, eò quod plures dictæ uita æterna est illi promissa. Et semini eius, id est Christo, per quem data est promissio, siue benedictio gratia, & gloria.

M O R A L I T E R. Promissiones factæ Abrahæ de uita æterna, siue aperte, siue enigmatica, & figurativa, utpote sub nomine terra promissionis, non solum illi factæ sunt personaliter, uerum etiā semini illius, id est, imitatoribus virtutum eius. Et ideo si uelimus hanc benedictionem celestem tandem possidere, debemus in præsenti imitari opera ipsius Abrahæ, pariter, & fidem illius.

P R I M Ó igitur, ut simus semen Abrahæ, debemus imitari obedientiam illius. De obedientia itaq; illius ad Dominū legitur Gen. 12. quod tanta fuit, ut ad iussionem Domini sibi dicentis: Egregere de terra tua, & de cognitione tua, &c. Statim reliquerit terram nativitatis suæ, pariter & omnem cognitionem, unā cum domo patris, cuius hæres erat. Similiter obedientia illius in hoc maximè apparuit, qd ad iussionem Domini uoluerit immolare unicum filiu suum Ilaac Gen. 22. O' quam cōmendabilis obedientia. Tum quia unicū filium, etiam ualde dilectum propter illius innocentiam, & bonitatem immolare uoluit, ne inobediret Deo. Secus si alium, aut alios habuisset, aut si dictus filius patri rebellis fuisset. Tum quia post mortē dicti filii non sperabat se alium filium generit, maximè cum senex esset, pariter & Sara uxor eius. Secus autem si ambo adhuc iuuenes, & potentes generare fuissent. Tum quia proprijs manibus iubebatur illum immovebare. Secus si per alium, & in eius absentiā. Cum ergo audimus tantam, & tam promptam Abrahæ obedientiā circa materiam tam difficultem, debemus & nos paratos exhibere ad obediendum Deo, & superioribus nostris. Sed profectò Deus nobis solū leui, & facilitia præcipit, iuxta illud Matt. 11. Iugū meū suave est, & onus meum leue, & tamen plerūq; obediens nolumus, nisi forsitan cōpellamur per intmissionem aduersorū.

S E C U N D O debemus imitari fidem Abrahæ, vt simus semen illius. De fide autem illius legitur Gen. 15. Credidit Abraham

Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam, idest, ad uitam meritum. Ipse nempe habuit fidem perfectam, & explici tam, quod Deus sit trinus, & unus, quod aperte monstrauit, quandoquidem tres uidit, & unum adorauit Gen. 18. Similiter ipse credit futurum mysterium incarnationis filii Dei, prout ipsem Christus testatur Iohann. 8. dicens Abraham uidit diem meum, uidit, sup. per fidem, & gaudius est. In hac igitur fide debemus imitari patrem nostrum Abrahām, si cupimus esse semen illius, credentes indubitate Trinitatis mysteriū, cum unitate diuinę essentię, quia haec est fides catholica, quam nisi quisque integrum, iniolatamq; seruauerit, absque dubio in eternum peribit, ut dicit Athanasius in Symbolo. Sed profecto multi simplices idiota hoc mysterium ignorant, qui uidentur, quasi brutalem ducere uitam, ut sunt multi rufici. Alij autem, qui subtilioris ingenij sunt, esti fidem habeant, illa tamen quo ad multos informis est, ed quod nō habent charitatem, nec ad Deum, nec ad proximos suos, sed potius lites, dissensiones, & iurgia. Horum ergo fides est ualde imperfetta, quia si perfecte crederent in Dominum, non peccarent, iuxta illud. 1. Iohann. 5. Qui credit in illum, nō peccat. Est etiā fides talium mortua, quia per opera bona ipsum nō manifestat. Modò, ut habetur Iac. 2. Fides sine operibus mortua est.

T E R T I Ó debemus imitari spem Abrahāe, ut mereamur esse semen illius. De spe enim ipsius legitur Gen. 18. quod quamvis esset centenarius, & Sara eius uxor nonagenaria, & inhabilis ad concipiendum, non tamen dubitauit de promissione sibi facta super filio sibi nasciturum ex dicta Sara, sed firmiter sperauit promissionem Dei implendam. Sic & nos debemus sperare firmiter promissa Dei implenda, ut pote quod darurus sit nobis peccatorum nostrorum remissionem, si illum bono, & coortito corde petierimus, maximē cum dicat Ezech. 18. In quaunque hora ingemuerit peccator, &c. Item & datus sit nobis uitam aeternam, si modò bene uiximus in presenti, etiam quantumcumq; prius peccaverimus, maximē cum dicat ubi supra. Nolo mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur, per penitentiam, & uiuat. In presenti quidem per gratiam, & in futuro per gloriam. Item Matt. 9. Euntes discite, quid est misericordia nolo, & non sacrificiū. Similiter debemus sperare de eius prouidentia, uidelicet, quod ipse prouidebit

prouidebit nobis de necessarijs ad uitam, dummodo seruamus illi fidéliter. Si enim ipse, iuxta testimoniuū Psal. Dat iumentis escam, & pullis cororum inuocantibus eum, quanto magis prouidebit homini iusto de necessarijs ad uitam? Vnde Psal. Non uidi iustum derelictum, sup. à Deo.

Q U A R T Ó debemus imitari charitatē Abrahāe, ut simus semen illius. De charitate autē illius scribitur Gen. 18. quod propter Deum recipiebat peregrinos hospitio. Item in alio patet eius charitas, quia ualde, scilicet obnixē orauit Dominum pro Sodomiti, ne subuerterentur, & perderentur, ut patet vbi supra. Sic & diuites huius seculi debent imitari Abrahām in charitate quo ad proximum, uacantes hospitalitati, & recipientes peregrinos, & alios ueros pauperes hospitio. propter Deum, ut mereantur ab eo audire in die iudicij illud Matt. 25. Hospes eram, & collegisti me. Item debemus ex charitate orare Dominum pro miseriis peccatoribus, ut dignetur eos illuminare, & attrahere ad se per gratiam, etiam dato, quod inimicentur, siue aduersentur nobis, iuxta illud Matt. 5. Orate pro persequentibus, &c. Sed heu pauci sunt hodie de semine Abrahāe super terram, qui scilicet uelint gratias recolligere pauperes Christi hospitio, etiā dato, quod sunt fratres mendicantes, aut ueri peregrini. Item ualde pauci sunt, qui orient pro peccatoribus, & signanter pro inimicis suis, ut dignetur Dominus illos emendare, sed potius orant ipsum, ut eos mala morte perdat, quasi constituentes eum tortore sua praeu voluntatis. Et breuiter nō est hodie charitas super terram, etiam inter consanguineos, & affines, sed frater odit, & persequitur fratrem, filius patrem, uicinus uicinum, & huiusmodi. Osee. 4. Sanguis sanguinem tetigit.

Q U I N T Ó debemus imitari pacificam conuersationem Abrahāe, si cupimus esse semen illius. Quām pacificē autem conuersatus fuerit inter alios, patet ex Gen. 13, ubi legitur, quod dixit ad Lot cognatum suum, qui erat pastor oviuum, sicut & ipse. Ne, quæso, sit iurgium inter me, & te, fratres enim sumus. Ecce enim terra coram te est. Situ ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo, &c. Sic & omnes, tam claustrales, quam clerici, quam etiam laici debent imitari tantum patrem in pacifica conuersatione, attendentes quod in pacifice factus est locus Christi, qui etiam pacis tempore nasci solvit.

voluit, pacem prædicauit, pacem in testamento reliquit, pacem post suam resurrectionem discipulis nunciauit. Sed profecto multi tam in clauistro, quam in seculo sunt, qui nec in se pacem habent, nec in alijs esse finunt, qui propriè vocantur turbatores pacis. Et tales sunt similes equis herniosis, qui non possunt pacificè tolerare alios equos prope se in stabulo.

S E X T Æ debemus imitari Abraham in deuotione, & zelo sancto, si uolumus esse semen illius. De zelo enim illius, & deuotione erga cultum diuinum legitur Gen. 12, quod plura altaria ad Dei honorem cōstruxit. Item legitur. Eiusdem. 14, quod primus decimas omnium, quæ habebat Dœ, ac ministris eius exsoluit. Verū quod Abel primus legitur primitas Domino obtulisse Gen. 4. Sed quantum ad decimas iste primus eas Domino obtulit. Sic & agricole debent imitari patrem Abraham fideliter soluentes Ecclesijs, ac eorum ministris decimas omnium, quæ possident, & hoc secundū morem patriæ, in qua degunt. Nam ad hoc obligantur iure diuino, ut pater expressè Malach. 3, ubi mandat illis Dominus dicens. Inferte omnem decimationē in horreum meum, ut sit cibus in domo mea. Qui autem sic fideliter agunt, præter remunerationem eternam promittit illis Dominus remunerationē temporalē in presenti. Vnde postea subdit Dominus ubi supra dicens: Et probate me super hoc, dicit Dominus, si non aperuero uobis cataractas coeli, & effudero uobis benedictio nūc usque ad abundantiā, & increpabo pro uobis deuoratem, & non corrumper fructum terræ uestræ, nec erit steriles vinea in agro, dicit Dominus exercitum. Ecce multiplex remuneratio temporalis debitè soluētibus decimas suas, quam illis promittit Dominus. Cum ergo ipse sit fidelis, & uera in promissis, debent fideliter decimas soluentes prædicta sp rare, & expectare ab eo, nisi forsan sint in eis alijs peccata, quæ contra le iram Dei prouocent. Qui autem male soluant decimas, non solum puniuntur à Deo in futuro, tanquam sc̄rilegi, uerum etiam in presenti, & presentim in diminutione bonorum temporalium. Hinc August. fer. 1. Dominicæ. 12, post Trinitatem, dicit quod ille, qui subtrahit à Deo decimam, moritur, ut Deus tantum sibi relinguat decimam partem substantię suę, alijs nouem partibus grandinibus, & imbris con sumptis. Studeant ergo agricole imitari patrem Abraham in decima-

decimarum integra solutione, ut mereantur esse uerum semen illius. Quod ubi fecerint, indubie obtrincebunt illas tres promissiones, de quibus dictum est in principio huius primæ ueritatis, quia Abraham dictæ sunt promissiones & seminæ eius. Et sic patet de prima ueritate.

S E C U N D A ueritas, quam annotare studui ex præsenti epistola, est illa, in qua dicitur. Propter transgressionem posita est lex, sive statuens poenas. Pro quo notandum quod de ratione legis duo sunt, scilicet, inducere homines ad bonum, & cohibere à malo statuendo poenas contra transgressores, ut qui à malo propter se abstinerent nolunt, saltem abstineant metu poenarum. Nam ut dicit Philosphus 4. ethicoi homines bene dispositi, & bene affecti ex seipso mouentur ad bene agendū, nec indigent lege: sed sicut dicitur Rom. 2. ipsi sibi sunt lex. Homines autem male dispositi, & affecti indigent retrahi à malis per poenas. Quantum ergo ad tales, necessarium fuit dare legem, ut saltem timore penarum, coercentur à malis, qui amore iustitiae nolunt bene agere. Et secundum hoc intelligitur illud Apostoli verbum 1. Tim. 1. Ita lex posita non est, sed iniustus, & non subditus: id est, malis Prælatiis, impijs, & peccatoribus, sceleratis & cōta minatis patricidis, & matricidis, homicidis, fornicarijs, masculorum concubitoribus, plagiarijs, id est, qui alijs iniustè plagas, seu uerbera inferunt, mendacibus, & periuris, & si quid aliud sanæ doctrinae aduersatur. Hæc Apostolus. Ecce ergo, quibus, ac similibus lex posita est, & hoc ad reprimendum humanam malitiam metu poenæ. Et sic patet de sensu prædictæ propositionis.

M O R A L I T E R . Notandum quantum ad propositum sufficit, quod triplex est lex, uidelicet

Diuinalis, Ecclesiasticalis, Civilis.

E t quælibet harum propter transgressiones, siue transgressores posita est.

P R I M A igitur lex dicitur diuinalis, quæ dicitur homines in præsenti multam penuriam & miseriā pati, & tandem morti crudeli subiici. Postremo iudicat post hanc uitam in alio seculo, supplicia grauissima reseruanda. Sed hæc omnia propter transgressiones statuit Deus. Quod sic patet inductiue.

Dominica x i i . post Trinit.

PRIMÒ quidem quantum ad poenam temporalem constat, quod Deus fecerat primum parentem cum tanta corporis harmonia, & dispositione, quod nunquam agnosceret, nec morte incurrisset, nisi primum creatorum suum mortaliter offendisset. Nam illi, ac toti posteritati sua contulerat originalem iustitiam, quae uel scutum ualidissimum, & tutissimum præseruasset eum ab omni leproso, tam interiori, quam exteriori. Et primò quidem de interiori sic pater. Nullatenim febris, aut pestis, sive qualiscumque, ægritudo eum innundare potuisset. Nulla similiter esuries, aut sitis ipsum affixisset, quia ut dicit Aug. lib. 14 de ciui. Dei c. 27 In Paradiso deliciarum cibus aderat, ne homo esuriret, potus, ne sitiret, liquum uita, ne eum senectus disoluisset. Nihil corruptionis in corpore, uel ex corpore illius, uillas molestias, ullis eius scaabus ingerebat. Hęc ille. Similiter idem patet de exteriori leproso, seu nocuo. Nam ut dicit Magister senten. di. 19. secundi allegans Isidorum. Si homo in Paradiso semper inno center uiuisset, nec ignis cum potuisset comburere, nec aqua mergere, nec aeris absentia suffocare, nec omnia, quae nocet mortalibus, impeditre. Sicut enim in fornace, in qua erant tres pueri, Dominus suspendit actuitatem ignis, ne illis noceret, ut legitur Danie. 3. ita fecisset in statu innocentia, ubi ignis se obtulisset. Da etiam exemplum de beato Johanne Euangelista, qui cum ad iussionem Domitiani Imperatoris, fuisse in dolium, ferventius olici missus, inde tamen uirtute diuina exiuit penitus illas. Insuper dicta iustitia originalis præseruasset primum parentem, ne anima ha ferocia illi nocuissent, quinimo in ordine ad ipsum domita apparuissent, maximè cum dicat Psalmista de eodem primo parente: Omnia subiecisti sub pedibus eius. Nam ex diuina ordinatione animalia naturaliter ferocia illi obedierunt, quādū ille obdiuit factori suo. Quo ab ipsis obedientia recedente, similiter & illa ab eius obedientia recesserunt, & ei inimicari coepuerunt, & hoc in poenam suę inobedientię.

INSPVER ex tunc perdidit irreparabiliter iustitiam originalem, atq; cecepit multas molestias tam ab intus, quād ab ea pati, & tandem mortem. Et hoc totum ex diuina lege, quæ inseritur Gen. 2. ubi Dominus primo homini post peccatum ait. In sudore uultus tui uesceris pane tuo, donec reuer-

Sermo. I. de Epif.

185

generaris in terram, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluorem reueteris. Ecce quomodo propter transgressiones primorum parentum posita est lex diuina de subeundis peccatis, & malis multis in praesenti, & tandem corporali morte. Hinc Aug. lib. 3. de ciui. Dei. Deus, inquit, de lege naturę nullam morte fecit homini, sed merito iniusta est pro peccatis, quādē Deus vindicans peccata dixit hoī, in quo tunc oēs radicaliter erramus. Terra es, & in terram ibis. Hęc ille.

C A E T E R V M lex diuinalis dicitur malos post hanc uitam debere perpetuō in inferno cruciari. Et de hac lege scribitur Matt. 25. ubi dicitur: Ibunt hi, scilicet mali, & peccatores, in supplicium eternum. Sed quare hac lex est posita? Certe propter transgressiones in praesenti habitat, iuxta illud Ezechie. 18. Anima, quae peccaverit, ipsa morietur, supple, & tunc nolite. Practica, quomodo aliqui damnantur pro trasgressione superbię Alij propter transgressionē avaritiae. Alij propter transgressionē luxurie, & sic de singulis. Patet ergo, quō propter transgressiones posita est lex diuinalis, & signanter illa, quæ poenam concernit, & importat.

S E C U N D O propter transgressiones posita est lex ecclesiasticalis, & præcipue illa, quæ est poenalis; ut prius dictum est de lege diuinali. Si ergo queratur, quare ecclesia statuit legem de excommunicandis hominibus, ut patet lib. 3. decretalium, titu. de sententia excommunicationis per rotum. Item lib. 6. eodem titulo. Similiter in magno uolumine per plura capitula. Respondeatur, quod Ecclesia hoc fecit propter transgressiones, & contumacias hominum dominandas. Idem dic de multis alijs poenis iuris canonici, quās loquuntur enarrare.

T E R T I O propter transgressiones posita est lex civilis. Lex enim civilis statuit certas poenas, ut potestate, exultationis, flagellationis, & mutationis, suspensionis, capitis truncationis, & huiusmodi. Sed quare hoc? Certe propter transgressiones, & malefacta iniquorum hominum, & ut alij sibi caueant, quia ut habetur. C. de seruis fugitiis, l. cui serum, poenarum metu plerunque retrahuntur homines à delicto. Hinc Poeta Horatius: Oderunt peccare mali formidine poena. Oderunt peccare boni uirtutis amore. Patet ergo, quod capiendo legem, ut habet vim coercitivam per

Ser. Do. G. P. P. Art. 2.

A 2

por-

Dominica x i i i . post Trinit.

p̄enarum exhibitionem, omnis lex tam diuinalis, quam ecclesiasticalis, quam etiam ciuilis, propter transgressiones pos-
ta est. Et sic pater de secunda ueritate.

T E R T I A ueritas, quæ inseritur in præsenti epistola, est
quod Christus vocatur mediator. Sed quomodo mediator?
Profecto fuit mediator tripliciter, uidelicet

Inter Deum, & hominem.

Inter Angelum, & hominem.

Inter hominem, & hominem.

Nam priusquam ueniret in uterum uirginis erat triplex mi-
rabilis discordia.

P R I M A quidem erat inter Deum patrem, & humanum
genus. Deus enim pater conquerebatur de homine, eò quod
ipsum grauiissime offendisset. Propter quod interdixerait si
bi, tanquam inimico capitali ingressum palati suj, & dominus
celestis. Homo conquerebatur de ipso Deo, eò quod dedi-
set sibi mulierem, quæ fuerat causa offensionis, & transgre-
fionis sua.

S E C U N D A discordia erat inter Angelum, & hominem.
Angelus enim conquerebatur de homine, saltem de Eu, &
ipso credidisset, & obediuit scilicet aduersario suo, scilicet, Di-
bolo in specie serpentis, quod ualde stultum erat. Homo
autem conquerebatur de Angelo, eò quod starer ante portu
Paradisi uoluptatis tenens flammeum gladium, atq; uer-
tem, ut sic impediret eum, ne rediret in ipsum locum uolepa-
tis. Genesis 3.

T E R T I A discordia erat inter hominē, & hominem. i. inter
Gentiles, & Iudeos. Gentiles enim conquerebantur de lu-
dīs, e qd' ualde despicerent eos, & uitaret, tanquam exco-
catoe. In cuius rei testimonium dixit Christus mulieri Samari-
tanæ. Iohā. 4 Non coutuntur Iudei Samaranianis. Iudei autē
contra conquerebantur de ipsis Gentilibus, eò quod spre-
culti unius ueri Dei adorarent, multitudinem idolorum, in
quibus latabant dēmones. Ecce triplex discordia, seu bellum,
quod præcessit Christi aduentum.

S E D profecto hanc triplicem discordiam, ipse nascendo
fēdauit. Propter quod de eo loquens Apostolus ad Eph. 2. ait
Ipse est pax nostra, qui fecit utraq; vnum, scilicet pacificando
nos Deo patri. Vnde idem Apostolus 1. ad Tim. 2. uocat eum
mediato-

Sermo I. de Epif.

186

mediatorem Dei, & hominum. Item pacificando nos cum
Angelis, in cantum ut sint custodes nostri in præsenti, & tan-
dem in morte asistant nobis transferentes animas nostras in
celum, dummodo mereantur illuc ascendere, unde Luc. 16. Factum est, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis
in simum Abraham. Item pacificando nos homines cuiuscun
que status, conditionis, aut regionis adiuicem. In cuius rei
fignum ipse Christus vocatur in sacra scriptura lapis angula-
ris, supple, coniungens duos parietes, idest, duos populos in
unum per fidem, & charitatem, iuxta illud ciuidem Christi
verbū Iohā. 10. Fiet unus ouile, & unus pastor. Hic est ergo
lapis ille angularis, de quo dominus Esa. 48. Ecce mittam
infundamentis Sion. i. Ecclesia militantis, lapideum angulari-
rem. Christum. De quo eriam lapide dicitur. ad Cor. 10. Pe-
tra autem erat Christus. Ecce ergo optimus mediator, cui nos
oēs tenemur de tanto beneficio refundere gratiarū actiones.

M O R A L I T E R instar Christi debemus mediare inter
discordantes, quantum possumus, eos reconciliando, & adiu-
uicem pacificando exhortationibus, & consilijs bonis. Hoc
enim valde placet Deo. Si enim aiebat Beatus Vincentius
Ferrariensis, ordinis Fratrum Prædicatorum. Deo nempe
legitur, quod cum hincinde peragret, seminando uer-
bum Dei, si quos Principes, aut quosq; alios discordes inue-
niebat, nunquam inde recedebat, quoisque eos adiuicena
pacasset. Sed profecto multi uiri diabolici totum opposi-
tum faciunt. Non enim sinunt alios pacem habere, nec sunt
mediatores pacis, sed potius discordiarum, & bellorum, po-
nentes inter fratres discordias, dicentes: Miror, quomodo ta-
lia, & talia permittitis. Certè si essem, quomodo de uobis, e-
go non filerem, nec relinquerem negocium sic. Alius dicit:
Talis iniuriatus est uobis, seu uxori, siue familię Profecto vos
etis tecors, & homo pusillanimis, siue de nihilo, si permitti-
tis rem sic transfire. Quo sit ut ad uerba talium suscitentur in
ter homines discordie, lites, dissensiones, opprobria, uerbera,
& lites quandoque immortales. Sed ue illis.

Q U A R T A ueritas, quæ trahitur ex his, quæ habentur in
præsenti epistola, hæc est. Lex uetus nō iustificat, nec ratione
illius sit promissio celestis glorie, sed hæc duo tantum facit fi-
des Iesu Christi. Fides, in qua, formata per gratiam, & charita-

Dominica x i i i . post Trinit.

tem, & quæ operatur in nobis per applicationem Sacramentorum Ecclesiæ. Et hoc est, quod dicunt doctores Theologi, quamuis sub alijs uestib; uidelicet, quod Sacramenta veteris legis non iustificabant homines ex opere operato, id est propter se, sive ex uirtute propria, sed tantum ex opere operatae, id est, ex deuotione, & bona dispositione ea suscipientis. Secus autem de Sacramentis nouæ legis, quæ habent hanc singularem præminentiam suprà Sacramenta veteris legis, quod nullificant hominem ex uirtute illis inherente, & hoc in uirtute meriti passionis Christi, quod per susceptionem huiusmodi Sacramentorum applicatur hominibus, quibus simul, & simel sit promissio uite æternæ. Quam nobis concedat, qui, & cæte.

Dominica decimateria post Trinitatem, Sermo secundus de Euangeliō.

BEATI oculi, qui uident, quæ uos videtis. Lu. 10. Pro introductione præsentis sermonis mouetur quaestio talis. Verum omnes illi simi beati, quorum oculi uiderunt Christum; in præsenti? Pro solutione huius dubij præmitam duas distinctio[n]es.

PRIMA igitur distinctio. Duplex est uisio, quantum ad præsens sufficit, uidelicet, corporalis, & intellectualis. Et iterum intellectualis duplex. Prima habetur in præsenti per fidem. Secunda autem habetur in alia uita per apertam diuinam essentiam uisionem. De qua dicit Augusti, quod uisio est tota merces. Et de utraque simul loquitur Apollonus primo Corinth. decimo tertio, dicens. Videmus nunc per speculum, id est, per imaginem obscuram in enigmate, id est, non clare, sed obscure: quia per creaturas, quæ non nisi obscurè ducunt nos in cognitionem Dei, iuxta illud Psalmi. Posuit tenebras latibulum suum. Sequitur: tunc autem, scilicet, in celo, uidebimus facie ad faciem. Quia uidebimus eum, sicuti est, ut habetur I. Iohann. tertio. Et de hac duplia uisione intellectuali Augustinus libro secundo questionum noui, & ueteris testamenti, quaestio. vigesima quarta. dat exemplum de duabus hominibus, quorum unus uideat imperatorem

Sermo ii. de Euang. 187

rator in propria persona, alius autem in imagine sua tatu.

S E C U N D A distinctio. Duplex est beatitudo, felicitas, rei, & spei. Prima cōsistit principaliter in actuali, & clara uisione diuinæ essentiae. De qua Christus Iohan. decimo septimo. Hec est uita eterna, ut cognoscant te verum Deum, & quod misisti, Iesum Christum. Secundariò autem cōsistit in contemplatione creaturarum, secundum quod loquitur Boetius de consolatione libro 3. prosa. 2. dicens, quod beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Et hæc beatitudo est uera, perfecta, ultimata, & consummata beatitudo, quæ non nisi in celo possidetur. Secunda uero beatitudo, que dicitur spei, habetur in præsenti, & est imperfetta. Consistit autem hæc beatitudo in meritô, & in bona uita, quam soli boni, & uirtutis habent, de qua Mattheus 5. loquitur Christus, dicens. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum, supple, in spe. Beati mites. Beati in mundo corde: & sic de alijs. His ergo duabus distinctio[n]ibus prælibatis ponuntur aliquæ conclusiones; seu ueritates.

P R I M A igitur ueritas. Non omnes, qui uiderunt Christum uisione corporali, in præsenti sunt beati. Alias Iudas, Caiphas, Pilatus, Herodes, & ceteri Iudei, qui aduersati sunt Christo, essent beati, cō quod tales eum uiderunt uisione corporali, & cum hoc ipsum oderunt, prout ipsæmet Christus te statut Io. 15. dicens. Nunc autem uiderunt, & oderunt me, & patrem meum. Odium autem Dei nō stat cum beatitudine, sive rei, sive spei.

S E C U N D A veritas. Visio spiritualis Christi in præsenti, que fit per fidem formatam, beatificat hominem in hac uita in spe, & in futura in re. Vnde de hac uisione laudauit Christus Abraham Io. 8. dicens Iudeis. Abraham pater vester uidit diem meum, uisione interiori, quæ est per fidem formatam, per charitatem, uidit, & gauisus est.

TERTIA veritas. Beatus, & melius simpliciter est videre Christi uisione spiritu, quæ corporali, si ita due uisiones ab invicem separetur. Probatio. Nā prima visio speciale Dei donū ē, quod nō stat cū mortali peccato, & presertim ubi fides fuerit formatâ. Secunda autē stat cum mortali, sicut patuit de impijs Iudeis. Istud confirmatur ex illo uerbo Christi Ioā. 22. dicen-

Dominica xiiii. post Trinitatem.

tis: Beati qui non uiderunt me, super visione corporali, & cetero dixerunt Ecce uiso spiritualis quæ beatificat.

Quarta ueritas. Beatus est uide e Christum uisione spirituali, & corporali, quam uisione spirituali tantum. Hac ueritatem uoluit Christus innuere in praesenti Euangeli, cum ait discipulis suis. Beati oculi, supple, interiores, & exteriore, qui uident, quæ uos uideritis. Dico enim uobis, quæ multi Prophetæ, & reges uoluerunt uideri, scilicet, oculo corporali, quæ uos uideritis, scilicet, me humana carne uestitum, atque in tali forma miracula facientem, & de cœlestibus differente, & non uiderunt. Reuera beati illi fuerunt, qui ueraciter, & humiliiter uiderunt Christum præsentialiter miracula facientem, quod nulli antiquorum concessum fuit quæcumque meriti, quamuis istud multum desiderarent. Vnde Num. 24. Oritur stella ex Iacob. Et post ea, heu, quis uicturus est, quando ista faciet Dominus? Item Exo. 44. Utinam dirumperes ccelos, &c. Item Exo. 4. Mitte Domine, quem miseras es. Item Aggei. 2. Venier desideratus cunctis gentibus. Item Canticorum 1. Osculetur me osculo oris sui. Item eiusdem 8. Quis mihi det te fratrem meum. Et quamuis ita desiderarent sancti Patres Christi aduentum, non tamen illum uiderunt, nisi multum à longe, & per quasdam species uisionum, sicut patuit de Moysè, qui uidit rubrum ardenter, & non comburentem Exo. 3. Vnde de eo dicitur eiusdem Exo. 33. quod uidit posteriora Domini. Secus autem de Apostolis Domini, qui uiderunt eum præsentialiter. Propter quod ait illis Christus, ut assumptum est in themate, Beati oculi, qui uident, quæ uos uideritis.

In praesenti ergo Euangilio de tribus principaliter fit mentio, quæ sunt Beatitudinis contemplatio, in principio Euangeli.

Interrogationis solutio, ibi.

In lege, quid scriptum est?

Parabolæ narratio, ibi: homo quidam descendebat, &c.

Primum igitur fit mentio de beatitudinis contemplatione, cum dicitur. Beati oculi, qui uident, quæ uos uideris. Pro quo iterum notandum, quod ista uerba possunt exponi quæ drupliciter secundum quatuor sensus Sacra Scriptura, uidebet.

Sermo II. de Euang.

188

Literaliter, Moraliter, Allegoricaliter, Anagogicaliter.

Primum igitur predicta Christi uerba possunt exponi literaliter de uisu corporali, quo qui fruuntur, & bene utuntur, beati quodammodo sunt respectu cœrorum, qui tali organo priuantur. Vnde vulgo dicitur, quod illi sunt felices, qui habent omnia membra sua, siue organa corporis sui uniuersa uisu eorum, hoc autem precipue haber uerum de organo uisu. Cujuus ratio est: quia ut dicit Philosophus de sensu, & sensato, uisu multarum rerum differentias nobis demonstrat. Et per oppositum uisu carenti magna pars ueris latet, ut dicit Seneca tragedia 5. Hinc sanctus ille Thobias, quem stercus hirundinis lumine oculorum priuauerat, Angelo libi dicti, gaude Thobia, respondit dicens. Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? Thobi. 5. Luminæ ergo oculorum orbati meritò possunt dicere uidentibus. Beati oculi, qui uident, quæ uos uideris. Et hoc precipue habet uerum de illis, qui bene utuntur sensu uisu. Quia reuera male utentibus predicto sensu melius fore utroque oculo orbari. Nam ut dicit Aug. lib. 10. confess. Inter omnes sensus oculi sunt principes ad noscendum. Itē idem ad fratres in eremo ser. 31. qui intitularunt de fallacia mundi. Multa, inquit, mala per oculos fiunt. Si enim David oculos clausisset, feminam non uidisset, & per consequens adulterium non commisisset. Si Iudas pecuniam non uidisset, magistrum suum non tradidisset. Et si Sodomitæ oculos clausissent, iuuenes non uidissent, nec postea perirent. Hæc ille. Item Seneca de remedij fortitorum. Oculi irritantia sunt vitorum, ducesque scelerum. Adulterium oculi montant, & mala omnia. Propterea Hiere. 9. dicitur. Ascendit mors, i. peccatum, quod est mors animæ, per fenestras uestras, id est, oculos, scilicet, occasionaliter. Ingressa est domus uestras, id est, conscientias per consensem. Hinc Psal. qui de hoc iam habuerat experientiam, orabat Dominum, dicens. Auerte ab oculo meo, ne uideant uanitatem.

Secundum igitur predicta uerba. Beati oculi, qui, &c. possunt exponi moraliter de iustis, & veris penitentibus, quorum oculi interiores uident, quæ sunt uidentia pro salute animæ.

Primum igitur sursum coelestia gaudia preparata iustis, & bonus. Vnde ex tali asperitu prouocant amplius ad bñ agendum.

Hie. 3. Leua oculos tuos in directum, id est, sursum ad Deum, & ad cœlestes. In cuius figuram legitur. Gen. 22. de Abraham, & cum leuasset oculos suos, uidit locum procul, i. à longe.

S E C V N D O uident deorsum inferni, supplicia preparata malis. Vnde ex tali aspectu retrahuntur à multis malis, ne illa perpetret. Huiusmodi autem supplicia bene uidebat sanctus ille Hieremias, cum dicebat. Ollam succensam ego uideo. Eiusdem. i. Leo .n. timet, qñ uidet flammā ignis. Sic, & iusti timent, quoties oculis interioribus uidēt per mediatio nēflammam ignis inferni, ne illhic tandem descendant. Hinc Prover. 26. Beatus homo, qui semper est pauidus.

T E R T I O uident extra seculi uanitatem, & instabilitatem, ut pote in honoribus, & in diuitijs, in delicijs, & voluptatibus. Hinc Salomon Eccles. 1. ait. Vidi cuncta, que sunt sub sole, & uidi in omnibus uanitatem, & afflictionem spiritus, dum, scilicet, diuersis cogitationibus rapitur, & nusquam requiem inuenit. Qui ergo bene, & diligenter uider mundi uanitatem, prouocatur, & de facili trahitur ad ipsum contempnendum, iuxta illud Nahum. 3. Omnis, qui uiderit te, resiliet à te.

Q U A R T O uident intra se quo ad corpus magnam immunditiam, & imperfectionem, sicut uidere est per ea, que exuent ab eodem corpore per meatus, & secreta naturae. Vnde ex tali cōsideratione, & aspectu incitatur ad contēndū carnis delicias, & ad nō inaniter gloriandū de corporis elegantia, formositate, aut pulchritudine. Ista autē bene uidebat sanctus ille Prophetā Esa, cum clamabat ex imperio dñi dicens. Omnis caro fenum, & oīs gloria eius, quasi flos agri. Eiusdem. 40. In quibus uestib. vult dicere prophetā dñi, quod sicut fenum nascendo habet uitorem, crescendo decorē, & florē, sed exiccatum ardore solis teritur in puluerem, sic homo habet uitorem in puerili etate, decorē, & florē in iuventute, sed tandem redit in puluerem in morte. Et hoc est, quod dī Iac. 1. Exortus est sol, cum ardore, id est, febris uestuans, & arfecit fenum, id est, corpus humanum, & flos eius decidit, id est, fortitudo, uel sanitas, & decor vultus eius perficit.

Q U I N T O oculi interiores iustorum uidēt intra se quod ad animam paruas culpas, & minutas negligentias, quas cōmiserunt. Sicut enim oculos exterior quāto clarior, & munidior,

Bior, tanto facilius uidet minutas immunditias in ueste alba, ita in proposito de oculo interiori respectu ueltis conscientia. Vnde ad talē aspectū nos admonet scriptura. Hier. re. 2. dicens. Vide vias tuas in cōuale. i. in pñti uita, & scito, quid feceris. Nā sicut infirmus debet frequenter uidere vulnera sua, ut sic inducatur ad adhibendū remedium, ita iusti, cū non sint regulariter absq; paruis, & leuibus culpis, debet eas frequenter uidere, ut inde doleant, & humilientur recognoscentes infirmitatem suam. Ad hoc etiam faciendum nos ad monet scriptura. Hier. 2. dicens. Scito, & uide, quia malum est, & amarum dereliqueris te dominum Deum tuum, & nō esse timorem Dei apud te. Et hoc est contra multos, qui similes sunt oculis, qui uident bene alia à se, sed minime seipso. Sic, & multi bene uident defectus aliorum, etiam paruos, sed non suos, quāmuis magnos. Contra quos loquitur Christus Mat. 7. dicens. Hypocrita, quid uides festucam in oculo fratri tui, & trabem, que in oculo tuo est, non uides? Ecce primum trabem in &c.

S E X T O uidenti retro, si peccata, que olim cōmiserunt, & inde dolēt, dicentes cū ps. Exitus aquarū deduxerunt oculi mei, quia nō custodierunt legem tuā. Similiter ibi uident bona, que facere debuerunt, & omisserunt per purā negligentiā. Propter quod satagunt multiplicare bona opera, ut sic recopernave ualeant tēpus perditum, iuxta illud Apofoliciū uerbū ad Ephe. 5. regimenter tempus. Itē in hoc dīc prēteritum reuocantes, ut in Apocryphis Esdrē legitur.

S E P T I M O , & ultimo oculi interiores iustorum, & bonarū uident attentē considerantes, quādunt, & oī dic appropinquant ad portas mortis, itē ad Dei iudicium, in quo eportebit eos reddere rōmen, de omni uita sua. Et ex hac cōsideratione incutitur eis timor non modicus. Propter quod mouentur ad se debitē prēparandum ad futuras nuptias, item ad penitentiam agendum de iam cōmissis offendit. Taliter autē uidebat ante se oculi interiores regii Prophetā David, fin' qd scipio loquēs ait ad dñm. Ad iudicis tuis dñe timui, & ideo feci iudicium, & iustitiam, supp. de meipso. Nor. tradas ergo me dñe calumniantibus me, scilicet, dēmonibus. Ecce ergo quā, & qualia uident oculi interiores bonorū, & deuotorum catholicorum. Propter quod meritō potest dici

de illis uerbum prædictum, scilicet: Beati oculi, qui vident, quæ uos uidetis.

T E R T I Ó prædictum uerbum potest exponi allegoricè, scilicet, de bonis, & deuotis catholicis, qui videat Christum, sub speciebus panis, & uini in Sacramento altaris, ita ut qui liber postquam audiuit missam, deuotè possit gratias agendo dicere domino illud uerbum Simeonis Luc. 2. Viderunt oculi mei salutare tuum. Domini autem Sacerdotes, qui nō solum uident Christum in diuino Sacramento, uerumerant ipsum contrectat, merito possunt dicere illud i. Iohann. 1. Qd' uidimus, & manus nostræ contrectauerunt de uerbo uite. O' quanta dignitas dominis Ecclesiasticis collata, quæ etiā non confertur Angelicis spiritibus. O' quantum supplicium illi sustinebunt, qui ipsum indignè contrectat in Sacro altari.

A I T E R, & in codem sensu allegorico dic, quod illiterati uisi sunt beati, qui vident, & intelligent Sacram Scripturam sanè, & ueraciter, non tortu osè, & fallaciter, ut Heretici. Beati ergo oculi, qui uidēt, quæ vos, sup. domini Theologi uideris. Sed quæ sunt illa, quæ videntur in Sacra Scriptura a viris Theologis. Profectò illa sunt multa, ueropote, credenda, ut sunt articuli fidei. Item agenda, ut sunt diuina precepta. Item fugienda, ut sunt uitia, & peccata. Item horrenda, ut sunt inferni supplicia. Item desideranda, & appetenda, ut sunt eterna gaudia. Sunt, & alia, quæ veri Theologi uidēt in Sacra Scriptura, quæ sunt sensuum multiplicitas. Ipsi enim fugunt mēl de pētra, & oleum de faxo durissimo, dī ex sensu literali elicunt sensum Tropologicum, Allegoricum, & Anagogicum. Hoc autem non faciunt, qui uacant alijs scētijs humanis, & quæ sunt de pane lucrando. Et ideo beati nō sunt dicendi, qui uident, quæ vident domini legistę, aut cano nistę, medici, aut chirurgici, grammatici, aut Poetę, sive oratores, & hūmōi, sed potius dicēdi sūt miseri, & hoc pp abusū.

Q U A R T Ó prædictum uerbum potest exponi anagogicè, scilicet, duis clare Deum videntibus, atque in eo tanquam in speculo mandissimo, & amplissimo omnia, quæ fuerint, sunt, & erunt a perte cernētib. Nos ergo pauperes uiatores possumus rōnabiliter alloqui ipsos comprehensores in hac forma. O' beati oculi, qui vident, sup. secreta cœlestia, quæ vos nudē, & aperte uidetis. In cuius figuram legit. 3. Reg. 10. Q postquam

postquam Regina Saba venit ad domum Salomonis, & vidit uniuersam dispositionem illius, dixit ei. Beati uiri tui, & beati serui tui, qui hic stant coram te semper, & audiūt sapientiam tuam. Illi ergo Philosophi antiqui turpiter errauerūt, qui dixerunt beatitudinem consistere in cibis, & potibus. Si militer, & illi, qui eam posuerunt consistere in uenereis, ut Epicurei. Item, & illi, qui dixerunt eam consistere in diuitijs, in honoribus huius sæculi, in potentia, & uirtute corporali, & huiusmodi. Quos omnes condēnat Christus Io. 17. dicens. Hęc est uita cetera, ut cognoscant te uerum Deum, &c. Ex quibus uerbis patet, quod uera beatitudo consistit principali, & essentialiter in uisione diuinę essentia. Merito ergo ipsi h̄atis dicere possumus, id quod hic dicit Christus, uide liter, beati oculi, qui uident, quæ uos uidetis, &c.

S E Q U E N C I A saltem implicite. Beatae aures, quæ audiūt, queuos auditus. Similiter ista uerba possunt exponi quadupliciter, sicut & præcedentia. Primo quidem literaliter de illis quibus datum est audire exterius. Tales enim sunt quodammodo, beati saltem naturaliter, respectu eorum, qui tales, organo sunt priuati, ut sunt surdi. Multum ergo tenentur regratiari Deo illi, quibus datum est audire. Secundò moraliter de illis, qui deuotè, & attētè audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud, ut habetur Luc. 11. Item de illis, qui omni die intersunt diuinis officijs, & huiusmodi. Tertiò allegoricaliter de illis, qui audierunt Christum in præfati uita, prædicantem, & de cœlestibus, arque salutaribus differentem. De quo etiam dicebant ministri Iudæorum, qui misli fuerant ad eum capiendum. Nunquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur Io. 7. Illi ergo beati fuerunt, qui Christum prædicantē audierunt exterius, & in ipsum crediderūt interius, ut fuerūt Apostoli, & multi alij. Quartò anagogicaliter de beatis, qui audiunt Angelicā, & cœlestē melodiam. O' quā beatę sunt aures taliū. Vñ ad propositū refert beatus Greg. in suo dialo go, lib. 4. ca. 14. de quodam paupere Romano, cui nomē Selvulus, qui totum tempore uita suę rāta paralyſi percussus fuerat, q̄ cogebat continuē super grabatum iacere. Neq; enim manum præ debilitate usque ad os perducere ualebat. Hic etiam eleemosynis, quæ sibi dabantur, parcē vteus, residuum pauperibus per manus sibi seruientium dabat. Cum ergo tandem,

Dominica xiiii. post Trinit.

tandem morti appropinquaret, & multitudine clericorum plenos decantantium pro expectatione exitus sui spiritus sibi assisteret, et repente compescuit uoces pfallentium, cum terrore magni clamoris, dicens. Taceatis in nomine Domini. Nunguad auditis, quante resonant laudes in celo. Cumq; ad eas laudes mirificas intus aures cordis intenderet, ultimum exhalauit spiritum. Quo factio mox locus ille tanto odore repletus est, ut omnes assistentes stuperentur. Hæc ibi. O si ille adhuc in terris degens tantam audiuit melodiam de celo uenientem, quid credendum est de illis, qui iam sunt in celo gloriose regnantes, quantam audiunt melodiam? De ipsis itaq; beatis meritò dicere possumus: Beatae aures, quæ audiunt, quæ uos auditis. Et sic patet de prima parte principali huius Euangelij.

SECUNDÒ principaliter in præsenti Euangeliō fit mentio de interrogations solutione, cum subditur: Et ecce quidam legisperitus surrexit, forsitan ut melius audiretur, uel ut bonus, & iustus uideretur, tentans illum, & dicens. Magister, quid faciendo uitam æternā possidebo? Quem cum Christus interrogasset, quid in lege scriptum inueniisset, & ille dixisset se inuenisse scriptum in lege uidelicet Deut. 6. Diliges Dominum Deum tuum, &c. adiecit Christus dicens: Hoc fac, & uiues, scilicet uita gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro, quia in prædictis duobus mandatis, quorum primum est de dilectione Dei, secundum terro de dilectione proximi, tota lex pendet, & prophetæ, ut habetur Matt. 22.

QVAE RITVR DE isto legisperito, quomodo ista duo possunt simul stare in ueritate, scilicet, quid sit peritus in lege, & quod ignorat media perueniendi ad uitam æternam. Ad hoc responderetur primò, quid bene nouerat dicta media, quod etiam aperte monstrauit, quando Christo cum interroganti, quid in lege scriptum esset, respondit dicens: Diliges Dominum, &c. Interrogauit ergo Christum legisperitus non quasi ignorans, sed eum tentans, ut ait Euangelista. Volebat enim sciére de Christo, quem Deum esse nō crebat, si sciéret, quid necessarium sit pro consecratione uita æterna. In quo ostendebat se multum errare, maximè cum in ipso Christo essent omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi, ut dicit Apostolus ad Col. 2. Vel dic, quid iste legisperitus rebas

Sermo i i. de Euang. 191

rebat personam multorum sapientum huius seculi, tam peritiorum in iure ciuili, quam canonico, qui in his, quæ Dei sunt, minus periti inueniuntur. Et in hoc aperte ostenditur tam in dicto legisperito, quam in sibi similibus verbis Christi uerum Matt. 1. ubi ait ad patrem loquens. Abscondisti hæc sapientibus, & prudentibus, supple, huius seculi, & reuulisti ea parvulis, id est, ueris humilibus, uel simplicibus, & idiotis, qui in his, quæ Dei sunt, communiter peritiores inueniuntur multis legisperitis. Vnde August. Stulti, & indocti rapiunt celos, & nos cum scientijs nostris, &c.

MORALITER. Iuxta illud: Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? Notandum, quid iste legisperitus salubriter interrogat Christum, quantum est de forma interrogationis. Non enim ipsum interrogat, qualiter disputando, aut qualiter legendō, siue audiendo, seu etiam loquendo perueniatur ad regnum celorum, cum tamen hæc sine bona ex se, sed interrogat, quid faciendo dictum regnum possideatur. Per quod innuitur, quid bona operatio est ad salutem necessaria, maximè ubi necessitas eam non excludit, quia ut dicit Apostolus ad Rom. 2. Non auditores legis insti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur, & Iaco. 1. Eto factores uerbi, & non auditores tantum, fallentes uosmetipos. Item Matth. 7. ait Christus: Omnis qui audit uerba mea hæc, & facit ea, assimilabitur uiro sapienti, qui adiudicauit domum suam supra petram. Item de iustis loquens Pfl. dicit, quid memores sunt mandatorum eius, scilicet Domini, ad faciendum ea. Et nota, quid dicit, ad faciendum ea. Ecce ergo quam bene, dummodo concurrat pia intentio, interrogat legisperitus Christum dicens: Magister quid faciendo, &c.

MORALITER. Similem questionem cum legisperito possunt formare multi status hominum. Quibus etiam potest salubriter responderi, sicut & Christus respondit dicto legisperito. Hi ergo sunt.

Principes, Pastor, Ecclesiasticus,
Officiarius, Negotiator, Coniugatus.

PRIMÙ dicitur si rex, aut princeps querat, quid faciendo uitam æternā possidebit, illi respondendum est, q; tribus modis. Primo Deum deuotè colendo. Matt. 6. Quare primum regnū

Dei. Secundò iustitiam unicuique reddendo. Vnde sequitur. Et iustitiam eius, idest, iustitiam, quam ipse præcepit, ut tales diligent, & faciant. Vnde in psal. Honor regis iudicium dili git. Tertiò subditos tuendo ab aduersarijs. In cuius rei signum datur regi ensis in sua coronatione. Sed profectò multi reges, & Principes subditos suos non defendunt, sed potius grauant tributis, gabellis, tallris, & pœnâ infinitis modis. Et tales reprehendit dominus Michez. 3. dicens. Audite Principes Iacob, & duces domus Israel. Nunquid non uer strum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum, qui uiolenter tollitis pelles eorum defuper eis, carnem eorum defuper ossibus eorum? Qui comedent carnem populi mei, & pellem eorum defuper excoriauerunt &c. Sed unde in principiis tanta crudelitas? Profectò plerumque ex malitia populi. Nam, ut dicit Isido, de sommo bono lib. 3. c. 48. Reges quando boni sunt, munera est Dei, quando uero mali, sceleris est populi. Secundùm enim meritum plebium disponitur uita rectorum, testante Iob, qui ait. Qui regnare facit Hypocritam, propter peccata populi. Hæc ille.

S E C U N D O si pastor querat, quid faciendo uitam eternam possidebit, respondet sibi, quod debet tria facere. Primo debet, quantum in se est, oues sibi commissas triplici pabulo pascere, uidelicet, exemplo bona uite, pane sanctæ prædicationis, & doctrinae, item pane materiali pro loco, & tempore. In cuius rei signum Christus, quando uolutus constitue re Petrum pastorem totius Ecclesiæ, ter dixit ei. Pasce, pasce, pasce. Io. vlt. Hinc idem Petrus in sua prima canonica. c. 5. cæteros pastores instruens ait. Pascite, qui est in uobis gregem Dei. Pascite, inquam, triplici pabulo, de quo dicti est. Sed profectò pastores moderni bene nouerunt pascere scemticos, non autem subditos. Vnde uidere est multos curatos, priores, abbates, & similes adeo pingues, ut uix possint contineri intra pellem suam. Quibus maledicit scriptura Ezechi. 33. dicens. Ve pastoribus Israel, qui pascabant se metiicos: Nonne greges à pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Secundò debet pastor cum ouibus suis, quantum possibile est, residere, nisi forsitan

forsan ad tempus se ab eis absenteret propter maius bonum, aut propter causam rationabilem. In cuius figuram legitur Lu. 2. Quod in nocte Nativitatis Domini pastores erant in regione eadem uigilantes, & custodientes uigilias noctis super gregem suum. At uero hac tempestate maior pars pastorum, tam curatorum, quā Episcoporum uoluptate sua absentant se à consortio, & præsentia ouium, præteuidentes frī uolas excusationes. Nec ad residendum compellunt eos dico cesani conformiter ad iura, quia perderent tributum, quod annuatim percipiunt de non residentia, cum tamen de tali non residentia conqueratur dominus Ezech. 34. dicens. Dispersi sunt oues meæ, eò quod non esset pastor, & facti sunt in deuorationem omnium bestiarum agri, & dispersi sunt. Tertiò debet pastor non obstante quocunque periculo etiā mortis se exponere pro salute ouium suarum, & precipue, si non inueniat eum idoneū, qui sit paratus hoc facere, quia, ut dicit Christus Iohan. 10. Bonus pastor animam suam, dat pro ouibus suis, idest, exponit se mortis periculo pro salute spirituali ouium suarum. Cuius contrarium faciunt multi curati, qui quum primum uident unum, uel duos de Parochianis suis perte perijisse, mox fugiunt, constituentes forsitan quandam ignarum presbyterum uicarium suum. Vnde tales merito debent priuari beneficio, ex quo renuant exercere in propria persona officium, maximè cum beneficium derur propter officium. Tales etiam uocat Christus mercenarios, & non pastores. Io. 10. dicens. Mercenarius uidet lupū, idest, aduersitatem uenientem, & fugit, & dimittit oues.

T E R T I O si ecclesiasticus, qui est sine beneficio, aut officio, querat, quid faciendo uitam eternam possidebit, respondeatur illi, quod tria faciendo. Primum est ut honestè, pure, & religiosè uiuat, non solum propter se, sed ut alii praebat bonum exemplum, iuxta illud domini uerbum Mat. 5. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificant, &c. Vnde presbiter dicitur, quasi alius præbens iter, scilicet, per bonum exemplum. Et de hoc habes in iure. 6. quæst. 1. beatus. Item. 8. quæst. 1. qualis. Secundum est, ut reverenter, & deuotè diuinum officium perfoliat horis statutis, & non totum simul, more aliquo rum, qui aliquando ante lucem dicunt totum officium, uifq ad

ad uesperas , cum tamen non sint in alijs legitimè impediti . Vnde in Psal. Septies in die laudem dixi tibi . Propterea in decr. dist. 9 i. ca. Eleutherius. dicitur, quod clerici horas statutas diurnas , & nocturnas distinctis temporibus debent exple re . Præcipue autem debet sacerdos reuertere celebrare Missam , & non festinante more aliquorum . Item summopere cauere debet , ne celebret Missam principaliter causa lucri . Tertium est , vt caueat , ne per eum dignitas sacerdotalis vilescat . Quod potest contingere tribus modis . Primus est mulierum maximè suspectarum , aut iuuenum frequentatio , qua quidem frequentatio valde periculosa est , & ideo districte interdictum omnibus clericis in iure , ut patet . 32. dist. interdictum . Item . 8 i. dist. clericus , & per multa alia capitula sequentia . Item de hoc est expressa rubrica lib. 3. antiquarum decreta lium , qua sic intitulatur . De cohabitatione clericorum , & mulierum . Eadem rubri habetur lib. 3. decretalium nouarum , qua usitato nomine uocantur sextus decretalium . Item in clemen. eo. tit. Vnde congruè in allegatione dictarū rubrica dicitur . extra de cohabitatione , &c . Quia reuera mulieres debent esse extra habitationē clericorum . Nota de Augustino , qui non patiebatur neptes suas intrare domum suam pasto ralem . A fortiori ergo extraneas non permittebat illuc ingredi . Vnde in signum , quod non placat Domino mulieres ingredi domos clericorum , & signanter religiosorum , si qua mulier presumit ingredi monasterium sancti Fiacrii præter Ecclesiam , quod est in territorio Meldensi , mox arripitur a maligno spiritu . Secundus modus , per quem uilescit in conspectu Dei , & hominum status clericorum , siue dignitas sacerdotalis , est habitus indecentia , & dissolutio . Nam inter eos multi deferunt tunicas breues , & dissolutas , comam in capite cum pileo desuper cum gladio ad latres , ita ut magis uideantur milites , aut puri laici , quam clerici , cum tamen iura interdicant eis prædicta , ut patet extra de uita , & honestate cleri . per totum . Item in clemen. eo. tit. ca. quoniam . specialiter interdictum omnibus clericis in factis ordinibus constitutis , ne utantur vestibus dissolutis . Quod si fecis fecerint , debet priuari priuilegio clericali , ut notarium de cleri coniugia . clerici . lib. 6 . Ad idem est ca. clerici . dist. 23 . Tertius modus , per quem uilescit status , & dignitas sacerdotalis , est offici imperti-

impertinentis assumptio , & executio . Sunt enim inter eos multi etiam beneficiati , qui auaritia ducti suscipiunt curam , & administrationem temporalē eis omnino impertinentem , ita ut efficiantur publici procuratores , receptores , & officia nij dominorum temporalium , contra omnem dispositionem iuri tam diuini , quam canonici , quam etiam civilis . De primo habetur . 2. ad Timo . 2. ubi ait Apof. Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus , vt ei placeat , cui se probauit , id est deuouit , vt dicit interli . De secundo habetur dist. 8 . 6 . peruenit . Item . 4 . quest . 6 . omnibus . Item . 21 . questio . 3 . peruenit . Et ibidem ca. credo . Item extra , ne clerici , uel monachii secularibus negocijs se immisceant cap . 1 . quod incipit multa . Item ca. sacerdotibus . Item extra de postulando ca. i . quod incipit clerici . De tertio haberet C. de Episcopis , & cleri . placet . Ecce ergo , per qua uilescit dignitas sacerdotalis . Vnde prædictis omnibus melius foret nunquam suscepisse dignitatem sacerdotalem .

Q U A R T O si minister iustitiae tam Ecclesiasticalis , quam laicais querat , quid faciendo uitam aeternam possidebit , respondet illi , quod recte se habendo in officio suo . Pro quo notandum , quod triple est minister iustitiae , scilicet iudex , adiudicatus , procurator . Primus igitur minister iustitiae est iudex , qui summopere cauere debet , ne in iudicando perueratur altero illorum modorum , de quibus Greg . & recitat in decr . 11 . quest . 3 . quatuor modis , scilicet timore , aut munerio , uel amore . Secundus minister iustitiae , qui est tanquam mediator , est adiudicatus , qui debet similiiter summopere cauere , ne scienter suscipiat , aut prosequatur causam iniustum . Item ne cupiditate ductus impedit finem processus , sed magis expeditionem saluatis salvandis . Item ne per negligenciam suam , aut ignorantiam bona causa perdatur . Tunc enim teneretur ad omne damnum , quod patetur damnum passus . Et de hoc plenius scripsi in tractatu super Confiteor , item in magno rossario in sermone de rosa aduocationis . Tertius minister iustitiae , & qui est tanquam solicitator , est procurator , qui similiiter debet cauere tria . Primū est , ne negligens in pro cureatione , & solicitatione materiæ sibi cōmisso , alias tenetur ad restituitionē , & satisfactionem damni , ut dictum est in aduocato in simili casu . Secundum est fidelitas , ut nō reuelet

Dominica x i i i . post Trinit.

procuratori partis aduersę id, quod sibi celandū est. Tertium est equitas, ut recipiat moderatum salarium, cōsiderata qualitate persona, & assumpto labore. Prædicti ergo iustitiae ministri prædicta facientes uitam aeternam possidebunt.

QUINTO si negotiator querat, quid faciendo uitam aeternam possidebit, respondetur illi, quod negotiando fidelerit. Quæ quidē fidelitas obseruanda est in tribus. Primum in substantia rei uenialis, ut non uendat unam pro alia, siue ut non tradat unum pro alio, utpote falsam monetam pro bona. Secundū in quantitate, ut non uendat cum falso pondere, & mensura. Nam & tales solent singulis Dominicis diebus in pronis excommunicari. Tertiū in qualitate, ut non uendat sciente animal mortibidum pro sano. Sed quis est hic mercator, qui hæc obseruat? & laudabimus eum. Profecto negotiatores in negotiando habent quasi pro lege, ut se mutuo decipere possint. Propter quod dicit Leo Papa, & recitatur de pcc. dist. 5. qualitas, quod difficile est inter clementis, uendentibus, cōmerciū non interuenire peccatum, quia ut habetur, ff. locati, & conducti. Item si p̄c. naturale est contrahentibus sc̄e inuicem decipere. Sed caueant tales, ne semetiplos decipiāt, sc̄ilicet, incurrendo aeternam damnationem.

SIXTO si cōjugatus querat, quid faciendo uitā aeternā possidebit, respondendum est illi, quod tria obseruando. Primum est castitas quo ad se, ut nullam mulierē cognoscat, siue effectu, siue affectu prater propriā uxorem, considerans, quod adulteriū Christiana religio in utroq; sexu pari ratione condemnat, ut habeat. 3. quest. 5. Christiana Maritus enim equali uinculo tenetur obseruare fidelitatem uxori, sicut illa sibi. Vnde August. & recitatur eadem causa, quest. 6 si dicturi, alloquitur maritos, dicens: Si dicturi estis uxoribus uestris, seruate uos, quales uultis eas inuenire, tales & ipse uos inueniant. Secundum est amor, & dilectio ad uxorē. Vnde Apostolus ad Ephes. 5. Viri diligite uxores uestras, nō quidem mere tricio amore, sed sancto, casto, & perfecto. Propterea subdit: Sicut & Christus dilexit Ecclesiam. Item postea scribit dicens, quod uiri debent diligere uxores suas, ut corpora sua. Item ad Col. 3. idem præcipit dicens: Viri diligite uxores uestras, & nolite amari esse ad illas, idest, nimirum acerbi, siue austeri, seu duri. Item ad Ephe. 5. in fine cōcludit Apostolus dicens:

Vnusquisq;

Sermo i i . de Euang.

194

Vnusquisq; suā uxorem, sicut seipsum diligit. Tertium quod debet coniugatus obseruare, est educatio proliis. Debet enim pater diligenter educare prolem suam, si quam habet, non solum corporaliter prouidendo illi de necessarijs ad uitam, quandiu est paruula, & in etate tenera, uerum etiam erudiendo illam in timore, & seruitio Domini. Sic enim præcipit sapiens Eccl. 7. dicens. Filii tibi sunt, erudi illos, scilicet, in fide, & moribus. Item erudi illos, sup. in aliqua arte honesta, siue per te, siue per alium, ut possint in posterum inopem defendere uitam, ut consultit poeta Cato: Ecce ergo, quid coniugatus facere debet, ut tandem uitam aeternam ualeat possidere. Et nota, quod idem propositum potest practicari de multis alijs statibus hominū, utpote de diuite, qui debet facere elemosynam pauperibus si uelit uitam aeternam possidere, iuxta illud Domini consiliū. Luc. 1. 6. Facite uobis amicos de mammone iniquitatis, ut cum defeceritis, recipient uos in aeterna tabernacula. Item de paupere, qui debet indigentia suam patienter ferre, exemplo Iob. Item de manu operario, qui debet fidelerit, & diligenter operari. Item de seruo in ordine ad Dominum suū. Item de quelibet Christiano, qui si cupit tandem possidere regnum celorum, debet in præsenti Domini super omnia diligere, & proximum, sicut seipsum, sicut Christus respondit hodie legisperito. De hac tamen materia in præsenti loqui non intendo, tum propter prolixitatē uitandam, tum quia de ea loqui intendo in sequentibus, uidelicet, in prosequente expositionem Euaglii Dominice. 8. Ideo ista sufficiat pro secunda parte Euangelii præsentis.

TERTIUS principaliter in præsenti Euangelio fit mentione de cuiusdā parabolæ narratione, & applicatione. Parabola est de quodā homine descendente ab Hierusalem in Hierico, qui incidit in latrones. Qui spoliauerunt eum, & plagi impositis abierunt semiuino relicto. Cui non est miserrus fācerdos illac transiens, nec similiter levita, sed tantum quidā Samaritanus, qui solus reputatur proximus suis illi, qui incidit in latrones, ut insinuat Christus in fine Euangelii.

SE contra. Ex hoc sequitur, quod debemus illos tantū estimare proximos nostros, & amare, ut proximos, qui benefaciant, & subueniūt necessitatibus nostris: Responsio: Aliquis potest dici proximus dupliciter. Primum ex debito, & sic omni

Dominica x i i . post Trinit.

homo,quamdiu est in via, reputatur proximus noster,sic si confanguineus,aut affinis, Christianus,aut Iudeus. Secundò ex beneficio,& sic verum est, quòd ille solus reputat proximus, qui benefacit tempore & loco. Ad quod etiam beneficiū impendendū tenemu r, & ad qđ nos admonet Christus in fine euāgeli, q̄ in persona oīum dixit legisperito, Vade,& tu fac similiter, sup. m̄iam ī effectu & realiter p̄ximo idigen.

N O T A N D V M ē st antem, quòd possumus exponere di-
stam parabolam tripliciter, uidelicet

Allegoricaliter, Mysticaliter, Moraliter.

P R I M ò quidem allegoricè, de primo parente, siue de toto humano genere. Hic ergo homo descendit ab Hierusalem in Hierico, quando profugus est ā Paradiso terrestri, qui est locus felicitatis, & immortalitatis, & missus est in eum terrā huius, qua est locus misericordie, & totius corruptiōis. Incidit etiam in latrones, i.in dæmonum potestates, qui benē dicuntur latrones, cō quòd clam insidiatur hominibus, & deuotis animabus, ut eas captiuas ducent in infernum. In cuius figuram legitur. 3. Reg. s. quòd de Syria i. de inferno, egressi fuerant latrunculi in terram Israel. i.in hunc mundū, & captiuam duxerant p̄pellam. i. animam rationalem. Qui etiam, sup. dæmones spoliauerunt eum, s. primum hominem, auferentes ab eo uestem principalem gratię, & uirtutum, iē subtunciale innocentię, similiter camisiam immortalitatis, ita ut remaneret nudus, ut habetur Gen. 3. Nec quidem de tali preda satiati sunt dicti latrones, quinimmo plagis impositis. i. naturalibus vulneratis & debilitatis per peccatum, abiecti, non quidem ab insidijs, & tentationibus cessando, sed eas amodò occultando. Quoniam enim dæmon, primo tentauit Adam, apparuit sensibiliter in specie serpens. Postmodum autem, regulariter quotquot tentat, insensibiliter, & occulte tentat, propter quod ait Ps. In via hac, qua ambulabam abscondeunter superbi. i. dæmones laqueum misihi. Sequitur, Semiuino relicto. i. uita naturae tantum relicta, uitam gratiæ, in qua conditus fuerat primus homo, auferendo. Per sacerdotem aut, qui præteriuit, intelligit Moyses. Per Leuitam vero, designantur carceri Prophetæ. Hi ergo non sanguinerat, sicut neq; sanare potuerunt genus humanū, sed tamen Samaritanus, per quem intelligitur Christus. Et ideo benedicta

Sermo II. de Euang. 195

¶ a hora, in qua dictus Samaritanus uenit in hunc mundum. Cetera pertransire breuitatis causa.

M Y S T I C E homo descendens ab Hierusalem in Hierico, qui descendit de superna Hierusalem in Hierico, quando descendit de celo in uerum Virginis, & incidit in latrones, qñ uoluntariè obtulit seipsum manibus querentium eum occidere. Tunc etiā h̄mōi latrones. i. tortores & ministri Pilati plagas crudelissimas illi imposuerunt, qñquidē flagellauerunt eū ligatum ad columnam, item qñ coronam spinei imposuerunt dignissimo capiti eius. Tādem & tertio qñ foderant manus eius, & pedes grossis clavis in cruce. Cūq; vidissent, qđ inclinato capite expirasset, abierunt ad propria semiuio relicto. Cū enim ipse Christus esset Deus, & homo, consequens est dicere, qđ uiuebat uita humana, & diuina. Primā uitam amist in cruce, sed non diuinā, qđ est immortalis. Ideo tunc relictus est semiuio, qđ in resurrectione iterū cepit uinere vita humana, & per conseq̄ens integrē. Sacerdos aut & Leuita, qui non sunt miseri pauperis hoīs uulnernati, recte designat ad literā Sacerdotes, & Leuitas iudiciorū, qui non sunt cō passi Christo passo, si cut neque uiuo. Samaritanus vero, qui misericordia impendit uulnernato, recte designat probum illū uirū Nicodemū, qui attulit mixturā myrræ, & aloës, quasi libras centum, ad ungendum dominicum corpus, ut habetur Iohan. 20.

M O R A L I T E R. Homo, qui incidit in latrones, designat uulnerumq; habentē processum in curia ecclasiastica, aut secuū. Nā in utraq; sunt multi latrones, utpote, iudices, aduocati, procuratores, notarij, cōmissarij, & similes, quorū quilibet ferme querit predari, & attrahere ad se pecuniā habetū cū causas, & lites in curijs eorū. Qui postq; spoliauerint eū modica, aut multa substātia sua, plagi impositis i. multiplici tristitia cordis inflicta, abeunt. i. recedunt, siue pauperē dimittunt, processu indecelo, & infecto, sicut abire solēt, lupi satiati à cādaue re, semiuino relicto. i. pecunia litigati, aut eius substātia exhausta, qua est media uita eius. Nec certe talis sic spoliatus, & uulnernatus postea de facili inuenit, qui misereat illius. Aliqñ tñ dñs tāgit cor Samaritani. i. alicuius boni, & p̄bi aduocati, aut cōfiliarii, qui pietate ductus dat sibi salubre consilii sugfacto cause suę. Sic. u. agere oīum solebat B. Iuo. Iste tñ Samari-

Dominica xiiii. post Trinit.

Tanquam raro hodie inueni in terris. Nec B. Iuo, multos filios post se relinquit, quinimo sc̄men illius uideretur esse hodie tota taliter ablatum de terra.

VE L dic, quod homo, qui incidit in latrones, est pauper agricola, aut similis, qui prae inopia cogitur a diuitiis acci pere ad usuram, forsitan tradendo eis in pignus uitam, prae diuum, aut agrum. Tandem autem tales spoliant pauperem, facientes transire per decretum modicam possessionem suam ob defectum solutionis. Sicque plagis impositis. i. paupere in amaritudine constituto, relinquunt eum semiuiuum, quia amodò continuo languet, usque ad mortem.

VE L dic, quod homo, qui incidit in latrones, est aliquis agrotus: Latrones autem, sunt Medici, aut Chirurgici, qui postquam spoliauerint agrotum sua substâta, plagiis impositis. i. aggrauata infirmitate forsitan propter imperitiam suam, abeunt semiuiuo relicto. i. postquam uident, quod actum est de uita agroti. Hinc in Proverbio dicitur, quod Medici, & Marefali, faciunt sep̄ē mori homines, & equos. Non sicut igitur charissimi non sic, sed unusquisque secundum suum statu studeat misericordiam impendere proximo necessitatē patienti, quatenus inueniat Dominum sibi misericordem, in presenti quidem per gratiam, & in futuro per gloriam. Quā nō obis concedat, qui in Trinitate perfecta &c.

Dominica quartadecima post Trinitatem, Sermo primus de Epistola.

PIRITV ambulare, & desideria carnis non perficiens. ad Gal. 5. Hominum triplex est differentia. Quidam enim uolunt quiescere, ut pigri, qui nō uolunt laborare, nec alicui bono exercitio se occupare, cum tanten uideamus aues quasi in continuo moru, per acrem uoluntate, similiter & pisces per aquas hincinde discurrere. Illi ergo homines laborare non uolentes, sunt deteriorioris conditio nis auibus, & pisibus, maximè cum scriptura dicat Iob. 5. Quod homo nascitur ad laborem, & auis ad uolatum. Tales etiam non sunt digni pane, quo uescuntur, iuxta illud 2. Theſſal. 3. Si quis non uult operari, nec manducet. Alij autē ambulant, quibus melius, & salubrius esset quiescere, quia ambulant damnableiter curretes post peccata, & querentes interdum.

Sermo 1. de Epift.

196

terdam ex proposito occasiones peccatorum. De quibus Apostolus ad Phili. 3. Multi ambulant, quos sap̄e dicebam nobis, nunc autem, & flens dico, inimicos crucis Christi, quorū finis interitus, quorum Deus uenter est. Istud ultimum forsan apposuit Apostolus propter gululos, qui currunt ad tabernas, in quibus audiunt ess̄: bonum unum, & bona cibaria. Alij ambulant, & currunt ad brigas, & lites, de quibus in Pfal. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Alij ambulant, & currunt ad prostibula, & loca inhonesta, dicentes illud Sapientiæ 2. Nullum pratum sit, quod non pertinet luxuria nostra, & sic de alijs. Sunt & alijs, qui ambulant verius cœlum, noui gressibus corporeis, sed affectibus mentis, ut sunt boni, & devoti catholici. Ad quod nos admonet Apostolus in principio epistolæ hodiernæ, dicens, Spiritu ambulate.

IN præsenti igitur epistola, Apostolus loquitur de desiderijs, & operibus carnis, de quibus ostendit multa, uidelicet

Quomodo uitantur in principio epistola.

Quomodo aduersantur, ibi, Caro concupiscit &c.

Quomodo uidentur, ibi, Manifesta sunt opera car. &c.

Quid operantur, ibi, Quoniam qui talia agunt &c.

PRIMÒ igitur Apostolus ostendit de operibus carnis, quomodo uitantur, cum ait, Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Sed quid est spiritu ambulare? Cerrè est secundum rectam rationem se regere. Dictat enim recta ratio, quod spiritualia, & æterna sunt præferenda carnalibus delicijs, quæ sunt momentaneæ, & caducae, & quæ tamen perducunt ad æternum interitum, quia teste Grego. momentaneum est, quod delectat, sed æternum, quod cruciat. Qui autem si ambulant, desideria carnis non perficiunt i. usque ad opus non pertrahunt, quanvis interdum sentiant stimulos insurgeentes, sicut & Paulus. Dicit ergo Apostolus. Spirituali rationis ductu, ambulate, id est, benè operando proficite, iuxta illud Psal. Ibunt de uirtute in uirtutem. Ex quo patet, quod non est stâdum in bono opere, sed magis, ac magis proficiendum per incrementum. In cuius rei signum animalia, quæ uidit Ezechiel, gradiebantur ante facies suas, & non revertebantur, Vnde Greg. In via Dei non progredi, retrogradi, id est, non proficere est deficere. Spiritu ergo ambulate.

B b 4 Quod

Quod ubi feceritis, desideria carnis, idest, delectationes quas caro suggestit, non perficietis, idest, consensu, uel operae non implebitis, licet in primis motibus inchoetis huiusmodi desideria.

M O R A L I T E R notandum, quod debemus ambulare per multas vias, de quibus Sap. 10. Iustum deduxit dominus, per vias rectas. Prima est via innocentia, per quam ambulant parvuli baptizati. Vnde in Psalm. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Item Matth. decimonono. Sinite parvulos uenire ad me, talium, &cet. Secunda est via poenitentiae, per quam ambulant redeentes ad Deum, post peccatum. De qua Exo. tertio. Ibfimus, inquit poenitentes, viam trium dierum. Primus dies vocatur contrito. Secundus confessio. Tertius satisfactione. Tertia est via mandatorum decalogi, quae perficitur in decem diebus, idest, in obseruatione decem mandatorum. Et per hanc viam ambulauit Psalm. prout de semetipso loquens ait. Viam mandatorum tuorum cucurri. Quarta est via stricta, & arcta, per quam ambulant ueri religiosi, quae perficitur tribus diebus. Primus uocatur obedientia. Secundus castitas. Tertius paupertas voluntaria. Et per hanc viam olim ambulaverunt sancti illi patres Benedictus, Hieronymus, Augustinus, Bernardus, Dominicus, Franciscus, & similes. Vnde legitur de Beato Benedicto, quod in hora exitus ab hoc seculo duo Monachi uiderunt viam ab eius cella in celum tendentem stratam pallijs, & coruscans innumeris lampadibus, & uir clarus desuper assistens ait illis, haec est via, per quam dilectus Benedictus in celum ascendit. Quinta est via ueritatis, & iustitiae, de qua in Psalm. Viam ueritatis elegi. Et per hanc viam ambulant uersus celum, boni iudices, fideles mercatores, promislorum adimpleteores, & huiusmodi. Sexta, & ultima est, per quam ambulant uersus celum illi, qui diligunt inimicos, & qui benefaciunt illis, qui oderunt eos. De qua prima ad Corinth. duodecimo. Viam excellentiorem uobis demonstro. Notanter autem dicit Apostolo. viam excellentiorem propter charitatem, quae est excellentior omnibus uirtutibus, iuxta illud prima ad Corinth. duodecimo. Maior horum est charitas. Ecce, quomodo, & qualiter iustum deducit dominus per vias rectas, ut tandem posse

possit pertenire ad regnum celorum. Ideo sequitur in sapientie. Et ostendit illi regnum Dei.

M O R A L I T E R etiam notandum iuxta illud predictum verbum. Et desideria carnis non perficietis, quod summi pere debemus cauere, desideria carnis, & hoc propter multa mala, quae operantur, maximè dum perficiuntur. Nam.

Militant, Perturbant, Maculant.

P R I M Ó igitur huiusmodi desideria militant aduersus animam, seu spiritum, ut dicit in praesenti epistola. Volunt. n. cā trahere ad partem suam, & subiungere sibi eam, tanquam ancilam, quod ualde miserum, & turpe, cū perficitur. Propter quod principes Apostolorū Petrus in sua prima canonica. 3. c. nos charitatem, & salubriter admonet dicens. Charissimi, obsecro uos, tanquam aduenias, & peregrinos, abstine uos à carnis desideriis, quae militant aduersus afam. Sed quod militant? Certè ad modū balistariorum sagittas acutas, & telaignea contra castrū aīē quasi continuē immittendo. Hanc pugnā bene experiebatur sanctissimus ille Apostol. Paulus, cū dicebat ad Ro. 7. Video alia legē in membris meis repugnatē legi mentis meę. Et Iac. 4. de hac malitia sic dicitur. Vnde bella, & lites in uobis? Nonne ex concupiscentiis uestris, que militant in membris uestris? idest, per organa membrorum uestrorum. Da exemplum de incauto aspectu.

S E C U N D O ̄ desideria carnis perturbant rationem, intarsum ut infatuent hominem, maximè dum perficiuntur. Et de hoc habemus historiam de rege Salomonе, qui cum effusione plenissimum super oēs reges mundi, et qui eū precesserat, tandem infatuatus est per desideria carnis, ea opere nefario perficiendo, ut patet. 3. Reg. 11. Vnde in ps. Supercedidit ignis, sup. carnalis concupiscentiae, & non uiderunt solem, idest, lumen recte rationis non illuxit uiris carnalibus.

T E R T I O ̄ desideria carnis dum perficiuntur, maculat̄ secundum animam, sicut & alia peccata, uerumetiam & corporis. Propter quod dicit Apostol. 1. ad Cor. 7. Quod ille, qui fornicatur, in corpus suū peccat. Nota de illis, qui incurrit per incontinentiam illā fedam immunditiam, quā nostri galli Neapolitanā uocant. Itē maculant gloriā, honorem, & famā hominis et præ ceteris peccatis. Vnde de Salomone posic̄ ad amavit mulieres alienigenas, dictum est, quod posuit maculam.

Dominica x i i i . post Trinit.

culam in gloria sua . Eccles. 47. Ecce quare desideria carnis sunt nitanda . Et sic patet de primo principali .

S E C U N D O Apost. in presenti Epistola ostendit de desiderijs carnis, quomodo, & cui aduersentur, cum ait. Caro concupiscit aduersus spiritum, idest, insurget ad resus spiritum. Vel concupisicit aduersus spiritum, idest, desiderat, & affectat contraria spiritui, & recte rationi. Et dicit caro concupiscere non quidem eum se, sed quia anima concupisicit secundum carnem, iuxta illud ad Rom. 7. Video aliam legem in membris, &c. Spiritus autem, idest, ratio gratia Dei adiuta, concupisicit aduersus carnem, & ideo non est diffidendum, nec desperandum de uictoria. Hæc enim scilicet, caro, & spiritus sibi inuicem aduersantur. Spiritus enim natione celestis est, caro autem terrestris, & dum unumquodque ad suam patriâ tendere desiderat fit uehementis pugna, adeo ut nō quecumque vultis, inquit Apostle, scilicet, eum rectam rationem, illa faciat, impediens motu sensualitatibus.

R E S O L V T I O N E ergo tenendum est, quod caro secundum se non concupisicit, sed dicitur concupiscere in quantum anima, secundum quod dat esse sensituum, dicitur per eam concupiscere, sicut dicimus, quod oculus uidet, cum tamen potius anima per ipsum videat. Anima ergo dicitur duplicitate concupiscere. Primo modo secundum se, quod sit quoniam delectatur in his, quæ sunt secundum spiritum, sicut sunt opera uirtutum, & contemplatio diuinorum. Secundo modo de concupiscere eum carnem, quod sit, quoniam appetit ea, quæ sunt de lectionib[us] eum carnem, ut sunt uenerea, cibi, potus, & similia.

D E hac ergo concupiscentia carnis possunt formari tria dubia, uidelicet .

Quare, Quando, Qualiter.

P R I M U M igitur dubium est, quando caro concupisicit aduersus spiritum. Ad quod respondetur, quod ferme omni tempore, scilicet, festivo, & non festivo, ieiunabili, & non ieiunabili, sanitatis, & infirmitatis, nisi forsitan infirmitas fuerit grauis, quia Eccles. trigesimoprimo. dicitur, quod infirmitas grauis sobriam facit animam, supple, ab insultibus concupiscentie carnalis. Item die, ac nocte regnat talis concupiscentia. Similiter omnem etatem inuadit, signanter ex quo homo incipit esse pubes, & deinceps usque in senectam, & senium,

Sermo 1. de Epif.

198

senium. Esa. trigesimotertio. De mane usque ad uesperam finies me. Item psal. Vlque ad noctem, idest, mortem increpuerunt me renes mei, idest, in quibus ad literam habet sed inuentum luxuria. Et nota, quod dicit increpuerunt, idest, reprehensibilem ostenderunt, sicut qui alium in crepat, ipsum ostendit esse reprehensibilem. Notanter etiam dicit usq[ue] ad noctem, idest, usque ad mortem, quia non est pax, sed contignum bellu inter sensualitatem, & rationem, nisi post mortem. Propter quod dicebat Beatus Hiero. Quocunq[ue] pergo. mecum meum hostem porto. Vnde ob hanc causam uas illæ electionis Paulus, cum premississet dicens. Video aliam legem in membris meis, &c. statim cepit clamare, & dicere. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Id est, de dominio carnis, ad Ro. 7. Quod autem concupiscentia carnis pulluler, usque in senectam, & senium, patet de Salomon, de quo legitur 3. Reg. 11. Quod cum iam senex esset, depravatum est cor eius per mulieres, cum tameb semper ante castissimus extitisset. Ex quo patet, quod homo quantumcumque castus debet semper timere, ne labatur tandem per incontinentiam, sicut de aliquibus legitur in uitio patrum. Item Dan. 13. legitur de duobus senibus iudicibus, quod exarserunt in concupiscentiam Susannæ. Pater ergo, quanto tempore durat bellum inter carnem, & spiritum.

S E C U N D U M dubium est de causa, propter quam Deus permittit in nobis carnem insurgere contra spiritum. Ad quod respondetur, quod causa est triplex. Prima procedit ex peccato primi parentis, in quo nos omnes originaliter eramus. Nam, sicut Deus dederat sibi iustitiam originalem pro se, & posteritate sua, si non peccasset, per quam perfecte caro subdita spiritui fuisset, ita eo peccante, in penam sui peccati sublata est illa subiectio, & harmonia, & facta est rebellis ancilla domini sue tam in eo, quam in filiis suis. In cuius figuram legitur Ge. 16. Quod Agar despexit dominam suam Sarram. Et ut dicit Beatus Tho. in tractatu de decem preceptis, nullus euadit predictam rebellionem, seu carnis concupiscentiam post peccatum primorum parentum, & hoc propter corruptionem naturæ, preter Christum, & dignissimam matrem eius. Propter quod caeteros. admonet Apo. ad Ro. 6. dicens. Non reguet peccatum in uestro mortali corpore

pore, ut obediatis concupiscentijs eius. Et nota, quod non dicit Apost. non fit, sed non regnet, id est, non dominetur. Nam tunc peccatum concupiscentia est in carne, cum sola sensualitas delecat, sed non dominatur, cum ratio non consentit, nec uerè, nec interpretatiuè. Vbi etiam aduertendum, qd carnalis concupiscentia, qd preuenit rationis iudicium, est pecatum, quidem, sed illud est tñ ueniale. Quod autem sit peccatum, patet per Aug. in gl. sup. præsentem Epistolam dicentes, qd nonnullum peccatum est, si aliquod, cum caro concupiscit aduersus spiritum. Et sic, de prima cā, quare permittit dominus carnem concupiscere aduersus spiritum in nobis. Secunda cā permissionis prædictæ rebellionis est humiliatio. Sunt n. multi, qui superbirent de donis domini, si non haberent aliquid retractuum, per quod in humilitate cōseruerentur. Propter quod Apost. 2. ad Cor. 12. de seipso lóquens aiebat. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus es, &c. Sicut ergo sapiens medicus dimittit interdum aliquem morbum non curatum, eò quod non posset curari absque periculo maioris morbi, ut de fistulis currentibus contingit, ita, & Deus in proposito operatur. Tertia causa, propter quā Deus permittit in nobis carnem insurgere contra spiritū, est augmentationatio meriti, ut, scilicet, illi resistendo mereamur. Nam quoties uiriliter contra insurgentem concupiscentiam decertamus, tories corronari meremur in celis. Da exemplum demilite uiriliter decertante contra hostem. Ad utilitatem ergo bonorum licet per accidentem, permittit dñs regnare carnalem concupiscentiā in eis, ut sic semper habeat materiam exercitij. In cuius figuram noluit olim dñs delere omnes adversarios filiorum Israhel. Et sic patet ad secundum dubium.

T E R T I U M dubium est, qualiter resistere poterimus concupiscentijs carnis, & moribus, seu insultibus illius, responderetur, quod quadrupliciter.

P R I M O quidem ieunijs, & abstinentijs, uigilijs, & disciplinis, peregrinationibus, & ceteris carnis macerationibus: quia ut dicit Apost. ad Gal. 5. Qui Christi sunt, id est, de sorte domini, carnem suam crucifixerunt, cum uitijs, & concupiscentijs, ut, scilicet, non moueantur ad mala opera, nec ad mala desideria. Carnem ergo suam crucifigere est austera uitam ducento concupiscentias illius, quantum fieri potest,

extim-

extingueat, iuxta illud Aug. in regula de communi uita clericorum. Carnem, inquit, uestram domate ieunijs, & abstinentia efc, & potus, quantum ualitudo permittit.

S E C U N D O uero aliquo honesto exercitio se occupando, quia ut habetur Prouer. 21. Desideria, sup. carnalia, occidunt pigrum, id est, ociosum. Item eiusdem. 24. per agrum pigrum transiui, & ecce totum repleuerant urtica, scilicet, concupiscentiarum, & libidinum. Hic Hiero. 3. parte Epistolarum suarum Epistola. 39. ad Rusticum monachum scribens ait. In desiderijs est omnis ociosus. Itē idem 3. parte Epistolarū suarū, Epistola. 24. c. 12. Teneatis, inquit, firmissime, qd omnis cōcupis. Etīq, & immūdītiq, mater est ociositas. Et de hoc hēmus historiā. 2. Reg. 11. de David, qui cū uacaret ocio, ut potē, deambulās in solario domus suæ, uidit Bersabeū pulchrā ualde seluamentem. Misit ergo nuncijs tulit eam, dormiuitque cum ea. Bene ergo loquitur Ouidius lib. de remedijis, cū ait. Ocia si tollas, periere cupidinis arcus.

T E R T I O possumus resistere concupiscentijs carnis nos per denotam orationem Deum commendando, dicentes ei illud Sap. 8. Non possum esse continens, nisi tu dederis. Videlicet enim, quod capitaneus tenens aliquod castrum ex commissione principis, si senserit se nimis debilem, tunc mitit nuncium ad principem implorans auxilium, ita in proposito dominus Deus commisit nobis castrum corporis nostri custodiendum. Et quia sumus nimis debiles ad id exequendum, restat, ut diuinum imploremus auxilium per denotum orationis suffragium, quia ut dicit Psalm. Nisi dominus custodierit ciuitatem, id est, humanam carnem, frustra uigilat, qui custodit eam.

Q U A R T O possumus resistere predictis concupiscentijs per memoriam mortis. Vnde Isidorus lib. 2. soliloquiorum. Si, inquit, carnis molestiam sentis, memoriam mortis tibi obiice, & diem exitus tui tibi propone. Insuper propone tibi futurum iudicium, in quo rigidum examen fiet, & in quo oportebit te reddere rationem de omnibus. Propone denique tibi futura tormenta, & tunc cessabunt carnis tentamenta. Hec ille. Patet ergo qualiter possumus resistere concupiscentijs carnis. Et per consequens de secundo principali.

T E R T I O principaliter Apostoli ps̄cti Epistola ostendit de operibus

Dominica xiiii. post Trinit.

bus carnis, quomodo uidentur, cum ait. Manifesta sunt opera carnis, id est, non possunt diu celari, quia sunt de natura ignis, qui et si ad tempus possit occultari, tandem tamen prodit se ipsum. Vnde Prover. 5. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo? Quasi dicat, non. Sic, nec ignis luxuria diu celari potest, & de hoc habemus historiam 2. Reg. 12. de David, cui, postquam adulteratus fuisset cum Berabae uxore. Vrige dixit Prophetam ex parte domini. Tu fecisti malum tuum abscondite, ego autem faciam illud in conspectu omnis Israel, & in conspectu solis huius, id est, manifestum coram omnibus, adeo, quod usque in hodiernum diem de eo prædicatur.

NOTANDVM est ergo, quod opera carnis, etiam quantumcumque occulte perpetrentur, sunt manifesta pluribus, uidelicet.

Deo, Angelis, Demonibus, Hominibus,

PRIMÒ igitur sunt manifesta Deo: quia ut habetur Eccl. 23. Omnia vedit oculus eius. Et post pauca, Oculi dñi multo plus lucidio res sunt super solem circumspicentes omnes vias hominum, & profundum Abyssum, & hominum corda intuentes in absconditas partes. Dicit etiam Apostolus ad Hebreos 4. quod omnia nuda sunt, & aperta oculus eius, ad quem nobis sermo, id est, cui oporet nos reddere rationem de cogitationibus affectionibus, & operibus nostris, iuxta illud Ecclesiastis ulci. Cuncta, quae sunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, sive bonum, sive malum sit, etiam usque ad verbum ociosum, ut habetur Matth. 12. Dicitur etiam Iob 26. quod nudus est infernus coram eo, & nullum est opitumentum perditioni, id est male agenti. Item Proverb. 15. Infernus, & perditio coram domino quanto magis corda filiorum hominum? Omnes gressus eorum considerat, non sunt tenebre, nec est umbra mortis coram eo, ne abscondantur, qui operantur iniquitatem. Dicit etiam Psalm. de eo, quod ipse scrutatur corda, & renes. Item 1. Reg. 16. Deus intuetur eos, homines autem uident, que parent. Ista igitur considerans Boethius de consola. lib. 5. prosa. 6. dicebat. Magna nobis, si dissimilare non uolumus, necessitas indita est probitatis, cum dominia ante oculos agamus iudicis cuncta cernentis. O uitam ista bene notarent illi, qui uerentur peccare in con-

stu

Sermo I. de Epist.

200

et hominum, & non Dei, in hoc plus clementes homines, quam Deum, temporalem confusione, quam aternam perditio- nem. Male ergo sentiebant de Deo illi, de quibus Iob. 27. Quid inquit, nouit dominus? Quasi enim per caliginem iudicat. Nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines egi perambulat. Deinde subdit idem Iob dicens. Quorum sententia procul sit a me. Ex his omnibus relinquitur, quod opera carnis sunt manifesta Deo.

SECUNDÒ eadem opera sunt manifesta Angelis sanctis, & presertim custodibus animarum. Cum enim tales semper assistunt his, quos custodiunt, ut eos reuocent à malo, & prouocent ad bonum, consequens est dicere, quod opera malorum agunt illi, quos custodiunt, sunt illis nota, & manifesta. Quod maximè intelligendum est de operibus malis, quae consistunt in actu exteriori, ut sunt furta, homicidia, blasphemie, fornicationes, adulteria, & his similia. Nam hec omnia naturali intellectu cognoscere possunt omnes Angeli, tam boni, quam mali. De malis autem cogitationibus dicit beatus Thomas 1. parte quæstio. 57. art. 4. quod quādiū male cogitationes manent in intellectu, & similiter male affectiones in uoluntate, à solo Deo cognoscuntur, cui soli subiacet humana uoluntas. Possunt tamen prædicta cognosci ab Angelis in suo effectu, ut dicit idem doctor.

TERTIÒ opera carnis sunt manifesta demonibus, ut patet ex his, q̄ immoderata dicta sunt. Est, & alia ratio. Certum est enim, quod demones accusabunt peccatores in die iudicii. Vnde Apoc. 12. sic legitur. Proiectus est accusator fratum nostrorum. Quæ quidem uerba sunt uerba bonorum Angelorum, qui ex charitate uocant omnes fratres suos. Sequitur. Qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die, accidit. Et nota, quod dicit, accusabat, id est accusabiles reddebat, ad malam opera eos per suas suggestiones instigando, & inducendo. Non autem possent eos accusare, nisi illis manifesta essent eorum peccata. Iggitur, &c.

QUARTÒ opera carnis manifesta sunt hominibus. Sæpe enim accidit, ut qui occulte peccare se credunt, ab alijs uideantur. Vnde August. in regula de communia uita clericorum. Nec inquit, putare debet, qui in feminam figit oculum, & illius in seipsum diligit fixum, ab alijs se non uideri, cum hoc

Dominica. xiiii post Trinit.

hoc facit. Videtur omnipotens, & à quibus se uideri non arbitratur. Patet ergo, quod manifesta sunt opera carnis multis. Et sic patet de tertio principali.

Quarto principaliter Apostolus in praesenti epistola ostendit, quid opera carnis tandem operentur, cum finaliter concludit dicens. Qui talia agunt, regnum Dei non consequentur, id est, non possidebunt. Et per consequens damnabuntur, quia ut dicit glos. ordina. allegans Augustinum. Nullus medius locus est, ut non sit in supplicio, qui non erit in regno. Per quod excluditur error Origenis dicens, quod damnati saluabuntur post magna curricula temporum. Et nota, quod cum dicit Apostolus. Qui talia agunt, &c. lyta refertur ad quatuordecim opera carnis, quae enumerat Apostolus in praesenti epistola.

Notandum ergo, quod opera carnis sunt summae ieienda, & hoc propter tria mala, quae operantur. Nam.

Excludunt, Concludunt, Includunt.

Primum igitur excludunt, supple, hominem à regno celorum. Hoc autem aperte innuit Apostolus, cum ait. Qui talia agunt, regnum Dei, non consequentur. Item alibi, scilicet Ephe. 5. Hoc, inquit, scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus non habet hereditatem in regno Christi, & Dei. Hanc etiam exclusionem innuit Iohann. Apoca. 21 dicens, quod non intrabit in illam cœlestem Hierusalem aliquid coquinatum, aut abominationem facies. Item. 1. Cor. 15. Caro, & sanguis, id est, luxuriosi, & iracundi, siue homicidae, qui effundunt humanum sanguinem, regnum Dei possidere non possunt. Vel caro, & sanguis, id est, intenti uitiosi, quæ oriuntur ex carne, & sanguine regnum Dei, &c. Ecce quomodo opera carnis excludunt hominem à regno cœlesti. O quād magnum damnum inferunt etiam irreparabile.

Secunda predicta opera concludunt, sup. contra hominem carnalem, quod meritò debeat dñani, & hoc per tale medium. Quicunq; transgreditur Dei precepta, debet dñani, iuxta illud pf. Maledicti, qui declinant à mandatis tuis. Sed qui facit opera carnis, transgreditur illud dñi præceptu Exo. 20. Non mechaaberis. Igitur, &c. Sic enim cœcludit ille se uerissimus iudex Christus in die iudicij contra nephandissimos

Sermo I. de Epif.

BIBLIOTeca UNIVERSITATIS
S. J. A. D. A.
mos carnales homines dictam compunctionem negare nō valentes, cō quod est formalis. Cuius enim premisse sunt ueritatem, quæ humiliiter negari non possunt.

Tertio predicta opera carnis includunt, scilicet hominem in abyssum inferni. Vnde Apostolus Ro. 1 postquam prolixè locutus est de operibus carnis, tandem concludit dicens. Qui talia agunt, digni sunt morte, nō uita. Quia in Psal. Mors peccatorum pessima. Similiter Hebre. 13. Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus, si p. ad aeterna supplicia. Item in Psal. Perdidisti, id est, perdes, scilicet, aternaliter, omnes qui fornicantur abs te. Ecce charissimi quid operantur opera carnis, propter quod meritò debemus illa summae uitare, si uenimus tandem ad cœlestē regnum peruenire. Quod nobis præstare dignetur, qui &c.

Dominica decimaquarta post Trinitatem, Sermo secundus de Euangelio.

Te, ostendite uos sacerdotibus. Luc. decimo septimo.

Pro introductione præsentis sermonis mouetur quæstio talis. Vtrum ad sanandum leprosum peccati, sit necessarium confiteri sacerdoti. Pro solutione huius questionis ponam aliquas ueritates per ordinem.

Prima igitur ueritas. Confessio cordis, quæ fit Deo, in omnilege fuit necessaria omni peccanti. Probatio. Nam talis confessio non est aliud, quam peccatorem humiliiter, & ueraciter recognoscere se dominū offendisse, & instanter ab eo uenienti petere cum proposito emendare, atque poenam pro commissio delicto uelle portare. Sed hoc totum fuit of peccati in omni lege tam naturæ, quam scriptæ, quam etiam gratiae ad salutem in necessarium, ita ut nullus de peccato cōmissio unquam ueniā à Deo obtinuerit absq; tali confessione. Igitur. Ista ueritas est de mente beati Tho. 4. sen. di. 18. q. 3. artic. 1. quæst. 1. in solutione, ad secundum argumentum.

Secunda ueritas. Prædicta confessio, sine pluri non sufficiebat ad salutem homini peccanti in lege scripta. Probativ. Nam in tali lege ultra prædicta recognitione requirebatur. Ser. Do. G. Pep. Pars Actiu. Eccl. 10

tur quædam exterior protestatio, ut pote per oblationem hostie pro peccato. Et ex tali protestatione, que est siebat coram omnibus, poterat innotescere alijs offerente dictâ oblatione mortaliter peccasse, saltê in genere, quamvis non in particulari.

TERTIA ueritas. In lege grecæ necessæ est, quælibet mortali ter peccantे confiteri sacerdoti, dummodo possi habere copiam illius. Probatio. Illi facienda est confessio, cui committuntur sunt claves ecclæsæ, siue potestes ligandi, & soluendi in foro conscientiæ, sed solis sacerdotibus dictæ claves cōmittuntur, in quoru[m] ordinatione dicit episcopus. Accipe potestatem ligandi, & soluendi, igitur Hoc est aperte innuit Christus in presenti Euang. quamvis figuratiuè, per hoc scilicet misit leprosos ad sacerdotes legis, ut se illis ostenderent. Insuper ista ueritas confirmatur ex dictis Beati Aug. lib. de uisitatione infirmorum, c. 2. ubi sic ait. Sunt quidam, qui putant sibi sufficere ad salutem, si soli Deo, cui nihil occultum est, & quem nullius later conscientia, sua confiteantur criminâ. Nolunt enim, aut erubescunt, siue dedignantur ostendere se sacerdotibus, quos tamén inter lepram, & lepram discernere legislator constituit. Sed nolo, ut ipsa decipiaris opinione, quantum confundaris confiteri uicario domini, tabescens præ rubore, vel ceruicosis præ indignatione. Nam illius humiliter subeundum est iudicium, quem dominus sibi non dignatur uicarium. Hæc ille.

QUARTA ueritas. Vbi non potest haberi copia sacerdotis, & occurrit periculum mortis, licitum est confiteri laico. Probatu[m] hæc ueritas ex dictis Beati Augu. lib. de uera, & falsa pœnitentia. c. 10. sic dicentes. Tanta est confessionis necessitas, ut si desit sacerdos, cōfiteatur homo peccator proximo suo. Et si ille, cui confiteretur, potestatem soluendi non habet, sit tamén dignus uenia ex desiderio sacerdotis. Hæc ille Aduertendum tamén, quod quamvis sit bonum confiteri laico in prædicto casu, non est tamén necessæ, maxime cum ille claves non habeat, id est, absoluendi potestatem. Nullus enim accipit potestatem absoluendi, siue supra corpus Christi corpus mysticum, qui non habet potestatem supra corpus eius uerum. Nullus autem laicus habet potestatem supra corpus Christi uerum, ut constat, igitur, neque supra corpus eius mysticum, saltem in foro conscientiæ. Insuper aduentum

dum, quod laicus, qui in prædicto casu audit confessionem aliu[m], tenetur sub pena peccati mortalis celare peccatum sibi confessum. Tam proper sigillum secreti. Tam proper uitandum scandalum. Tam quia, et si talis confessio non sit propriæ sacramentalis, habet tamen aliquid simile cum confessio[n]e sacramentali, utpote quia sit secretæ, & cum dolore de peccatis, cum proposito emende, & cum desiderio confitendi presbytero, si adesset.

QUINTA ueritas. Extra casum necessitatis confitendum est proprio sacerdoti, ut dicte decretalib[us]. omnis utriusque sexus, de poe. & re. Vbi per proprium sacerdotem intellegitur nedum curatus parochialis, uerum etiam omnis ille, qui habet iurisdictionem ordinariam, ut episcopus, & supra, aut delegatam, ut pœnitentiarij corundem, siue ex speciali priuilegio, ut prædicatores, & minores pœnitentiati diocesanæ conformiter ad clementinam dudum, de sepult. ut plenus scripti super Confiteor.

SEXTA ueritas. In casu necessitatis licitum est confiteri cuilibet sacerdoti, dummodo non sit precius ab Ecclesia. Probatio. Sicut enim baptisus est necessitatis, ita & pœnitentia, cuius confessio est pars. Sic est autem, quod baptismus proper suam necessitatem habet duplicum ministerium. Vnum quidem, cui ex officio incumbit baptizare, qui est sacerdos. Alium autem, cui ratione necessitatis dispensatio baptismi commititur, & ille est laicus, etiam mulier, dummodo obseruet debitam formam, cum intentione baptizandi. Ergo etiam à simili, sacramentum pœnitentiae habet duplicum ministerium, cui confitendum est. Primus est proprius sacerdos ad sensum datum. Secundus est omnis sacerdos non praecius ab Ecclesia, siue sit secularis, siue regularis, siue clericus in diocesis, siue alterius. Cuilibet nempe tali debet fieri confessio in casu necessitatis, quando scilicet, non potest haberi copia proprii sacerdotis. Sic enim uoluntaria, ut patet. uigesimosexto. quæst. 6. agnouimus. Item ibidem. c. presbyter. Ex prædictis ergo relinquitur, quod ad sanandum lepram peccati, necessarium est confiteri sacerdoti iurisdictionem habenti. Hoc autem satis manifeste innuit Christus per hoc, quod misit leprosos ad sacerdotes legis, ut legitur in hodierno Euangelio. In quo quidem Euan-

Dominica xiiii. post Trinit.

gelio de tribus principiter fit mentio , uidelicet .
De morbi magna miseria , ibi .
De medicinę plena efficacia , ibi .
Et factum est , dum iarent , mundati sunt .
De curatorum mira differentia , ibi . Nonne decem mun-
dati sunt , & nouem ubi sunt ?

P R I M O igitur fit mentio de morbi magna miseria , cui
¶ succurreret summus ille medicus Christus se obtulit pra-
fentem moribidem , idest , decem leprosi , ut innuitur in princi-
pio Euangeli , cum dicitur . Dum iaret Iesus in Hierusalē , trā-
fibat per mediā Samariā , & Galilēam . Prædicta , quō Christus se
per elegit mediū , sciens , q[uod] uirtus consistit in medio . Vnde
Luc. 4. dicitur , q[uod] ipse transiens per medium illorum ibat . Et
cum ingredetur quoddā castellum , occurrerunt ei decem
uiri leprosi , eò quod audierant famā de miraculis , que ope-
rabatur Christus super infirmos . Vnde legitur Luc. 4 . Quod
cum ad eos adducti fuissent multi infirmi uarijs languori-
bus , ipse singulis manus imponens curabat eos . Forsan etiā
illi audierant , qualiter ipse Christus alia uice curasset quen-
dam leporum , tangens eum & dicens . Mundare . Matt. 8.
Sequitur . Qui steterunt à longe . Tum propter Christi reue-
rentiam . Tum quia non licebat eis appropinquare sanis ho-
minibus , ne eos inficerent . Et leuauerunt uocem p[ro]p[ter] deside-
rio sanitatis recuperandæ , dicentes . I[ste] p[re]ceptor misericordie
nostræ , conferendo sanitatem , quod utique facere potes , upo-
te , qui illuminasti cœcum natum . I[ste] qui suscitasti Lazarum
quadrupinum in monumento , & multa bis similia fecisti .

Q U A E R I T V R iuxta illud uerbum . Occurrerunt ei de-
cem leprosi . Vnde est , quod multi uiri efficiuntur leprosi , e-
tiam plus quam mulieres ? Nam pro una muliere leprosa in-
ueniuntur quinque , aut plures uiri leprosi . Responso . Illud
prouenit ex multis . Primum quidem ex frequentatione in cibo ,
& potu , & collocatione cum alijs uiris iam interius corru-
ptis , & infectis lepra . Cun talibus autem non solent mulie-
res , quæ communiter domi sedent , sic frequentare . Secundū
ex improbis laboribus , quibus plurimum infundant uiri plus
quam mulieres . Habent nempe frequenter instantे tem-
poris temperie colere terras , peragrare diueras vias , & mul-
ta his similia pati . Tertiū ex excessibus in cibis , & potibus
quibus

Sermo II. de Euang. 203

quibus ipsi uiri magis uacant , quam mulieres . Nam ut ha-
betur Eccles. trigesimo septimo . In multis escis , etiam quan-
tumcunque bonis , & sanis , erit infirmitas ratione superflui-
tatis , & auditus appropinquabit usque ad choleras , ipsam
causando , siue iam causatam , excitando , vel usque ad cho-
leriam , idest , cholericam passionem . Sequitur . Propter cra-
pulam multi perierunt , eò quod suffocat naturæ uirtutem .
Qui autem abstinentes est , adjicet uitam , idest , eam prolon-
garib[us] , quia ut vulgo dicitur . Abstinentia est summa medici-
na . Non solum autem viri propter crapulam , & ebrieta-
tem incurront quandoque lepram , uerum etiam plures alias
egritudines . Nam , ut dicit Hiero . prima parte epistolarum
suarum , Epistola 6. c. trigesimo octavo . Morbi ex nimia fa-
tuitate concitantur , multique impatientiam gula uomitu
remediantur , & quod indigessent turpiter , egerunt turpissimi .
Vnde ibidem allegat sententiam Hypocratis in aphorismis
dicentis . Crassa , & obesa corpora , quæ crescendi men-
suram impleuerunt , nisi citò ablatione sanguinis minuan-
tur , in paralysim , & pessima morborum genera erumpunt .
Similiter allegat ibidem sententiam Galeni interpretatis di-
cti Hypocratis dicētis . Athletas quorum uita sanguinea est ,
idest , pinguis , nec diu uiuere posse , nec sanos esse . Hæc ille .
Ec sic patet ad quaestum .

M Y S T I C E Christus conuenienter transiuit per medianam
Samariā , & Galilēam , dum iaret in Hierusalē . Samaria n[on]p[otes]t ter-
rā gentili erat , Galilēa uero terra , & habitat iudeorū . Cō-
uenienter ergo ipse Christus per mediū utriusq[ue] terræ transi-
bat , qui ad saluandum gentiles , & iudeos uenerat .

M Y S T I C E , & alter Hierusalem est mundus p[re]sens , ad
quam quidem Hierusalem uenit filius Dei , dum humanā car-
nem assumpsit , tunc transiuit per medianā Samariam , & Galilēam . Vbi notandum , quod Samaria uno modo interpretatur
coniuncta dñs . Galilea autem transmigratio . Per primū
denotatur , q[uod] uenient Dei filio in hunc mundū , natura hu-
mana fuit coniuncta dñs , idest , ipsi Dei filio Hypostaticè , &
personaliter . Per secundū denotatur , illa maximè transmigra-
tio , quam fecit idem Dei filius in sua incarnatione , ut po-
te , descendendo de dextera Dei patris in uterum virgiu[m] .
Vnde in Psalm. A summo cœlo egressio eius . De qua etiam

Dominica XI I I I . post Trinit.

transmigratione loquens idem Christus Ioha. 16. dicebat. Exiū à patre, & ueni in mundum. Sequebitur. Et dum inge deretur quoddam castellum, i. Virginis uterum, siue prae tem mundum, occurrerunt ei decem uiri leprosi, i. decem præceptorum decalogi transgressores. Nam tunc temporis abundabat plenitudo totius malitia super terram, iuxta illud Roma. 5. Vbi abundauit delictum, superabundauit, & gratia. Vnde tunc dicere poterat Christus illud Gen. 6. Re pleta est terra iniuste. Hos aut̄ decē leprosos tuic ipse Christus, quantum in se fuit, sanauit & curauit, q̄n gñaliter p̄ oībus peccatoribus sanguinē suum fudit sufficienter. Per hoc aut̄, qđ de decē leprosis curatis unicus reuersus est ad Chri stū, qui fedderet ei gratias, de tanto beneficio, denotat, qđ pauci sunt, qui debite recognoscant prædictum Christi beneficium, gratias debitas illi agētes. In quo appetat multorum ingratitudo, & per cēsequiū iusta futura eorum damnatio.

MORALITER. lepra corporalis designat leprā spirituale animæ, quæ est peccatum. Vnde secundum septē illius conditiones rectē designat septē mortalia peccata. Est n. morbus.

Inflatiuus, Alteratiuus, Foeritus, Radicatiuus.
Voraciuus, Infectiuus, Debilitatiuus.

P R I M ò igitur lepra, est morbus inflatiuus. Et quantum ad hoc designat partē superbiz, quæ inflat. Hanc lepram patiebatur Roboam, cum dicebat. Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei 3. Reg. 12.

S E C U N D ò lepra est morbus alteratiuus. Et quantum ad hoc designat auaritiam, quæ mirabiliter alterat, & urit hominem, nedum in corde, uerum etiā qñō; in corpore. Vnde cōter homines auarii, sunt macri, & pallidi, & hoc præ nimia sollicitudine temporalium. Hanc lepram patiebatur Giez, qui currexit post Naaman Syrum, quæ magister suis Halielis à lepra curauerat, accipiens ab eo munera, propter quod etiā in penam lepra percussus est 4. Reg. 5.

T E R T ò lepra est morbus foeritus. Et quantum ad hoc designat luxuriā, quæ maculat nedum animam, uerum etiam corpus. Iohel 1. Computuerunt iumenta, i. luxuriosi, in stercore suo. Hanc lepram pñē insūti homines passi sunt, & adhuc in dies patiuntur, adeo, ut dicat Apost. ad Gal. 5. Quod manifesta sunt opera carnis.

Q V A R

Sermo 11. de Euang. 204

Q V A R T ò lepra est morbus interius radicatus, & quantum ad hoc designat iram, quæ habet sedem in corde. Vnde ira est ebullitione sanguinis iuxta Cor. Hanc lepram patiebatur Saul, qui ex nimio motu ira aduersus Dauid uoluit eum plures occidere, ut patet primo Regum, per plara capitula.

Q V I N T ò lepra est morbus uoratiuus. Communiter enim suspecti de lepra sunt uoraces in comedendo. Et quantum ad hoc designat gulam, quæ est nimia auditus comedendi. Hanc lepram patiebatur diues ille Epu-lo, de quo dicitur Luc. decimosexto, quod epulabatur quotidie splendidè. Hanc similiter patiuntur hodie multi, ut sunt illi, qui paſſim transgrediuntur ieiunia Ecclesiæ, & huiusmodi.

S E X T ò lepra est morbus inficiens oculos, int̄m quod qñō; excēcat hominem. Et quantum ad hoc designat peccatum, inuidię, eō quod inuidus nō libet uider alium prosperari supra se. Propter qđ inuidus dī, quasi non uidens. Hāc leprā patiebatur Cain aduersus fratrem suum Abel, eō qđ dñs reprehēbat ad miserā illius, & non ad sua. Genesis 4.

S E P T I M ò lepra est morbus debilitans, & eneruans uires corporis, & signanter pedes. Et quantum ad hoc designat accidiam, siue pigritudinem, quæ reddit hominem, quasi immobilem ad bonum. Vnde piger dicitur, quasi pede ēger. Hac lepra rectē figurata fuit in Miphiboseth filio Ionathæ, qui debilis erat pedibus, ut legitur 2. Reg. 4. Similiter, & in illo Paralytico, qui præ debilitate membrorū suorū iacebat iuxta piscinā Ioha. 5. Hāc ergo lepram patiuntur multi, qui omitunt facere bona, quæ utiq; facere possunt, & debent. De quibus meritò potest dici illud Ps. Pedes habēt, & nō ambulabunt, scilicet, benē operando. Patet ergo, quomodo lepra corporalis figurat septem peccata mortalia.

M O R A L I T E R & ad eundem sensum notandum, qđ lepra corporalis, designat leprā spiritualem peccati in generali, præter ea, quæ dicta sunt de septem peccatis mortalibus in speciali, & hoc propter illius conditions.

Est enim lepra morbis, Augmentatiuus, Diffusiuus, Contagiosus, Patridus, Manifestatiuus, Separatiuus.

P R I M ò igitur lepra est morbus augmentatiuus. Con-

Ce 4 tinuē

tinuè enim crescit, & augetur usq; ad mortem. Sic etiam est de peccato. Apoc. 22. Qui in fôrdibus est, fôrdescat adhuc. Vnde Pſ. hoc testatur spiritualiter de superbia, ita dicens. Si perbia corum, qui te oderunt, ascendit semper. & Grego. in Morali. Peccatum, quod per pœnitentiam citò nō diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Prædicta de David, qui post adulterium perpetratum homicidium. Item de Petro, qui post simplex mendacium peruenit ad periuiri.

S E C U N D O lepra est morbus diffusius. Diffundit enim se, per totum corpus. Sic & peccatum diffundit se super universam terrâ habitabilem, iuxta illud Gen. 6. Repleta est terra iniquitate. Item diffundit se hæc lepra ad omnes statim hominum. Vnde ubi suprà. Omnis caro corruperat viam suam. Et quamvis illud dictum sit de hominibus, qui præcesserunt diluvium, nihilominus potest etiam meritò dicî de modernis. Vnde Pſ. Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, ut uideat, si est intelligens, aut requirens Deum. Et uidit, sup. qd nō, quinimo oës declinauerunt, simul iniustæ facti sunt, non est qui &c. Item hanc diffusionem peccati per oës status hominum restatur Esa. 1.ca. dicens. Omne caput languidum, quo ad Prelatos, & Principes, arcj; populi rectores, & omne cor merens, quo ad Ecclesiasticos, & Religiosos, qui debent esse cor Ecclesiæ, à planta pedis, quo ad inferiores, & subditos, usque ad uerticem capitis, id est, usque ad Sedium Apostolicam, non est in eo, scilicet, in corpore mydo-co, sanitas. Ecce diffusio lepra peccati.

T E R T I O lepra est morbus contagiosus. Transficit enim de uno in alium. Propter quod tales solent separari à communi consortio hominum. Sic & peccatum transfit occasionaliter, & propter malum exemplum de uno, in alium. Propter quod dicit Pſ. Cum peruerso peruerteris. Et Eccl. 13. Qui terigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo, induet superbiem. Quemadmodum ergo, pix non est tangenda, nisi quis uelit maculari ab ea, eòq; est maximè adhærentia, sic nec infirmi, & debiles in bono uitritis, & per consequens de facili seducibilius per malos, debent eorum societatem querere. Nimirum difficile est esse in medio ignis, & non comburi ab eo, nisi forsitan miraculosè, sicut patuit, de tribus pueris in for-

nace.

nace. Dan. 3. Ita in proposito. Vnde Hieronimus 3. partē epistolarum suarum epistola 58. Certe, inquit, nihil tam non est homini, quām mala societas. Talis enim efficit homo, qualium societate fruitur. Et post pauca. Plusquam impofibile puto, uirum diutius in bonis permanere operibus, qui malorum assidua conuersatione utitur. Hæc ille.

Q U A R T O lepra est morbus putridus & fetidus, sic & peccatum putrefacere facit humanam mentem. Vnde de peccatoribus loquens Pſal. ait. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus. Istud autem maxime habet uerum de inueteratis in malitia sua. Da exemplum de stabulo porcorum, quod ideo fecerit, eò quidē stercora in eo, diu reseruantur. Vnde in figuram huius dixit Martha ad Christum, de fratre suo Lazaro, in monumento posito. Iam, inquit, fecerit, quadridianus enim est in monumeto Io. 11. Miser ergo peccator inueteratus in peccatis suis merito dicere potest illud Pſalmista. Putuerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ, id est, culpa mea, à facie insipientiæ meæ, eò scilicet, quod citò eas emendare non studui, sed diu in eis permanui.

Q U I N T O lepra est morbus manifestatius. Quantius enim interdum, & ad tempus arte medicorum occultari possit, tandem tamen manifestè seipsum prodit. Sic etiam est de peccato. Multi enim sunt in occulto magi peccatores coram Deo, qui tamen coram hominibus apparent iusti, & sancti, ut sunt plerique hypocritæ. Attamen tandem in generali Dei iudicio manifestabuntur, ut cunctis, tam Angelis, quām dæmonibus, arque iustis, & iustis hominibus appareat eorum nequitia prius diu occulta. Vnde Poeta Cato. Temporibus peccata latenter, & tempora parent. Nam in die iudicii Dominus illuminabit absconditam tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, ut habetur. 1. ad Cor. 4. Et ista manifestatio debet terrere eos, qui peccant in occulto timentes scandalizari apud homines, & non timentes offendere Deum.

S I X T O lepra est morbus separatius. Solent enim tales separari à consortio sanorum, etiam ex diuina ordinatione, ut patet Nume. 5. ubi sic legitur. Locutus est Dominus ad Moysen dicens. Precepit filiis Israël, ut ejiciat de castris omnem

Dominica xiiii. post Trinit.

omnem leprosum . Sic similiter leprosi per culpam, si sic decesserint, separabuntur in die iudicij de medio iustorum , & mittentur ad leporarium inferni cum demonibus . Nam ut legitur Matt. 13. In fine seculi exhibunt angelis , & separabunt malos de medio iustorum , & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus , & stridor dentium . Item Matt. 25. dicitur, quod Christus in die iudicij separabit malos à bonis, sicut separat pastor oves ab hadis . O' mirabilis , & flebilis separatio . Si enim durum sit leproso separari à consortio sanorum , & expelli de domo sua , quanto magis durum , & fleibile erit leprosis per culpam separari in die iudicij à consortio Christi , & angelorum , atq; electorū omnium ? Cauemus igitur nobis à peccato , ne taliter nobis contingat . Patet ergo, quomodo propter sex lepra corporalis designat lepram spiritualiem .

M O R A L I T E R , & aliter , notandum quod per decem leprosos, qui uenerunt ad Christum gratia sanitatis recipientes , designantur ueri poenitentes . Vnde in praesenti textu notantur quinque cuilibet poenitenti necessaria . Primum est pecati desertio , quia stererunt , scilicet à peccato cessando . Exemplum habemus in Magdalena , de qua dicitur Luc. 7. quod iterum retro fecerunt pedes Domini . Secundum est proprie uilitatis consideratio , quia à longe . Humilis enim poenitens considerans uilitatem peccatorū suorum nō audet ad Christum accedere . Et hoc præfiguratum est in publicano, qui stebat à longe præ uerecundia . Luc. 18 . Tertium est profunda , & cordialis contritio , quia leuauerunt , scilicet , de profundo cordis in vocem prorumpendo . Sic enim vocem leuauerunt filii Israel , prout legitur Iudic. 22 . Leuauerunt filii Israel uocem , & magno ululatu clamauerunt flentes . Quartū est aperta confessio , quia uocem suam . Non enim sufficit poenitenti leuare cor suum ad Dominum per contritionem , nisi etiam tempore , & loco leuer uocem suam per oris confessionem . Quintum est diuinæ misericordie imploratio , quia dicentes , Iesu præceptor , &c. Sic enim diuinam misericordiam implorabat David , cum aiebat . Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam .

M O R A L I T E R notandum , iuxta illud . Iesu præceptor , &c. quod dicta oratio leprosorum habuit quatuor bonas , & pulchras conditiones , quae tanguntur in prædictis quatuor uer-

Sermo II. de Euang. 206

bis . Primum nempe fuit dulcis , quia in nomine Iesu incepit . Est autem hoc nomen Iesu secundū deuotum Bern. melos in aure , mel in ore , iubilus in corde : Secundū fuit humilis . In cuius rei signum Christum præceptore uocant , quāsi uolentes se præceptis eius humiliter subdere . Tertiū fuit spiritualis , quia Misericordia . Non ergo more aliorum leprosorum aliiquid temporale , petunt , ut pro pecunia , uel aliquid simile , sed misericordiam . Quartū fuit cōmuniis , quia pro se inueniēt , & non particulariter orant dientes . Nostrī . Talis autē debet esse nostra oratio . Primum quidē debet esse deuota , sive dulcis , ita ut orans possit merito dicere cum Psal. Dirigatur oratio mea , sicut incensum in conspectu tuo . Secundū debet esse humilis , iuxta illud Psal. Subditus es Domino , & ora eum , quia tu dicitur Eccl. 35 . Oratio humiliantis se nubes penetrat . Tertiū debet esse spiritualis . Propter quod dicebat Apostolus t. ad Cor. 14 . Orabo spiritu . Tunc autem oratio maxime est spiritualis , cum orans petat bona spiritualia , & non temporalia , neque corporalia , nisi forsan secundariū . Quādū debet esse communis , iuxta illud Iaco. 5 . Orate pro inuicem , ut saluemini . Vnde ut ait quidam : Oratio quanto minor , tanto melior . Et hæc de primo principali , in quantum mentio de morbi magna miseria .

S E C U N D O principaliter in hodierno Euāglio fit mentione medicinae magna efficacia , cum subditur . Et factum est dum irent , sup. decem leprosi ad sacerdotes legis ex Christi mandato , mundati sunt .

Q VAE R I T Y R circa hoc , quare Christus misit dictos leprosos ad sacerdos tes legis , & non potius eos in promptu curavit , sicut legitur alia uice fecisse circa quandam alium leprosum . De eo enim legitur Mat. 8. quod cum humiliiter dixisset Christo : Domine , si uis , potes me mundare , statim extendens Iesu manum , tetigit eum dicens , Volo , mundare . Et confestim mundata est lepra eius .

R E S P O N S I O . Hoc iussit Christus propter multa . Primum quidem propter legis impletionem , quæ hoc præcipiebat , ut pater Levit. 14. ubi sic mandat Dominus dicens . Hic est ritus leprosi , quando mundandus est à lepra sua , adducetur ad sacerdotem , &c. Secundū propter miraculi manifestationē . Propter quod dixit Christus sacerdotibus , & non tantū iuri-

Tertiō propter obedientię cōmendationem . Et istud prīcē paliter concērnit religiosos , quibus cum p̄xalatu p̄cipit conformiter ad regulam , ite , uel uenite , obediē debent . Quartō propter meriti accumulationem . Nam euntes cum labore ad sacerdotes legis magis meruerūt ceteris paribus , quam si in eodem loco mundati fuissent . Quintō propter potestatis clauium cōmendationem . Sacerdotum cūm est mundos , id est , cōfessos admittere ad sacramenti altaris participationem , & immundos p̄s̄erūt notoriè ab eodem eludere . Sextō ad ostendendum spiritualis curationis ordinem , scilicet , quōd post cordis contritionē necessaria est in lege Euangēlica oris confessio , quā quanto sit pluribus , tanto magis meritaria redditur . In cuius rei signū dixit Chistus : Sacerdosib⁹ , in plurali , quamvis hoc non sit necesse .

M O R A L I T E R notandum , quōd in quatuor illis uerbis : Ite , ostendite nos sacerdotibus , tanguntur quatuor conditions boni confessionis .

P R I M A est , quōd debet esse festina , ideo dicit . Ite , quod est verbum p̄fēsentis temporis Eccl . 5 . Ne tardes converti ad Dominum , sup̄ . per ueram confessionem , & ne differas de die in diem . Et hoc propter periculum . Ideo sequitur : Subito enim ueniet , &c . Item August . ad fratres in cromo . ser . 3 ; qui intitulatur de confessione peccatorum . Non differamus , inquit , de die in diem pandere cordis nostri secreta . Promisit enim Deus ueniam p̄niten̄ti , sed non promisit usq; in etatū differenti . Hoc ille . Cito ergo confitendum est .

S E C U N D A conditio confessionis est , q̄ debet esse clara , nuda , & aperta , ideo dicit . Ostendite . Et istud est cōtra illos , qui in confessione sunt quasi muti , expectantes , quōd sacerdos eos interroget , & peccatum suum illis ostendat . Item istud est contra illos , qui volunt palliare , sive excusare peccata sua timētes clarē , & apertē loqui , cum tamen dicat Boetius de conso . lib . 1 . prosa . 4 . Si , inquit , operam medicantis expetas , oportet , ut uulnus detegas tuum .

T E R T I A conditio est , quōd debet esse propria , ideo dicit : Vos , non alios accusatis more primorum parentum . Nam Alān accusuit Eam , dicens : Mulier , quā dediti mihi sociā dedit mihi , &c . Eua autē accusauit serpentē , dicens : Serpens decepit me . Gen . 3 . Quōd autem confessio debet esse

esse propria , pater ex illis uerbis Psal . Dixi , confitebor aduersum me iniustiā mēa Domino . Item ex illis uerbis Job . 10 . Dimittam aduersum me eloquū meum , & Prouer . 18 . Iustus accusator est sui , scilicet , in confessione .

Q U A R T A conditio est , quōd debet fieri non cuilibet , sed tantum Ecclesiæ ministris , quia sacerdotibus . Non quidem omnibus , nisi forsitan in casu necessitatis , ut dictum est in deductione questionis , sed tantum iurisdictionem habentibus . Vnde extra de p̄cni . & re . ca . omnis utriusque sexus , pricipit omnibus Christi fidelibus , ut cum ad annos distinctionis peruerint , confiteantur semel in anno omnia , & singula sua peccata proprio sacerdoti . Per proprium aut̄ sacerdotē intelligitur omnis sacerdos habens iurisdictionē . Et iste est quintuplex , vt plenē scripsi in tractatu sup̄ Cōfiteor .

Q U A R T Y R quid designatur per id , quod in Euangelio subditur de dictis leprosis . Dum autē irent , sup̄ ad sacerdotes , mundati sunt . Respondetur , quōd illa clausula nō absque ratione apposita est . Nam ad hoc est triplex ratio . Prima est , ut per hoc ostendatur uirtus , & meritum obedientiā , ut prius dictum est . Nam ut habetur . 1 Reg . 15 . melior est obedientia , quam uictimē . Secunda est , ut ostenderetur legis antiquæ imperfectionis , cuius legalia iustificare non poterant . Tertia ut ostenderetur , quōd mundatio spiritualis fit cum solo proposito confitendi , concurrente cordis contritione . Quod pulchre ostendit Psal . cum ait : Dixi , id est , posui , cōfitebor , &c . Sequit . Et tu remisiisti impietatē peccati mei . Et sic pater ad quæstū , & p̄ cōsequēs de scđo principali .

T E R T I Ó principaliter in presenti Euangēlio fit mentione de leprosorti à Christo curatorum mira differentia , quia de omnibus illis unus solus redijt ad Christū gratias agens de tanto beneficio , qui non erat Iudeus , sicut p̄sumitur de alijs nouem , sed erat alienigena , quia Samaritanus . Ex quo patet aliorum nouem maxima ingratitudine .

M Y S T I C E decem leprosi mundati designant uniuersam multitudinem Christianorum , qui in sacro fonte baptismatis mundati sunt à lepra peccati . In cuius figurā legitur . 4 Reg . 5 . de Naaman lepero , q̄ cum iuisset ad flumum Jordani iuxta uerbum Helisei prophete , & septies se in eo lauisset , mundatus est à lepra sua . Sed proh dolor , pauci s̄c mundati

Dominica xiiii. post Trinitatem.

mundati, cum uenient ad annos discretionis, agunt Deo debitas gratias de tanto beneficio, adeo, ut de decem uix inueniantur unus talis. Sed uelut ingrati se dedicant immunditi, & multipliici nequitiae, ita, ut ubi abundauit gratia, post modum superabundet delictum.

M O R A L I T E R decem leprosi mundati designant universam multitudinem accedentium ad Sacramentum confessionis in quadragesima, & altaris in paschate. Sed inter tales uia de decem inuenitur unus, qui ueraciter recognoscatur tantum Dei heneficium, & de eo debitas gratias agat omnipotenti Deo, quinimo fermè omnes post Pascha redeunt ad solita peccata, & sic sunt nouissima eorum peiora prioribus proper ingratisudinem, ut inuit Christus Luc. 11.

M O R A L I T E R iuxta illud uerbum Gratias agens, nondum, quod multa sunt, de quibus domino gratias agere debemus, uidelicet, de bonis.

Spiritualibus, Naturalibus, Corporalibus.
Temporalibus, Consolationibus, Tribulationibus.

P R I M ò igitur debemus agere gratias de bonis spirituibus nobis à Deo datis, & præfertim de remissione peccatorum nostrorum. Item, quod ipse dederit nobis spiritus, & propositum emendandi uitam nostram, & detestandi, atque deferendi priorem, quæ duecebat nos in perditionem, & sic de similibus. Insuper, quod fecit nos de parentibus Christianis nasci, in baptismō renosci, & inter Christianos educari. Similiter, quod dederit nobis fidem, & sui nominis ueram notitiam. Hæc sunt enim bona spiritualia, & his similia, pro quibus debemus refundere gratias Deo, dicentes. Agimus tibi gratias omnipotens Deus pro uiuersis beneficijs tuis. Vnde Chrysost. Homi. 72. Si fieri potest, rogo, ut quilibet nostrum per singulos dies intra se computet, non tantum communia beneficia, uerū, & propriè sibi collata, non promulgata, & omnibus manifesta, sed etiam peculiaria, & mūtros latentia. Sic enim continuam gratiarum actionem domino poterimus exhibere. Hoc nempe maximum est sacrificium, & oblatione perfecta. Hæc ille.

S E C U N D ò debemus gratias agere domino Deo de bonis naturalibus, ut pote, quod fecit nos secundum animam ad imaginem, & similitudinem suam Gen. 1. Vnde Berna. super

Sermo II. de Euang.

208

Psalmum. Qui habitat ser. 14. Parum, inquit, ne tibi uidetur istud, quia te fecit Deus? Cogita qualem te fecit. Nempe secundum corpus egregiam creaturam, sed secundum animam magis, utpote imaginem creatoris insignem, rationis partem, sempiternam beatitudinis capacem. Hæc ille. O quārum debemus gaudere in domino, & illi gratias agere de tanto beneficio. Si enim esset aliqua pulcherrima mulier in hac civitate, cui nihil deceret, ad pulchritudinem corporalem pertinet, & diceretur alicui alteri mundanæ mulieri, quod ual de assimilatur illi, ita, ut quasi uideatur esse facta ad similitudinem illius, nonne illa valde letaretur. Quātū magis in p postio? Et nota, quod sumus facti ad imaginem Dei secundum triplicem animam potentiam, uidelicet, secundum intellectum, voluntatem, & memoriam. Nam secundum hæc tria conuenimus quodammodo, cum Dep, ita, ut dicat Psal. Ego dixi, dixi etis, scilicet, participatione. Nonne ergo debemus de tanto beneficio exsoluere Deo gratiarum actiones?

T E R T I ò debemus agere gratias Deo de bonis corporalibus, utpote, de fortitudine, de lūnitate, de formositate, de membrorum integratitate, & huiusmodi. Considerare enim debemus, quantum vellemus dare pro recuperanda sanitatem, si egroti essemus, aut de oculorum illuminatione, si ceci essemus, sive de aurium apertione, si surdi essemus, item de corporis erectione, si claudi, aut gibbosí essemus, & sic de similibus. Sic est autem, quod non debemus Deo minores gratiarum actiones refundere de integratitate membrorum, & sensuum nostrorum, quam si illa de nouo instaurasset, imò forsitan maiores. Da exemplum de præseruato à peccato, qui quantum ad aliquid plus tenetur Deo, quam à peccato iustificatus. Cū ergo omnia predicta bona corporalia accepemus a Deo, iuxta illud 1. ad Cor. 4. Quid habes, quod non acceptisti? cōsequens est, ut de talibus gratias agamus factori naturali, qui Deus est. Item inter bona corporalia connumerari debet homani corporis dispositio, quod non deorsum more aliquorum animalium, sed sursum fertur Eccl. 6. Inueni, quod Deus fecit hominem rectum. Irem Boetius de consol. libr. 5. ad propositum loquitur dicens. Unica gens hominum celum legit altius cacumen, id est, caput. Atque leuis recto stat corpore, despicitque terras, &c. Et per hoc denotatur, ut subdit ibi

ibi Boetius, quod homo debet sursum erigere spiritum suum,
& non ad terrena.

QUARTÒ debemus agere gratias Deo de bonis temporibus. In cuius rei signum Iudæi ex precepto legis faciebat quoddam magnum festum post collectam mensum, & hoc mense septimo, qui apud nos September dicitur, ut patet Lxv. 23. in hoc redditè gratias largitori omnium bonorum. Hinc uiri Religiosi sumpta refectione corporis solent Deo gratias reddere dicentes. Memoriam fecit, &c. Sequitur. Ecam dedit timentibus se. Et non solum Religiosi, aut clerici tenentur ad gratiarum actiones post sumptam refectionem, uerum etiam laici, & rustici, pro modulo suo ad hoc tenentur, ut pote dicendo Pater noster, addendo: Benedictus Deus in donis suis, sine de bonis suis. Vnde Ambr. ser. 42. qui incipit: Frequenter admonui uos, dicit sic. Tu Christiane me minisse debes, cuius panem comedis, & ei laudem dicere. Dic mihi, nunquid, si aliquid de tuo, cuicunq; largiris, expectas, ut tibi gratias agat, & ut benedicat domum, de qua ei humilitas sit tributa? Quasi si forte gratias non agit, nunquid te denoratur ingratus? Ita ergo, & à nobis expectat Deus, q; nos pascit, ut pro pascitis ab eo efcis illi gratias referamus, futurati donis ipsius laudes dicamus. Hæc enim est retributio diuinorum beneficiorum, ut cum re fecti fuerimus, bene nos confiteamur acceptos. Ceterum, si accipiētes diuina munera, taciti, & immemores fuerimus, tanquam ingrat, & indigni eorum usus ministratione fraudabimur. Hæc ille. Sed longè ab hac gratiarum actione sunt multi grossi christiani, qui quanto plus percipiunt de beneficiis Dei, tanto magis sunt apud eum ingrat, ut pote uacantes commensationibus, & ebrietatibus, ludis, spurciis, & blasphemis enormibus, iuxta illud Ecclesiastici 29. Pascat, & potabit ingratos, & adhuc amara audiet ab eis. Et in hoc sunt moderni christiani similes antiquis Iudæis, qui quanto plura beneficia recipiebant à Deo, tanto deteriores erant, nec cessabant à uitijis, quoniam dominus retraheret ab eis beneficia sua, & tunc clambant ad dominum, ita in proposito.

QVINTÒ debemus agere gratias Deo de bonis consolationibus, quas frequenter nobis in tribulatione constitutas immittit, iuxta illud 2. ad Cor. 1. Consolatur nos, supple-

Deus

Deus, in omni tribulatione nostra. Hinc Psalmista ad Domini num: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolations tuæ letificauerunt animam meam. Et Esa. 51. Consolabitur Dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius, & ponet desertum eius, quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum Domini, gaudium, & letitia inuenientur in ea, gratiarum actio, & uox laudis. Nota singula. In quibus etiā uerbis postquam Prophetæ promisit abundantiam consolacionis, statim subiungit gratiarum actionem, ut per hoc intelligentiam, quod ad diuinam consolationem debet sequi gratiarum actio. Et nota, quod huiusmodi diuina consolatio est tale, ac tantū beneficium, ut ab his, qui ipsum experti sunt, nequeat iverbis exprimi, ut dicit deuotus Bernard. super Can. Est enim quoddam initium futuræ beatitudinis. Vnde Aug. lib. cōfess. de scipio loquens, & in scipio interdū experientia huiusmodi diuina consolationem, aiebat ad Dominū loquens. Introducis me aliquando in quandā inustarum affectum, qui si perficiatur in me, nescio, quid erit, scio, quod uita ista non erit. Sed proh dolor, paucissimi sunt, qui hanc interiorē consolationē noscant, ed quod fermē omnes currunt post consolaciones corporales, atq; temporales, mundanas, & uitiosas, quibus cupiunt in presenti se replere, & per consequens diuinę consolationē locum in scipio non præbent. Sed uelint, nolint, tandem in morte omni cōsolatione priuabuntur, sci licet, presenti, & futura. Meritò ergo consolationes mundanas debemus spernere, & diuina consolationi locum dare, instar David regis dicentis in Psal. Renuit consolati anima mea, supple in rebus huius seculi, ut pote, in diuitijs, & delicijs, in honoribus, & seculi dignitatibus, & huiusmodi.

SEX ò debemus agere gratias Deo de bonis tribulationibus, quas interdum mittit nobis. Si enim rex sedens ad mensam mitteret uni de famulis suis de proprio cibo, & potu, nunquid palam ostenderet se illum multum diligere? Et uera uerba nunquid alter teneretur ei ingentes gratias reddere? Vtique. Ita in proposito. Cibis enim, & potu Christi in presenti fuerunt tribulations, & aduersitates plurime, quas passus est. Cum ergo similia mittit uni de seruis suis Christianis, in hoc factō ostendit se illum multum diligere. Et hoc est, quod dicit A post. ad Heb. 12. **Quem diligit Dominus, do G. Pep. Pars Aefsiu.** **Dd** **aus,**

Dominica x v. post Trinit.

nus, sūp. ad uitam æternam, castigat, scilicet, in p̄senti, tūm ut purgetur, tūm ut humilietur, tūm ut eius meritum augēatur, tūm ut à malo p̄seruetur. Ex quo pater, q̄ h̄c castigatio cedit ad magnam utilitatē castigati, si gratanter eam receperit. Da exemplum de Patre castigante filium suū, cui reseruat h̄ereditatem suam, ideo subdit Apost. ubi supra: Flagellat autem Dominus omnem filium, quem recipit, id est, quem in futuro recepturus est in h̄ereditatē cœlestem. Hinc Prou. 3. Quem diligit Dominus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Item ipse Dominus Apoc. 3. loquitur ad propositū dicens: Ego, quos amo, arguo, & castigo. Simus ergo charissimi imitatores illius patientissimi Iob, qui inter tribulationes plurimas, & gratissimas gratias agebat Domino dicens. Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut placuit Domino, ita factū est, sit nomen Domini benedictū. Eiusdem. i. Similiter & illius uenerabilis senis Thobie, de quo legitur euilem. 2. quod non est contristatus cōtra Deum, quod plaga cecidit euenerit ei, sed immobilis in Dei timore permanuit, gratias agens Deo omnibus diebus uitæ sua. Ecce ergo de quibus debemus gratias agere omnipotenti Deo, ipsum humiliter, & deuotè adorantes more leprosi, de quo agitur in p̄senti Euangeliō. Sic enim agentes tandem obtinebimus ab eo gloriam cœlestem in futuro. Præstante Domino nostro Iesu Christo, qui, &c.

Dominica quintadecima post Trinitatem, Sermo primus de Epistola.


I S P I R I T U uiuimus, spiritu & ambulemus, ad Gal. 6. Triplicē cōstat esse creaturā diffrentiam. Quādam enim sunt pure, & simpliciter spirituales, quales sunt angelī, qui & sp̄ritus angelici se p̄ nominantur. Vnde Psal. Qui facis angelos tuos sp̄iritus. Alia sunt pure & simpliciter corporales, & materiales, quales sunt creature insensibiles. Aliæ uero sunt mixte ex utroq; ut homines. Sunt enim spirituales ex parte animæ, sicut angelī. Sunt & corporales, sicut inferiores creature ex parte corporis. In eis tamen præcipua pars est sp̄iritus, sive anima. Corpus autem factum

Sermo I. de Epist.

210

factum est propter sp̄iritū, sicut seruus propter Dominum. Et ideo debemus secundum sp̄iritū uiuere, & non secundū carnē, id est secundū rectam rationē, & non secundū sensualitatem. Nec quidē sufficit ad salutē spiritu uiuere intus in cōscientia, nisi etiā sp̄iritu ambulemus prodeundo in bona opera exteriora tēpore, & loco. Et hoc est, quod dicit Apostolus in principio p̄senti epistole prout p̄missum est supra. Si (inquit) sp̄iritu uiuimus, sp̄iritu & ambulemus. In hac ergo Epistola Apostolus proponit quintuplicē exhortationē.

Prima dirigitur ad oēs generaliter, in principio Epistole. Secunda ad superiores specialiter, ibi.

Fratres si p̄occupatus, &c.

Tertia ad aequales regulariter.

Quarta ad inferiores singulariter, ibi.

Communicet autem, &c.

Quinta ad utrosque indifferenter, ibi.

Quæ enim seminauerit hogno, &c.

P R I M Ó. Igitur hortatur omnes in generali dicens.

Fratres si sp̄iritu uiuimus, spiritu & ambulemus. Ac si dicaret aperte. Si sp̄iritus Sanctus habitat in nobis nos uiuificant do per gratiā, manifestemus talem uitam interiorē per bona opera exteriora, quæ non nisi ab ipso Sp̄iritu Sancto sunt. Nam bona operationes sunt signa, q̄ uiuimus spiritualiter, & q̄ Sp̄iritus Sanctus uiuat in nobis, sicut motus exterior corporis signū est, q̄ adhuc sit anima in corpore. Tunc etiā sp̄iritus ambulamus, cū per uitā virtutē incedimus, & viā victori dimicimus, vel cū insequimur infinitū Sp̄iritus Sancti in operibus nūis, uel etiā distamē recte rōnis, q̄ similiter dicit sp̄. p̄s.

M O R A L I T E R . Notandum iuxta illud primū uerbum. Si sp̄iritu uiuimus, q̄ debemus sp̄iritu, & non carne uiuere, id est, secundū rectam rationē, & nō secundū sensualitatem. Tum quia nihil decentius, nihil pulchrius, nihil laudabilius, quā secundū rectam rationē uiuere, secundū quam homo preferunt ceteris animalibus, & assimilat̄ creaturis spiritua libis, id est, angelicis spiritibus. Tum quia per oppositū nihil indecentius, nihil turpius, nihil uituperabilius, quā secundū carnē, sive sensualitatē uiuere. Talis enim uita est magis vita brutorum, quā hominum. Nam qui sic uiuant, bestialiter uiuant, ordinē naturæ peruerunt, & nobilitatē humanę na-

turæ perdūt. Vnde Psal. De unoquoq; tali sic loquitur dicti. Homo cum in honore esset, nō intellexit. In honore, inquit, quia ad imaginē, & similitudinē Dei factus secundū animā. Tantū ergo honorē non intellexit, cum noluit secundū spiritum uiuere; id est, secundū rectam rationē, sed potius elegit secundum sensualitatē uiuere. Et idem meritorū cōparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Super quo dicit Chrys. q̄ peius est cōparari iumento, quām nasci uentū. Nam in brutis nō habere rationē tolerabile est, quia naturale in eis. Verum hominē ratione decoratū comparari creaturæ irrationabili, uoluntatis peruerſe crimen est. Hac ille. O' utinā ista bene notarent carnales, & lubrici homines, motum sensualitatis more brutorū in sequentes, ac si quasi in eis absorptis esset totaliter rationis usus. Nec certe minus bestialiter uiuunt homines iracundi insequentes passiones suas absque rationis moderamine, de quibus Psal. Furor illis secundum similitudinem serpentinis, qui sup. morder, & simul effundit suū uenēnū. Sic & homines iracundi sepe in ira sua dicunt omne malū, quod sciunt, aut ab alijs audierūt de illo, cui irascuntur, quinimo aliquādō ex abundantia cholera, & irē imponunt illi falsa, & quæ non possunt postea probare, cum res trahitur ad iudicium. Propter quod à iusto iudice taxantur ad emendam, quod auget iram eorum. Ecce ergo quare spiritu, & non carne debemus uiuere.

M O R A L I T E R . Etiā notandum iuxta illud sequens uerbum. Spiritu ambulemus, quod debemus spiritu ambulare ad sensum datum, & hoc propter tria.

P R I M Ó d quidē, ut fideles inueniamur in promissio. Solēt enim ueri penitentes in sacramentali cōfessione promittēre mortū, & uitę emendationē, cum Dei adjutorio iuxta possibilitatē suam, quod est spiritu ambulare. In cuius figurā legitur Exod. 3. q. filii Israel uolentes egredi de Aegypto, & de seruitute regis Pharaonis dicebant: Ibimus uiam triū dierū in solitudinē, ut immolemus Dño Deo nostro. Ad propostū filij Israel sunt ueri penitentes, qui quasi sacramētali cōfessione exēunt de Aegypto, & de seruitute Pharaonis. i. de tenebris peccatorū, & de seruitute diaboli, promittētes ire uiam triū dierum. i. perseverare in bono virtutis, & immolare Dño per satisfactionē de cōmissis delictis, ut fideles inueniātur in promissione

promissione per eos facta tam Deo, quām cōfessori. Sed profectō multi inueniuntur infideles in tali promissione, vt sunt illi, qui citō redeunt in Aegyptū, id est, in peccatū, & hoc ad instātiā Pharaonis. i. tentationē dēmonis, & qui nec cōplent promissa, id est, satisfactionē, quam grātia habuerūt. Nec simili triū dierū spacio post cōfessionē cauent sibi à peccato, sed aliquā q̄dē die redeunt in Aegyptū. Et hoc potissimum habet verū de malis sacerdotibus, vt sūt cōcubinarij, & similes.

S E C U N D O debemus spiritu ambulare, id est, secundū rectam rationē uiuere, ut vilissimā seruitutē peccatorū pariter, & mortē aeternā euadere tandem possumus. Nam qui secundū carnē, & nō secundū spiritū ambulant, efficiunt serui omnīū uitiorū, quā in ipsiis regnānt iuxta illud Christi uerbū Io. 8. Qui facit peccatū, seruus est peccati. Ii. super tales triplicem mortē incurrit, uidelicet naturæ, culpe, & gehennæ. Prima uilis. Secunda uilior. Tertia uilissima, quia includit culpā, & penam. Et hoc est, quod loquitur Apost. ad Rom. 8. dicens. Si secundum carnē uiuētis, moriemini. s. prædicta triplici morte. Econtrario autē si spiritu ambulaueritis, prædictā triplicē mortē indubie euitabitis. Et de morte quidē spirituali, & aeternali satis apertū est. De morte autē naturæ hoc idem patet sic. Nam mors naturæ quo ad iustos, & electos tandem in generali omnīū resurrectione mutabili in vitā gloriæ incōpā tabiliter meliorē vita nature. Et p̄g prædictā mutationē dicit Chis. Io. 11. Ois. q. viuit, & credit in me, nō morietur in eternū.

T E R T I O debemus spiritu ambulare, id est, secundū dicētamen recte rationis uitioō de uirtute in uirtutē tendere, ut sic tandem ad cœlestē regnū possimūs p̄uenire. Vnde de eius dicitur in Psal. Ibunt de uirute in uirtutē, id est, de bono in melius p̄ficiēdo. Iste tñ professus spiritualis nō est absq; speciali Dei auxilio. Et ideo nō debet homo inde superbitē, aut inaniter gloriari. Propter qđ Psal. Ante prædicta verba præmittit, dicens. Beatus vir, cuius est auxiliū abs te, nō à se, nō ab hoībus. Nam p̄ tale auxiliū ascensiones in corde suo dispositū. i. gradus, spirituales, uel scalā, per quam ad domū celestem ascendat, & ideo beatus. Sed vbi dispositū uir iustus ascensiones in corde suo? Profectō in ualle lachrymarū. i. in hac ualle miserie, in loco, quem posuit, id est, nobis dispositū Dñs, ut ibi ploremus peccata nostra. Etenim benedictionem,

dabit legislator. Hic assignatur causa, quare beatus est ille p̄dictus, quoniam benedictionem dabit ei gratiam, idest, conferet illi, quę dicitur benedictio, idest, bona datio, legislator, idest, Christus. Qua quidem benedictione data tales ibunt p̄ficiendo de virtute in virtutem, idest, de bono in melius, & tandem ab eis videbitur Deus Deorum in Sion, idest, celestis gloria, in qua beati speculantur diuinam essentiam. Ecce quomodo debemus spiritu ambulare. Si ergo spiritu unius, spiritu ambulemus.

C I R C A , quod notandum, quodd modus ambulandi spiritus est cum exultatione mali. Et ideo, qui vult spiritu ambulare, debet specialiter tria mala cauere, quae notantur in sequenti textu. Hęc igitur sunt.

Cupiditas inanis gloria.

Procuratio ire, & rixę.

Inuidia societatis mortuę.

P R I M O igitur, si uolumus spiritu ambulare uersus celum, debemus cauere cupiditatem, & affectum inanis gloria, ideo dicit Apostolus. Non efficiamur inanis gloriae cupidi, idest, gloria mundana, quę merito dicitur inanis, idest, vana, quia Deceptiva, Infatuativa, Infectiva.

P R I M O igitur inanis gloria est deceptiva. Decipit enim omnem inaniter gloriantem, quia tandem eum priuat uera gloria, scilicet, & perducit eum ad eternam miserię. Nam sicut papilo decipitur in claritate cādele, eo quod ibi in tantum delectatur, quod circumuołas comburitur, & cemat, similiter perdit, cum claritate luminis capitū, eo quod dum de nocte lumen uider, credēs esse diem in reūta aucepis inuolutur, sic illi pro certō decipiuntur, qui in lumine mundanę glorię delectantur. Credunt enim esse diem, quod est candelā, in hoc, quod credunt esse uerum, quod est falso, & esse utile, quod est damnable, item diu, aut quasi semper per mansurum, quod est ualde transitorium. Vnde simile est de gloria huius mundi, sicut de gloria regnum scholarium. Solent enim scholares paruuli sibi assumere semel in anno aliquem de gremio suo in regem, sed hoc tantum ad unū dī, uel saltē ad paucos. Quibus transfactis deficit gloria eius, & reddit ad pristinum gradum paupertatis, & simplicitatis. Illa in proposito uana gloria huius mundi ualde parum durat,

quia

quia ad maius desperditur in morte. Et tunc, qui glorioſus fuerat, remanet sine gloria, & honore. Vnde in Psalm. Ne timueris, cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius, quoniam cum interierit, non suum omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Est ergo simile de gloria in ani, siue de gloria huius faculū, sicut de gloria unius dei, quę cum à pertransiente creditur esse firma, & stabilis, ibi ponit pedem suum, quo factō facillimē rumpitur, illeque in lutū, aut aquam cadit, & forsan mergitur. Applicatione est facilis. Pater ergo, quod inanis gloria est deceptiva.

S E C U N D O prædicta gloria est infatuativa. Infatuat enim mundanos homines, ita ut pro ea adipiscenda p̄ueniūt infinitos labores affluant, atque p̄ueniūt infinitis, & innumerabilib⁹ periculis se submittant, cum tamē pro uera gloria adipiscenda, quę in celo possidetur, uix milesimam partem talium subirent parati. Et hoc est, quod ait Greg. lib. 19. mota, & similiter recitat in decreto dist. 47. omnes. Omnes, inquit, huius faculū dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in celestibus debiles. Nam pro temporali gloria usque ad mortem desudare appetunt, & pro spe perpetua, ne parum quidem in labore subsistunt. Refert enim August. lib. 4. de cui. Dei capit. 20. de Mutio Romano milite, qui manum suā dextaram ultrō porrexit in flamas, ut de eo dericeretur, quod fortis esset, & strenuus miles. Refert etiam Valerius Max. lib. 5. de Curtio milite Romano, q̄ cum terra se aperuisset in medio fori Romani, & spelūcam fecisset profunditatis horribilis, responsum est à uatribus, quod si Romani uellent rem suā publicam perpetuari, illud, in quo plus possent, & excellerent, illud hiatiū deuouerent, & eo ipsum implerent. Omniū autem iudicio cōpertum est, quod Curtius esset ille, qui ceteros excelleret. Quo auditio, armatus, & equo insidēs se ipsū in illud antrum ultrō immisit. Nōne ergo inanis gloria ualide infatuauerat predictos Romanos milites. Nunquid etiam dicta gloria multum infatuauerat Alexandrum Magnum, de quo refert Valerius Max. li. 8. c. 15. q̄ cū audisset ab Anaxarcho ex autoritate Democriti p̄ceptoris sui innumerabiles mundos esse, ait. Heu me miserum, q̄ nec uno quidē adhuc plenē, & pacificē potitus sum. Taliter ēt infatuat gloria

huius saeculi modernos principes etiam Christianos, qui accipiunt in unitate ciuitates suas, gloriantes in multitudine multum, qui iure, aut iniuria prelantur, non quidem contra uitę, aut fidei hostes, sed aduersus Ecclesiam, & vicinos principes, uolentes in immensum dilatare suum principatum. Quia de causa painè infinita mala hincinde perpetuantur. De quibus tandem oportebit eos reddere rationem in districto Dei iudicio, & praesertim, si gesserint bellum iniustum. Sed de hoc parum, aut nullo modo cogitant, & hoc idea, quia gloria mundana eos infatuat, & inebriat.

T E R T I O sepe dicta gloria est infectiua. Inficit enim ne dum malos, uerum etiam plerunque bonos uirtuosos, ita ut non sit homo super terram, qui se abscondat à calore eius. Nam vt dici Chrysoft. super Matthēi, in opere incompleto, Homil. decimaquarta. Cum cætera uitia in seruis Diaboli inhabitent, haec etiam in seruis Dei habitaculum reperit. Et ut ait quidam Gentilis, nulla est, tam excellens uirtus, que dulcedine gloriae non tangatur. Vnde narrat Valerius Maximus, quod cum in quadam bello quidam murus strenue dimicasset, ita ut secundum morem illius patriæ triumphus ei deberetur, idest, quidam singularis honor, cum illi non daretur, tanta auidentia illius honoris, & gloria repletus est, quod fregit uincula mutuatis suis, & petijt illum triumphum sibi dari. Vnde Chrysofto. super Iohan. Homilia septima. Grauitas, & molesta est inanis gloria, qua faciliè etiam sapientum oculos possit perstringere, nisi temperetur. Quinimo sepius iusti tentantur de inani gloria, quam uitiosi, & peccatores. Vnde idem Chrysofto. ubi supra. Homil. decimasexta. Inter, inquit, homines peccatores tentatio uane gloriae locum non habet. Fornicator enim, aut raptor quomodo tentatur de uana gloria, quia non habet, unde glorietur? Sed illi tentationem uane gloriae patiuntur, quia le aliquid faciunt, unde glorientur. Haec ille. Pater ergo, quomodo manis gloria inficit bonos etiam frequentius, quam malos. Propter quod beatus Basilius uolens eam uicare, in diebus solennibus, cum in habitu pontificis ornatus processionaliter incederet, ordinauerat, ut quidam fit diceret. Pater sepulchrum tuum nondum perfectum est. In be ergo illud completri, quia nescis, quando dominus ueniet.

niet. Similiter cum Papa consecratur, quidam eleuans in arundine stupam incensam, clamat dicens. Pater sancte, sic transit gloria mundi, scilicet, citò. Et ideo uitanda est, spernenda ob omni homine uituoso, & qui appetit gloriam sempiternam, quia qui unam habuerit, necesse est eum altera carere. Bene ergo, & salubriter nos admonet Apostolus in præsenti Epistola, cum ait. Non efficiamur inanis gloriae cupidi.

S E C U N D O si uolumus spiritu ambulare, debemus carente nobis à prouocatione irę, & rixę. Ideo subdit Apostolus. Inuicem prouocantes, scilicet, ad contentiones, & litigies, & alia illicita, ut exponit interlinearis. Vel inuicem prouocantes, per iniuriosa, & contumeliosa, sicut plerique facere solent litigantes cum proximis, & uiciniis suis. Vnde tales propriè uocantur incendiarij Diaboli, eò quod tanquam ministri ipsius in cendunt ignem irę, rixę, & impatiencia inter homines, seu in alijs hominibus. Et ideo tales incendiarij sunt excommunicati à Deo. Nam prouocare aliquem ad iram est exflare in eo ignem.

M O R A L I T E R. Notandum iuxta illud prædictum uerbum: inuicem prouocantes, quod contingit prouocare tria genera personarum, scilicet.

Deum. Proximum. Seipsum.

P R I M O igitur contingit prouocare Deum. Et istud ad huc dupliciter, scilicet, uirtuosè, & uitiosè.

P R I M O quidem uirtuosè. Et hoc modo ueri pœnitentes, deuotè orantes, lachrymas pro peccatis fundentes, & familia, prouocant erga se Dei misericordiam, gratiam, & benignitatem. Sic enim prouocauit erga se David Dei misericordiam, postquam eum irritauerat adulterio, quandoquidem cum lachrymis, & tunsiōne peccatoris orabat dicens: Misere mei Deus secundum magnam misericordiam tuā. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele, &c., usque in finem. Idem fecit publicanus. Iuc. decimo octauo. Idem fecit Magdalena ad pedes Christi prostrata. Luc. septimo. Idem fecit Rex Manasses post multa per eum perpetrata grauissima scelerā. 2. Paralip. ult. Sic, & nos charillimi, qui in multis offendimus omnes, exemplo prædictorum debemus prouocare per ueram pœnitentiam erga nos Dei miseri-

misericordiam , dicentes , cum filio prodigo. Pater peccati in cœlum , & coram te , iam non sum dignus , &cæt. Luca, decimoquinto .

S E C V N D ò , contingit prouocare Deum uiriosè. Et hoc modo peccatores suis nefandis peccatis prouocant eis irā iustitiae , & vindictam contra se , qui tamen in se est patientissimus . Vnde in hoc sunt similes cornici , quæ aquilam per multos horribiles clamores prouocat ad eam occidendam . Et hoc est , quod improperabat populo Hebreorum olim Moyses Deut. 9. Dicens. Memento , quomodo ad iracundiam prouocaueris dominum in solitudine . Hac uero tempestate merito potest ipse dominus idem improperare , aut per amplius populo Christiano , dicens illud Hiere. trigesimofecundo. Me ad iracundiam prouocauerunt ipsi , & reges eorum , & principes eorum , & sacerdotes eorum . Practica singula . Item potest idem dominus eidem populo improperare , & dicere illud. Deut. trigesimosecundo. Deum , qui te genuit , dereliquisti , & oblitus es domini creatoris tui . Vicit dominus , & ad iracundiam , concitatus est , quia prouocauerunt eum filii sui , & filiæ , idest , christiani utriusque sexus . Et ait. Abscondam faciem meam ab eis , scilicet , ne eam uideant clare , & nudè in cœlo , & considerabo nouissima eorum , id est , penas , quibus eos finaliter afficiā in inferno . Et hoc idea , q̄ generatio peruersa est , &c. usque ibi . Cesare faciam ex hominibus memoriam eorum . Dicitur miseri peccatores , qui haec tenus prouocasti contra uos iram domini , & iustitiam eius male uiuendo , studeatis amodò prouocare misericioram eius erga uos bene uiuendo . Sic enim Deum propitiū snuovere poteritis . Sin alias in breui ad æterna tormenta cum mille demônibus deducemini .

S E C V N D ò contingit prouocare proximum . Et istud ad huc dupliciter , scilicet , laudabiliter , & uituperabiliter .

P R I M ò igitur laudabiliter , scilicet , uerbo bonę doctri nę , & exemplo bona uite . Vnde ad hoc faciendum nos admonet Christus Matth. quinto. dicens . Sic luceat lux uesta coram hominibus , ut uideat opera uerba bona , & gloriosissimam patrem , &c. Specialiter autem maiores , & parentes debent prouocare subditos suos suo sancto exemplo ad laudabiliter uiuendum , exemplo aquile , quæ uolitans su-

per

per pullos suos ipsos prouocat ad uolandum , ut dicitur . Deut. trigesimoprimo. Similiter exemplo equi , quem miles clamando , & calcaribus pungendo prouocat ad uelociter currendum in bello . Secundò contingit prouocare proximum uituperabiliter , scilicet , ad malum eum inducendo , si uerbo , aut malo consilio , siue facto , aut malo exemplo . Vade de primo Prover. 12. dicitur . Os insipientis prouocat stultitiam . De secundo habes de multis regibus Israël , qui idolatrado ad idē induxerunt populu suū frequenter . Vñ de pronocatibus proximos suos ad aliquid faciendū , tā bono , quā malo exemplo simul loquens August. ser. 7. dominica in oct. Paschæ dicit sic . Quantoscunque aliquis exemplo sancte uitæ edificauerit , cum tantis , & pro tantis mercedem beatæ uitæ retributionis accipiet , & quantiscunque exemplum malę conuersationis , etiam si illi eum non sequatur se præbuerit pro tantis malis rationem , nouerit redditum . Hæc ille . Item Greg. in suo pastora. c. vigesimoctauo . Similiter recitat. 9. quæst. 3. præcipue . Scire , inquit , debet prælati , quod si peruersa nonnunquam perpetrant , tot mortibus digni sunt , quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt . Hæc ille .

T E R T I ò contingit prouocare seipsum . Et similiter , istud potest dupliciter fieri , scilicet , licitè , & rationabiliter illicite , siue , & irrationaliter .

P R I M ò quidem licitè , & rationabiliter , ut cum quis sentiens se tepidum in Dei seruitio , aut officio sibi commisso , siue in quoconque opere bono prouocat , & excitat se ad maiorem feruorem , & diligentiam promptiorem tam ex consideratione premij consequendi , quam ex consideratio ne supplicij uitandi . Solent etiam uiri spirituales prouocare se ad dolorem de peccatis , & ad lachrymas , gemitus , & su spitia , ita ut meritò de talibus possit dici illud Nehemie. 4. Proutocatum est cor populi .

S E C V N D ò contingit prouocare seipsum illicitè , & irrationaliter . Sunt enim qui prouocant seipso ad concupiscentias carnales , ut molles . Alij prouocant seipso ad iracundiam , ut vindictatiui . Alij ad comedationes , & ebrietates , ut gulosi . Nota de illis , qui utuntur cibis falsis , aut speciatris , idest , speciebus cōditis , ut magis prouocetur ad potū , & ebrie-

Dominica x v. post Trinit.

& ebrietatem. Sed qui se taliter prouocant, simul, & sensel iram Dei contra se prouocant. Paret ergo, q̄ contingit prouocare tria personarum genera tam licet, quam illicet.

T E R T I ò si uolumus spiritu ambulare uerius celū, debemus cauere ab inuidia societatis mutuę. Propter quod subdit. Apost. in præsenti epistola, inuidem inuidentes, sup nolite esse, quasi inuidentes de bonis proximorum uulnorum, de quibus potius debetis gaudere ex charitate, quam debetis ad eos habere.

M O R A L I T E R circa hoc notandum, quod summopere debemus uitare inuidiam fraternalm, & hoc præcipue propter tria, uidelicet, quia.

Deo displaceat, Diabolo placet, Actori nocet.

P R I M ò igitur debemus uitare inuidia, quia Deo displaceat, eò q̄ immedieatè opponitur charitati, quæ Deus est, iuxta illud 1. Io. 4. Deus caritas est. Ad charitatem enim pertinet bona aliorum, tanquam sua diligere, & econtra mala aliorum, tanquam sua defere. Econtra autem ad inuidia pertinet de bonis aliorum, tanquam de suis malis dolere, & de malis aliorum, tanquam de suis bonis gaudere. Ecce q̄ ip̄a inuidia immedieatè opponitur charitati. Vnde Aug. ad fratres in eremo ser. 18. qui intitulatur de cauenda inuidia. O' ing, inuidia, quam paucos habes amicos, & forsitan neminem habes de cuius bono non doleas, & de cuius malo non gaudias. Meritè ergo omni amico priuari debes, eò quod de nullo bono amicorum gaudere probaris.

S E C U N D ò debemus uitare inuidiam fraternalm, eò q̄ diabolo placet, adeo quod inuidus, & diabolus condidunt inter se mutuò lucrum, & damnum tanquam fideles socij. Diabolus enim reputat sibi lucrum magnum accedere, quoties homines malefaciunt, ita & inuidus, quia inde gaudet. Similiter diabolus reputat sibi magnum damnum accedere, quando homines benefaciunt. Sic, & inuidus, in cuius rei signum inde tristatur. Quod ergo inuidia diabolo placeat, patet dupli indicio. Primum est, quia in se inuidus est, iuxta illud Sap. secund o. Inuidia diaboli mors introvuit in orbem terrarum, quando scilicet, tentauit primum parentem, & superauit. Quo peccante morti suæ obnoxius, qui prius erat, immortalis beneficio creatoris. Vnde

August.

Sermo 1. de Epif.

215

August. lib. de disciplina christiana. Inuidia, inquit, uitium diaboli est, cum quo solo diabolus reus est. Non enim dicitur diabolo, ut damneretur, adulterium commisisti, furtum fecisti, uulnus alienam rapuisti, sed quia homini stanti inuidisti. Hæc ille. Secundum est, quia ualde tentat homines de inuidia. Propter quod dicit Greg. lib. 5. moral. c. 34. & similiiter recitat in glo. ord. super textu præsens epistole, q̄ quamvis per omne uitium, quod perpetratur, virus hostis antiqui humano cordi infundatur, in hac tamen nequitia tota sua uiscera serpens concutit, & imprimente malitia pestem uomit. Hæc ille.

T E R T I ò debemus uitare inuidiam fraternalm, eò quod actori ualde nocet. Non quidem solum quo ad animam obligando ad pœnam aeternam, uerum etiam quo ad corpus. Vnde August. ad fratres in eremo ser. decimoctavo. O' in uide, qui nunquam quiescere potes, an ignoras, quod omnis malitia habet aliquā felicitatis umbram? Sed tu ipsa inuidia pellis nequissima, tormentum sine refugio, laborem sine respiratione, pœnam sine intermissione, famem sine saturitate semper habere uideris. Hæc ille. Dicit etiam Hieron. 3. parte epistolarum suarum, epistola. 54. ad Ascaliam scribens, quod ipsa inuidia primum est mordax sui. Et ideo meritè comparatur rubigini ferri, quæ primum corredit terram, in quo nascitur. Item est, sicut uermis, qui tenaciter dicitur. Hic enim uermis in ueste nascitur, & eam primum consumit. Hinc Proverb. decimoquarto. dicitur. Puto tredicem inuidia, patient ergo tria, propter quæ uitare debemus inuidiam pessimam bestiam pestem. Et sic pater diffusè de primo principali.

S E C U N D ò principaliter Apost. in præsenti epistola hotatur superiores specialiter, ut s. subditos instruant, ita dicentes. Fratres, si poccupatus fuerit homo in aliquo delicto o. si subditus uester peccauerit, nō quidē ex industria, aut certa malitia, sed potius ex surreptione, aut ignorâtes, uos qui spirituales estis, idest, esse debetis, instruite tales in spiritu lenitatis, non asperè, non durè, non cum acrimonia, & in uirga ferrea, sed leniter, benignè, & mansuetè. Nam per talem modum, uolunt corripi, qui ex humana fragilitate peccant, dicentes illud Psal. Quoniam superuenit man-
fuctudo,

suetudo, corripiemur. Hinc idem Psal. dicebat. Cotripiet me iustus in misericordia, & increpabit me, id est, à peccato reuocabit me. Vbi autem subditus peccat, non præoccupatus, sed potius ex malitia, & obstinato animo, tunc dure, & asperè increpari debet. In cuius rei signum Apostol. traxit quendam fornicatorem, seu potius incestuofum Sathanæ corporaliter uexandum. Cor. 5. hunc autem processum in corripiendo defectuosos nobis tradidit Christus Matth. 18. dicens. Si peccauerit in te frater tuus, uade, &c. Considera te ipsum, quia, scilicet defectuosus es, sicut & subditus tuus, & ideo debes illi compati. Ne & tu tenteris. Ac si perte diceret, qd Praelatus nimis severus subditis, forsitan Dominu permitente tentabitur, de simili casu, de quo increpat subditum, aut forte de grauiori, & hoc in pœnam suę severitatis. Nam hac de causa permisit Dominus principem Apostolorum seipsum negare, ut pote dist. 50. considerandum. Ut ergo istud cuiret, debet in spiritu lenitatis subditos uerbo, & facto instruere, & increpare. Ecce, quomodo Apostolus hortatur superiores specialiter.

T E R T I O Apostolus hortatur æquales amicabiliter, ut scilicet, ex aliis singulari amicitia, & charitate mutua, supportent se in uictoria, dicens: Alter alterius onera portate, si licet, subueniendo necessitatibus aliorum, iuxta possibilitatem uestram. Ad quod etiam faciendum nos admonet certi suu exemplo. Nam ubi sunt plures, & habent transire magnum fluum, unus præcedit, super cuius dorsum, tecum dus reclinat caput, & sic consequenter de aliis. Cumque prius fatigatus fuerit relitto suo ordine efficitur posterior, ut possit supporari ab eo, qui prius erat posterior. Si ergo, bruta animalia instinctu naturæ nouerunt, se mutuo supportare, quanto magis homines, ratione uententes? Qui autem, taliter agunt, adimplent legem Christi (ut inquit Apostolus,) qui præcipit inter homines mutuam charitatem. Iohann. 15. dicens. Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem. Itē ibidem. Hac mando uobis, ut diligatis inuicem. Et quia aliqui præsumunt magna de se, propter quod contemnunt sibi æquales, nolentes eos, in quocunq; supporare, ideo subdit Apostolus dicens. Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, sup respectu Dei, ipse se seducit. i. decipit. Et

quia aliqui laudantur ab alijs de multis, ideo Apostolus eos admonet, ut non confidant in uerbis eorum, sed potius recurrent intus ad propriam conscientiam, considerantes si sit in ipsis illud bonum, de quo ab alijs laudantur. Quod si non, tunc debent confundi in semetipsis, & tristari. Si uero sic, tunc debent inde laudare Deum. Et hoc est, quod ait Apostolus. Opus autem suum prober unusquisque, & sic in semetipsis tantum gloriam habebit, & non in altero. Vnusquisque enim onus suum portabit, scilicet, coram Deo, & de illo respondere ibidem habebit. Et hoc est, quod dicitur Ezech. 18. Filius non portabit iniuriam patris, nec pater iniuriam filii, &c.

Q U A R T O Apostolus hortatur inferiores singulariter admonens eos, ut communicent suis superioribus, à quibus instruuntur, & diuina recipiant, bona temporalia, ut decimas, & oblationes, ita dicens: Communitate autem is, qui catechizatur, i. instruitur, uerbo, supp. sanctæ doctrinæ, ci, qui se catechizat, in omnibus bonis, scilicet, temporalibus, administrando ei necessaria quo ad uictum, & uictum. Et hinc est, qd Praelati habent ius præcipendi decimas, & oblationes à suis subditis, iuxta illud Apostoli uerbum. Ad Corinth. 9. Si nos spiritualia uobis seminamus, magnum est, si carnalia uestra metamus? Nam ut dicit Salvator Matthæi 10. Dignus est operarius mercede sua. In cuius rei signum, quando Diaconus, qui significat prædicatorem sancti Euangelij, uadit ad legendum ipsum Euangeliū, qnasi qd prædicandum, defertur ante eum puluinar, per quod temporalia significantur. Hinc Ps. ad prædicatores loquens, ait: Sumite psalmum, id est, spiritualia, & date uos, sup. subditi, tympanū, id est, tpmia. Sed quia aliqui latci auari allegando excusationes in peccatis possent dicere, qd non possunt taliter cōicare bona tpmia suis Praelatis, & Prædicatoribus, ex eo, qd sūt pauperes, i. hāc excusationē remouet Apostolus, dicens. Noche errare, i. ex errore ita dicere. Deus nō irridet, id est, non fallitur. Scit enim optimè, utrum uerum dicatis, cōq; serutatur corda hominum. Ecce in quo hortatur Apostolus inferiores.

Q U I N T O, & ultimò id est Apostolus hortatur oēs indifferentes, sciam superiores, qd inferiores, Cad seminadū in præfenti sime bonū, tpm opera pietatis, cū ait, Qui seminat in spiritu, &c.

Dominica. x v. post Trinit.

Pro quo notandum conformiter ad textum, quod quidam seminarit opera pietatis in carne, i.e. ex carnali affectione, ut sunt illi dantes, qui dant pauperibus pueris, aut mulieribus, quatenus sic allatias eas ad se, & tardius abutiri possint. Alij autem seminarit pietatis opera pietatis in spiritu, i.e. propter diuinum amorem. Primi metu corporis reuulsionem, i.e. eternam damnationem. Secundi autem, merent utramque eternam prout pulchrius deducit Apostolus in ipso textu epistole presentis.

MORALITER ergo, notandum, quod in presenti scriptura tanguntur quatuor conditiones operum pietatis. Prima est, ut habeat principaliter per bona spiritualia acquirendam, cuiusmodi sunt peccatorum remissio, gratia diuinorum adeptorum, celestis gloria, assecuratio, ideo dicit Apostolus. Qui seminarit in spiritu, i.e. spiritualiter. Vel in spiritu, i.e. in charitate, quae est a Spiritu Sancto, de spiritu tu metet uitam eternam. Secunda est, ut fiant perseueranter, & non ad horam tamquam, ideo subdit idem Apostolus, Bonum autem facientes non deficiamus tempore enim suo &c. Tertia est, ut fiant generaliter, & non ad aliquos tantum particulariter, ideo sequitur, Dum tempus habemus, operemur bonum, ad omnes. Quarta est, ut fiant rationabiliter, scilicet, in primis, & ante omnia bonis, & iustis, ex ordine charitatis sunt preferendi malis, & peccatoribus in exhibitione operum pietatis, ideo equatur. Maximè autem, ad domesticos fideli, id est, ad bonos christianos. Hinc 1. ad Tim. 5. Si quis suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negavit, scilicet, per omissionem boni operis, & est infidelis deterior. Omnibus ergo impendenda sunt misericordiae opera, sed preponendi sunt iusti. Et qui taliter agunt consequentiam gratiam in presenti a Domino, & gloriam in futuro. Quam nobis praestare dignetur, qui in Trinitate perfecta uiuit, & regnat. Amen.

Dominica decima quinta post Trinitatem, Sermo secundus de Euangelio.

OLITE solliciti esse dicentes, quid mandabimus, aut, &c. Mat. 6. Pro introductione presentis sermonis mouetur quaestio talis. Verum omnis sollicitudo circa temporalia sit a Christo prohibita?

R. I.

Sermo II. de Euang.

217

RESPONSIo Multiplex est sollicitudo. Vnde aliqua est prohibita, & aliqua non. Est igitur sollicitudo.

Diuinalis, Humanalis, Criminalis, Virtualis.

PRIMA igitur sollicitudo vocatur diuinalis, quia quis sollicitus est de diuinis, ut propter quomodo placeat Deo, item quomodo possit facere suam salutem in presenti, ut tandem possit peruenire ad celestem gloriam. Et de hac sollicitudine loquitur Micheas Propheta dicens, Indicabo tibi domino, quid sit bonus, & quid requirat Dominus a te. Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo. Eiusdem 6. Similiter de eadem sollicitudine loquebatur Iesus filius Israël dicens. Elstote solliciti, ut custodiatis, quae precepta sunt in uolumine legis Moysi, & non declinetis ab eis, neque ad dexteram, neque ad sinistram: Eiusdem 23. Hanc igitur diuinam sollicitudinem non solum, non prohibet Christus, uerum etiam consilium, seu potius precipitat, cum in fine presentis Euangelij loquitur unicuique nostrum dicens. Querite primum regnum Dei, & iustitiam eius. De hac etiam sollicitudine loquitur Apostolus 1. ad Corint, 7. dicens, Qui sine uxore est, sollicitus est, quae Domini sunt, quomodo placeat Deo. Et mulier innupta, & virgo cogitat, quae Domini sunt, ut sit sancta corpore, & spiritu.

SECUNDA sollicitudo vocatur humanalis, de qua loquitur idem Apostolus ubi supra dicens. Qui cum uxore est, sollicitus est, quae sunt mundi, quomodo placeat uxori. Similiter mulier, que nupta est, cogitat, quae sunt mundi, ut de regimine familie, de cura filiorum, & de amore uiri sui. Vnde Thobie 10. legitur, quod parentes Saraceni, monuerunt eam honoreare sacerdotum, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & seipsum irreprehensibilem exhibere. Haec etiam sollicitudo humanalis regnat in uiris mundanis, qui sollicitant circa temporalia congreganda ad suam, & suorum sustentationem. Quia enim homo multis indiget, hinc ex propria natura instigatus, ut sollicitetur circa temporalia, quibus sustentatur, timens ne sibi deficiat. Hec autem sollicitudo est prudenter, & diligenter moderanda, remouendo illum timorem inordinatum, quo, scilicet, quis timet, ne etiam laborando, & faciendo, quod in se est, non omitte curam salutis ait suus Deus non prouideat sibi, quod pertinet ad quandam diffidentiam. Ser. Do. G. Pep. Pars Aet. Ec boni-

bonitatis, & prouidentiae diuinæ. Et hoc utiq; peccatum est, Vnde Hicet. Labor exercendus est, sollicitudo uitanda, quæ scilicet, prouenit, ex huiusmodi diffidentia. Permaxime autem huiusmodi sollicitudo reprobatur in uiris perfectis, eo quod retrahit eos, ne sint solliciti de his, quæ pertinent ad salutem suam. Puer enim, pro quo pater, & mater continuè cogitant, & sollicitantur, non debet esse sollicitus de uero, aut uestitu, eò q; dicit parentes de ipso satis cogitant. Sic nec homo, & maximè uirtuosus debet esse nimis sollicitus de prædictis. Habet enim patrem in celis, qui de hoc satis cogitat pro eo. Vnde Luc. 12. Nolite solliciti esse animæ uestræ, quid manducetis, nec corpori uestro, qd indutiamini, scit. n. p. vester, quia his oībus indigetis. Et ideo sicut pulli auīi, nunquam sollicitant querere cibū, sed solū sollicitant clamare ad patrem, & matrem, qui satis sollicitant de ipsis, ita in propposito. Vnde adhuc nos admonet scriptura 1. Petri 5. dicens, Oem sollicitudinē uestrā projicientes in eū, s. in Deum, qm̄ ipsi cura est de uobis.

T E R T I A sollicitudo vocatur uirtualis, quæ consistit in operibus sanctis. Pro quo notandum, q; debemus sollicitati uirtualiter circa duo, uidelicet circa nos, & circa proximos nostros. Primo quidem, circa nos, in caendo ab insidijs diaboli. Item sensus nostros uidelicet custodiendo. Et ad hanc sollicitudinem nos admonet scriptura Deut. 4. dicens, Custodi temetipsum, & animam tuam sollicitate. Ad hanc etiam sollicitudinem nos admonet Salomon Proverb. 6. adducendo exemplum formicæ dicens, Wade ad formicam piger, & considera uias eius, & disce ab ea sapientiam, id est, prouidentiam, & sollicitudinem, quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, neque principem, congregat sibi in estate, & parat sibi in messe cibum. Sic homo in tempore uite presentis non debet pigrirari, sed sollicitari, quandiu potest sibi congregare merita bonorum operum. Secundò debemus esse soliti circa proximos nostros, procurando eorum salutem, quantum possumus, quia ut h̄ Eccl. 17. Vnicorū mandauit Deus de proximo suo. Vnde ad hoc faciendum nos iaduicit Apostolus 1. ad Cor. 12. & hoc sub exemplo corporis humani, ita dicens, pro iuuicem sibi sollicita sunt membra, scilicet ad iuuandum se mutuò, & sibi subueniendum. Permaxime autem hæc sollicitudo pertinet ad Prælatos, qui debent esse

soliciti de salute subditorum suorum. Item de procurandis eorum necessitatibus corporalibus, & prefertim si fuerint Prælati religiosi. Hoc autem voluit innuere Apostolus ad Roma. 12. cum ait, Qui p̄fet, in sollicitudine, ut pater erga filios. In cuius figuram legitur Thobie 10. q; cū iunior Thobias morā faceret in redeundo, sollicitus erae p̄ filio. Itē hoc modo debent esse solliciti coniuges alter pro altero, prout prius allegatum est ex uerbis Apostoli. Similiter & matrona de prouincie familia suę. In cuius rei signum dixit Christus hospitacū Marthę. Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Luc. 10. In quibus uerbis nō reprehendiāt à Christo de sollicitudine, sed de turbatione. Ecce ergo, qualiter debemus esse solliciti circa nos, & circa proximos nostros. Quam quidem sollicitudinem uult Christus, ut exerceamus.

Q U A R T A sollicitudo dicitur criminalis. Et hec sollicitudo est illa, qua peccatores, & viri mundani sunt solliciti de rebus huius seculi, ut pote, de diuitijs, & delicijs acquirendis, de honorib; officijs, & beneficijs obtinendis, & sic de alijs rebus trahitorij & uanis, in nullo solliciti de bene uiuendo, aut de celesti præmio cōsequēdo. Vnde tales in hoc sūt similes pueri, & fatus, qui sunt magis solliciti de rebus inutilibus, quā uilibus. Pueri enim non cessant opera puerilia facere, & circa illa multum se occupare, in quibus tamē nihil proficiunt, sed seipso maculant, pp qd à parentibus aliquā uerberant. Applicatio est facilis. Hanc ergo superflua, & excessiū sollicitudinē prohibet Apostolus ad Phil. 4. dicens, Nihil solliciti sitis, tali sollicitudine criminalis, quæ suffocat in hominē spiritum deuotionis, & oē desiderium pium, iustum, & sanctum.

P R O quo notandum, q; sollicitudo aliqua potest effici, & dici criminalis, siue mortalis ex parte triūm.

P R I M O quidē ex parte finis, ut pote, cum quis multum laborat circa t' alia, constituens in eis suū ultimum finē, s. illa plus diligendo q; Deum, aut salutem propriam. Et de hac sollicitudine pōt intelligi illud Eccl. 3. Peccatori dedit Deus afflictionē, & curā superflua, ut addat & congreget, supple, t' alia superflue, & ex nimio affectu. Deinde sequitur: Et hæc uana, & cassa sollicitudo est. Cassa quidē est, quia non quietat animum ipsius diuitis. Similiter est uana, quia nō affert rem stabilem, & permanentem, sed caducam, & transitoriam.

S E C V N D Ó aliqua solicitude potest dici criminalis ex parte materię, ut cum quis apponit studium, & diligentiam ad perpetrandum malum, ut potè, ad committendum furtū, adfornicandum, sive deflorandum virginem, ad decipendū proximum, ad se superfluè ornandum, sicut patet de multis mulieribus, quæ exponunt multum de tempore ad se ornandum uane, & pomposè, ut uideantur, & concupiscant à vi ris alienis, secus si à proprijs. Id ē practica de gulofis, qui sum mē sollicitantur, de uentre implendo, & pascendo preciosis, & delicatis cibis, & potibus. Item de ambitiosis, qui ualde sollicitantur de honoribus adipiscendis, & procurandis, cogitantes, quomodo possint fieri magni. Sed omnes tales de p̄c dictis solliciti, sunt ualde fatui, quia ut habetur Proverb. 11. Expectatio solicitorum, sup. de prædictis, peribit.

T E R T I Ó sollicitudo temporalium est criminalis ratio ne omissionis, quando, scilicet, est tanta, & tam inordinata, quod retrahit hominem à spiritualibus bonis, quæ sunt sue saluti necessaria, ita ut illa omitat, ut lucretur temporalia: Da exemplum de mercatoribus, qui ex nimia sollicitudine, & amore temporalium uagantur hincidit die festo, sicut nō festo, omittentes audire diuinam. Practica idem de artificiis, qui interdum operantur fortè in occulto in die festo, & hoc ex nimia sollicitudine circa temporalia acquirenda. Id ē practica de aduocatis, & procuratoribus, notariis, tabellionib, & similibus. Omnes enim tales, ac similes censentur peccare mortaliter per omissionem. Vbi autem quis in procurando temporalia nō uellet omittere spiritualia, & præferrim, quæ sunt ad salutem necessaria, quamvis ratione sollicitudinis diminuat in eo feruor deuotionis, ita ut tepeſcat circa huīusmodi spiritualia, talis tantum uenialiter peccat. Patet ergo, quod sollicitudo temporalium est criminalis, sive peccatum mortale triplici ratione. Et ideo rationabiliter eam non bis omnibus interdit Christus in præfecto Euangeliō, prout præmissum est in themate, cum ait. Nolite solliciti esse dicentes, quid manducabimus, &c.

I N præfenti ergo Euangeliō Christus principaliter tria facit. Primo dissuader diuinarum seruitutem, in principio Eu gelij. Secundò interdit nimiam sollicitudinem, ibi: Ideo dico uobis, &c. Tertiò concludit suam intentionem, ibi. Qua-

rite ergo primum, & cetera.

P R I M Ó igitur, &c. Pro quo notandum, quod sicut dicit Aug. Deus fecit hominem, ut summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo fruere tur, tali autem possessione, & fruitione summi boni, qđ Deus est, maximè impeditur homo per amorem inordinatum bonorum temporalium. Nam secundū eundem Augu. amor, & sollicitudo temporalium pōdus est animarum spiritualiū, impediens liberum homini uolatum ad superna. Igitur magister noster Christus, qui ex immensa charitate sua de celo ad terras nostras salutis caufa descendit, ut nos de terra ad celum subtraheret, ostendit nobis in hoc Euangeliō, qđ humana cupiditas nos à Dei seruicio retrahit. Et ideo ipse Christus intendit nos ab amore temporalium ad amorē spirituālium inducere, dissuadet nobis diuinarum seruitutem dicentes. Nemo potest duobus dominis seruire, scilicet, Deo, & Mammonę, uel Deo, & Diabolo, eō quod contraria uolunt, & præcipiunt suis seruitoribus. Nam Deus præcipit sibi seruentibus humilitatem, Diabolus uero superbiam. Itud etiam possumus referre ad Deum, & carnē, quibus nemo potest simul seruire. Deus enim præcipit penitentiā, caro verò uoluptrā. Similiter istud possumus referre ad Deum, & mundum, quibus nemo potest simul seruire, eō quod Deus diligit pacem, & unitatē, mundus uero bella, discordias, & uanitatē. Insuper istud possumus referre ad uirtutem, & uitium, quibus nemo potest simul seruire, eō quod uirtus uult, ut sibi mundū, & purę seruatur, uitium autem immundū. Ceterum hoc idem possumus referre ad spiritum, & carnē. His enim duobus nemo potest simul seruire, eō quod sibi mutuò aduersatur, quia ut dicit Apostolus ad Gal. 5. caro cōcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hęc enim sibi in uicem aduersantur. Caro enim est tanquam ancilla in regno anima, quę uidens, & sentiens, qđ eius domina, idest, ratio, uel anima aliquantulum illi complacet, mox proteruerit, & insurgit in eam. Quod bene præfiguratum fuit in Agar, ancilla Sarę Genes. 16. nota historiam. Patet ergo multiplex expositio prædictę ueritatis à Christo prolate, cū ait. Nemo potest duobus dominis seruire, scilicet, Deo, & Mammonę, idest, auaritię, uel Deo, & Diabolo, uel Deo, & mundo, uel

Dominica x v. post Trinit.

Deo, & carni, uel virtuti, & uirio, uel spiritui, & corpori, id pro uana gloria, & uera gloria, uel pro cœlestibus, & terrenis. Vnde contra illos , qui uolunt, aut credunt se posse seruire duobus dominis aliquo p̄dicatorum modorum, inuenit scriptura.3. Regum.18.dicens. Vsquequo claudicatis in duas partes ? Causam autem p̄dictæ impossibilitatis, scilicet seruendi duobus dominis ex equo , subiungit Christus, cum ait. Aut enim unum odio habebit, scilicet, Diabolum, non quidem naturam eius, sed uitium, & alterum diligit, scilicet Deum, unum sustinebit, scilicet, Diabolum, iugum eius portando, quod tamē grauiissimum est, & alterum contemnet, scilicet, Deum, opera eius delicijs, & cōcupiscentijs postponendo. Deinde aperte declarat Christus, quod prius dixerat, scilicet, quod nemo potest duobus dominis seruire, cum subiungit dicens. Non potestis Deo seruire, & Mammone.

M O R A L I T E R . Debemus summopere seruire Deo, & hoc propter tria, propter quæ quis libenter seruit alteri, quæ sunt facilitas, dignitas, utilitas. Primò igit, quis libenter seruit alteri, quando incipit facilia. Secundò qn̄ ille, cui seruit, est persona magnæ dignitatis, siue nobilitatis, utpote Episcopus, aut rex. Tertiò quando dat bonum salarium sibi seruientibus in fine seruitur sibi, siue termini . Propter igit hæc tria debemus libenter, hilariter, & ex corde seruire Deo . Primò quidem, quia non p̄cipit, nisi facilia, & leuia, sibi seruentibus. Nam ut habetur 1. Iohann. 5. Mandata domini graua non sunt, immo leuia. Vnde Matt. 11. ait Christus. Iugum meum suave est, & onus meum leue. Hoc autem figuratu fuit Gen. 29. ubi d̄ de Iacob seruiente auunculo suo Laban , q̄ uidebantur ei dies pauci p̄ amoris magnitudine, eò scilicet, quod diligenter Rachel. Per quā significat uita eterna . Quam cum quis h̄et p̄ oculis dies uite p̄sens, in quibus seruit Deo, vident illi pauci, quamvis subiecti multis, & magnis tribulatiōibus. Secundò debemus seruire Deo libenter, quia est maximæ dignitatis, & nobilitatis . De primo loquitur Apostolus ad Heb.9. uocans Christum Pontificem futurorum honorū. De secundo loquitur Iohan. Apoc. 19. nocans cum regem regum, dñm dominantium? Tertiò debemus seruire Deo libenter, quia dat optimum salarium sibi fideliter seruentibus, & p̄z capiē in fine, & termino seruitur sibi, id est, in morte, huicmo

di

Sermo I I . de Euang. 220

di autem salarium est regnum celorum, quia seruire Deo regnare est. Ecce ergo quare debemus libenter seruire Deo.

M O R A L I T E R , & per oppositum ad seruitutem Dei, debemus summopere uitare seruitutem Diaboli , & hoc pp tria, pp quæ quis subterfugit seruire alteri, quæ sunt uilitas, iniuitas, fatigabilitas . Primò igit quis non libenter seruit alteri, quando uidet, quod uult eum deputare ad uile officiū. Secundò quando uiderit, quod non uult dare sufficiens salarium, sed uult, quod gratis sibi seruiatur. Tertiò quando uidet, quod exigit, ut sibi seruiatur die, ac nocte, & sine requie. Propter hæc igitur tria debemus super omnia uitare seruitutem Diaboli . Primò quidem quia ipse vult, ut serui sui seruant illi in uilibus officijs, utpote in confectionib⁹, & ebrietatibus, item in uiliissimis operibus carnis, ut sunt luxuria, mollities, & similia. Vnde de seruo Diaboli rectè potest verificari illud. Sapient. decimoquinto. Luto uilior uita eius. Secundò ipse male salariari seruos suos , quia ut habetur ad Roma. 6. Stipendi peccati mors . Tertiò ipse exigit à suis seruitoribus, ut die, ac nocte sibi seruant, iuxta illud Hier. 16. Seruientis dijs alienis, qui non dabunt uobis requiem die, ac nocte. Propter hæc igitur debemus meritò subterfugere seruitutem Diaboli crudelissimi Tyranni , & dedicare nos seruitu domini nostri Iesu Christi, propter causas superius allegatas. Et tamen his non obstantibus multi potius uolunt se mancipare seruitio Diaboli , quām Christi . Contra quos loquitur Bernardus libro de perfecta conuersione regularium capitu, quadragesimoquarto. ita dicens . Popule meus quid debui tibi facere, & non feci ? Quid cauæ est, quod iniimico meo, & uestro potius liber seruire, quām mihi ? Neque enim ille creauit uos. Sed nec pascit. Neque ille, sed ego redemi uos. Sed quo precio? Nō utique corruptibilibus, auro, uel argento, sed proprio cruore uos redemi. Hecille. Et sic pater de primo principali.

S I C V N D ò principaliter Christus in p̄senti Euangelio intercidit omnibus nobis nimiam , & superfluum sollicitudinem circa temporalia, cum ait. Ideo dico uobis, ne solliciti sitis animæ uestræ, id est, uitæ uestræ, quid manducetis, neque corpori uestræ, quid induamini . Et nota, quid hic Christus prohibet sollicitudinem non necessariam ad huma-

Dominica x v. post Trinit.

nam uitam , sed superfluam , quam patiuntur illi , qui ultra decentiam sui status solicitantur de congregandis diuitiis , huius seculi . De duobus ergo loquitur Christus de quibus maximè solēt solicitari homines mundani , scilicet , de cibo , & uestimento . De quibus etiam erat ualde folicitus ille diues Epulo , de quo legitur Luc . 16 . quōd inducebatur purpura , & byssō , & epulabatur quotidie splendide . At uero serui Dei procul à se abiiciunt p̄dictām solicitudinem super fluam , dicentes cum Apostolo illud 1. Tim . 6 . habentes alimēta , & quibus tegaruntur : his contenti sumus .

N O T A N D V M ergo conformiter ad beatum Thomam 2.2.q.55.arti.6. quōd solicitude temporalium rerum potest esse tripliciter illicita . Primo quidem ex parte materiae , siue rei , de qua solicitamur , ut cum quis quarit temporalia bona , pr̄stigiens in ipsis finem suum , & ideo solicitantur de talibus congregandis , & conseruandis , sicut patet in auarice . Secundō ex parte studij superflui , & excessiui , quod apponitur circa procurationem , & congregationem temporalium . Propter quod quidem studium , & diligentiam nimiam retrahitur homo à spiritualibus bonis , quibus principalius inseruire debet . Propter quod dicitur Matthai 13 . quōd solicitude seculi suffocat uerbum , id est , fructum sancte p̄dicationis . Similiter in decretis dist . 49 . Hunc etenim dicitur quōd solicitude temporalium suffocat spiritualia . Tertio ex parte timoris superflui , quando , scilicet , quis timet , ne faciendo quod in se est , necessaria sibi deficiant .

H V N C autem timorem tripliciter excludit Christus in p̄senti Euangeliō .

P R I M O quidem propter beneficia maiora diuinitus homini p̄futura etiam pr̄ter eius solicitudinem , ut sunt corpus , & anima . Et hoc est , quod loquitur Christus dicens . Ne solliciti sitis animæ uestræ , id est , uite uestræ , quid manducetis , neque corpori uestro , quid induamini . Nonne anima , quam , supple , dedit uobis Dominus per creationem , est plusquam esca ? & corpus , quod similiter ille dedit uobis , est plusquam uestimentum ? Utiq; certè etiam sine comparatione . Qui igitur maiora dedit , utiq; minora dabit , dummodo deuoti cultores illius fueritis .

Sermo I I . de Euang.

221

S E C U N D O Christus excludit p̄dictum timorem propter subuentiōnem qua Deus animalibus , & plantis subuenit secundum propositionem sua naturæ etiam absque operi humano , eo quod habet prouidentiam de omnibus universaliter . Et hoc est , quod loquitur ipse Christus dicens . Respicite uolatilia cœli , &c . Item considerate lilia agri , quomodo crescunt . Est ergo ratio sua talis . Sapientes , qui sapienter gubernant domum suam , omnibus prouident , iuxta modum suum . Et si prouideret minimis animalibus , ut pote , canibus , equis , & aibus , multo magis prouideret filiis suis , & seruis . Sic est autem , quod Deus est sapientissimus gubernator omnium rerum . Cum ergo prouideat aibus de cibo , & potu , ut manifestè uidemus , ita quod absque sollicitudine earum , & opere seminandi , atque congregandi habeant , unde uiuant , item herbis , & uirgultis prouideret de tam nobili uestimento , ut sunt flores , qui dicuntur lilia , habentia tam pulchrum , & uiuacem colorem , quod Salomon nunquam fuit uelutus ueste talis coloris , nec tamen herbæ , seu uirgulta , quae hic dicuntur fenum , solicitantur ad faciendum sibi tale indumentum , quanto magis credendum est , & sperandum , quod Deus prouidebit de sufficienti cibo , & uestitu hominibus , quos fecit ad imaginem suam , tanquam nobiliores creaturas , dummodo , ut dictum est , faciant , quod in se est , tam laborando , quam deuotum famulatum illi exhibendo , tempore , & loco .

T E R T I O Christus in p̄senti Euangilio excludit p̄dictum timorem ex consideratione diuina prouidentię . Propter cuius ignorantiam gentiles principaliter solicitantur , circa bona temporalia querendā , dicens . Nolite solliciti , &c . Sequitur . Hac igitur omnia gentes , id est , infideles , inquirunt . Scit enim pater uester , &c . Et ideo concludit , quod nostra solicitude principaliter debet esse de spiritualibus bonis , sperantes quod etiam temporalia nobis proueniunt ad necessitatem humanæ uitæ , dummodo fecerimus , quod debemus . Est ergo ratio Christi talis . Gentes , id est , infideles , ideo solicitantur de congregandis bonis temporalibus , eo quod non credunt diuinam prouidentiam habere curam de actibus humanis , neque de istis inferioribus , sed qui possunt capere , capiat . Sed sic est , quod uos fidèles creditis Deū habe-

habere prouidentiam de hominibus. Ergo non debetis et cessinè, & superflue sollicitari de congregandis, & conseruandis temporalibus bonis, sed potius debetis laborando, & moderate uobis prouidendo spē uestram, & cōfidentiam ponere in domino Deo, & patre uestro cœlesti, qui scit, quia his omnibus, scilicet, iūctu, & uectitu in digeris. Et hoc est, quod scribitur Eccl. 2. Respice filij nationes hominum, & scitote, quia nullus sperauit in domino, & confusus est, per manit in mandatis eius, & derelictus est.

M O R A L I T E R. Notandum, quod Christus in presen-
ti Euangeliō principaliter intendit prohibere nimiam solici-
tudinem circa temporalia, & hoc proper multas rationes.
Prima est, qā huicmodi sollicitudo suffocat uerbū Dei, ne in
corde auditoris illius proficiat. Hoc autem probatur ex ver-
bis Christi in parabolā de semine. Luc. 8. ubi cum præmisset
aliud semen cecidisse inter spinas, & simul exortas spi-
nas suffocasse illud, tandem hoc exponens dicit, quod semē
quod in spinis cecidit, significat illos, qui postquam audi-
runt uerbum Dei, à sollicitudinibus, & diuitiis euntes suffo-
cant illud, & non referunt fructum. Secunda ratio est, quia
hominem illaqueat. Nam, ut dicit, Aposto. 1. ad Ti. ult. Qui
uolunt diuities fieri, incident in tentationem, & in laqueum
diaboli, & desideria multa inutilia, & nocua, que mergunt
homines in interitum, & perditionem. Item Eccl. 11. Si fue-
ris diues, non eris immunis à peccato. Tertia ratio est, quia
huicmodi sollicitudo multū retrahit à spiritualibus bonis,
ita ut nullus possit Deo, & temporalibus sumul seruire iux-
ta testimonium Christi in presenti Euangeliō. Quarta ratio
est, quia hominem affligit, iuxta illud uerbum Sapientis Ec-
cles. 1. Vidi in omnibus uanitatem, & afflictionem spiritus.
Quinta ratio est, quia humanam quietem inquietat, & impe-
dit. Nam communiter illi, qui sollicitantur de temporalibus,
uix quiete, & naturaliter dormiunt per unam horam, in re-
liquo autem somniant de suis negotijs, quia ut dicitur, Ec-
cles. 5. Multas curas sequuntur somnia. Sexta ratio est, quia
animam excecat. Nam sicut nummus appositus oculo cor-
porali impedit ipsum, ne uideat, sic seriam humana sollicitu-
do apposita oculo interiori ipsum priuar lumine ueritatis.
Et hinc est, quod auari, & usurarij non possunt recognoscere

re se errare, sed semper volunt defendere suam culpam, ed Φ
interius sunt excecati. Propter ergo prædictas sex rationes
debetis abuicere à nobis nimiam sollicitudinem circa tem-
poralia. Et sic patet de secundo principali.

T E R T I ò principaliter Christus in hodierno Euāgeliō
concludit suam intentionem dicens. Quærите ergo primum
regnum Dei, & iustitiam eius, & haec omnia, scilicet, tempo-
ralia, adiicientur uobis. Postquā ergo ipse Christus disuasit
sollicitudinem circa temporalia, hic tandem suadet sollicitu-
dinem circa spiritualia, dicens. Quærite primum regnum
Dei glo. interli. id est æterna bona, quia in istis inferioribus
bonis finis non est constituendus, sed tantū in superioribus.
Et quia finis est prior in intentione, ideo dicit Christus :
Quærite primum, id est, principaliter, regnum Dei, & iustitiam
eius. Vbi notandum, quod iustitia Dei, sunt omnia illa, quæ
Christus docuit esse obseruanda, quia ut dicit de eo Psalm.
Omnia mandata sua æquitas. Et haec omnia, scilicet, ad hu-
manam uitam necessaria, adiicientur uobis, tanquā accessio-
ria, quia ut dicitur de regulis iuris lib. 6. Accessoriū sequitur
naturam principalis, sicut qui habet agrum, habet fructus il-
lius. Sic est autem, quod temporalia sunt quoddam accessoriū
rum ad uitam eternam, pro quanto sunt instrumenta uir-
tutum bene illis utentibus, ideo congrue addidit Christus
dicens. Et haec omnia, &c.

M O R A L I T E R circa prædictum uerbum notandum,
quod aliqui querunt regnum, sed non Dei, ut sunt multi prin-
cipes terreni, quibus non sufficit propria hereditas, uerum
etiam volumne occupare, quasi totum mundum, in hoc similes
illi pagano, & tyranno principi Nabuchodonosor, de quo
legitur Judith. 2. quod deereuerat uniuersam terrā subiuga-
re suo imperio. Alij querunt regnum Dei, sed non iustitiam
eius, cuiusmodi sunt illi, qui nolunt ieiunare, nec opera po-
nalia facere, sed gratis, & absque labore regnum Dei possi-
dere, cum tamen dicatur de Christo. Luc. 2. 4. quod oportuit
eum pati, & ita intrare in gloriam suam. Alij uero querunt
regnum Dei, & iustitiam eius, ut sunt deuoti catholici, qui fa-
ciunt opera iustitiae, ut sunt ieiunare, orare, eleemosynam fa-
cere, & similia. Et talibus dabatur regnum Dei, cum dicetur
illis à Christo in die iudicij illud Matt. 25. Venite benedicti
patris

Dominica xv i. post Trinit.

patris mei, percipite regnum, &c. Queramus ergo charitatem regnum Dei feruenter, & deuotè orantes, atq; dientes illud Mat. 6. Pater noster, q; es in celis, adueniat regnum tuum. Quod nobis cōferat, q; in Trinitate pfecta uiuit, & regnat. Amen.

Dominica decimasexta post Trinitatem, Sermo primus de Epistola.

N C H A R I T A T E radicati. ad Ephesios. 3.
T R E S constat esse theologicas uitutes, uidelicet fidem, spem, charitatem. Per fidem illuminamur, ut uideamus, quo tendimus. Per spem ambulamus, ut ad celestem gloriam perueniamus. Per charitatem cum Deo coniuncti gimus, ne ab eo separemur. Veruntamen quo ad huiusmodi charitatē homines se habent in triplici differentia. Sunt enim nonnulli, qui ab ea omnino sunt separati, ut sunt demones, pagani, & infideles. Vnde Apostolus. 2. Cor. 6. Quæ, inquit, participatio iustitiae cum iniuste? aut quæ societas lucis ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? id est, ad diabolum. Nisiquam enim similis esse possunt Christus, & diabolus, iuxta illud Luc. 1. Qui non est mecum, contra me est. Cum ergo diabolus habitet cōtinuò cum infidelibus per culpam, consequens est dicere, q; nunquam cum illis habitat Christus, per charitatem. Alij uero interdum habent charitatem, sed hoc solum ad tempus, eò q; non sunt in ea radicati, & fundati, ut sunt multi Christiani, qui interdum feruent in charitate Dei, & proximi, sed hoc parum durat, quia in tempore tentationis statim ab ea recedunt. Alij autem habent charitatem, non ad tempus, sed perseveranter, ut boni, & iusti, quales fuerunt Christi Apostoli post receptionem Spiritus Sancti. Item nonnulli alij, qui ex speciali Dei priuilegio nunquam à charitate excidetunt. De quibus recte potest intelligi predictum uerbum Apostoli. In charitate radicati.

I N presenti ergo Epistola Apost. tria principaliter facit. Primo suam affectionem indicat in principio Epistole. Secundo ad charitatem nos prouocat, ibi.
In charitate radicati, &c.
Tertio ad Dei laudem excitar, ibi.
Ei autem qui potens est, &c.

Sermo i. de Epist.

223

P R I M O igitur doctor Ecclesiæ Paulus affectu suum erga filios suos, qui sunt generaliter omnes deuoti catholici, indicat in principio Epistole hodiernę dicens: Fratres obsecro uos, ut deficitatis in tribulationibus meis pro uobis. Circa quod notandum, q; quando Apostolus scripsit hanc Epistolam Ephesij, qui erat in Asia, ipse erat Romæ in carcere positus, uincitus, & catenatus quartū ad corpus, sed tamē quantum ad spiritum erat liber, nec erat in eo uerbum Dei alligatum, ut ipsemet dicit. 2. ad Timo. 2. Erat ergo sollicitus more boni, & pīj patris de salute filiorum suorum, quos hic uocat fratres. Et quia nō poterat eos uisitare, aut consolari corporaliter, ideo ipsos consolaturi scripto, obsecrans eos, id est ob sacra rogans, ut pote propter honorē passionis Iesu Christi, uel simile, ne deficient, id est, ne cadant à fide, & charitate in tribulationibus eius, id est, nō obstantibus tribulatiōnibus suis, quas ipse patiebatur ppter illos, eò q; p̄dicasset illis, & multis populis fidē Iesu Christi. Ipse n. optimē nouerat, q; cum pastor est in tribulatione positus, ues frequenter dispergunt hincinde, iuxta illud uerbū Zach. 13. Percute p̄ florē, & dispergerūt ues gregis. Obsecrat ergo Christi Apostolus Ephesios, ne illis taliter cōtingat, sed potius permaneat in fide, & charitate Iesu Christi. Sequitur. Quæ est gloria uestra, id est, tribulationes mæcedent uobis ad magnā gloriā in futuro, si modō nō deficitatis in presenti fide, & charitate. Ut ergo ipse Epheſij nō deficient, siue non cadant à fide non obstantibus tribulationibus ipsius Apostoli, ipse orat feruenter Dñm pro illis. Et hoc est, quod loquitur dicens. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Dñi nostri Iesu Christi, &c.

M O R A L I T E R . Notandum iuxta illud uerbū. Ne deficitatis in tribulationibus, quod circa tribulationes uitæ presentis se habent homines tripliciter.

P R I M O enim nonnulli sunt, qui quasi nunquā tribulan tur, seu aduersitate patiuntur, sed quasi continuò prosperantur, & sanitate corporali perfruuntur. Et tales beatificat mundus, atq; felices p̄dicasat, dicens: Talis est multum felix, eò q; nunquā infirmatur, aut quācunq; aduersitate patitur. Vnde Psal. Beatum dixerunt, sup, homines mundani, populum, cui haec sunt, id est, cui arrident prospera. Sed reuera tales sunt ceteris infeliores. Vnde Boetius de conso.lib. 2. profa. 8. Etenim,

Etenim, inquit, plus reor hominibus aduersam, quam prospicram prodicere fortunā. Illa instruit, hæc fallit. Prospera à uestro bono deuos blanditijs trahit, aduersa plerumq; ad uera bona reducens uelut unco, idest, tenaculo retrahit. Hæc ille. Dicit etiā Hiero. 3. parte Epistolarū suarum Epistola. 62 sciens ad amicū egrotum, q; infelicitatis est aduersa nescire, felicitatis aut̄ est, cū aduersis nosse cogredi, & scire pugnare. Item Aug. li. 3. questionē. noui & ueteris testamēti. quēst. 18. dicit, q; dolet verus Christianus, si felix uideatur in seculo, cū Christianorū dignitas, & felicitas nō sit promissa in terris, sed in celis. Et breuiter illi sunt infelices, qui semper prospicuntur in præsenti, qd̄ continuus successus temporalium euidentissimum est reprobationis indicium, ut dicit Greg. & Senec. lib. 1. de providentia. Nihil, inquit, mihi uidetur infelicius eo, cui nihil unquā euenerit aduersi. Et post pauca. Misericordia te iudico, qd̄ nunquam fuisti miser. Hæc ille.

S E C V N D O aliqui tribulabantur in præsenti, sed citò deficiunt à bono fortitudinis, & uirtutis sub ipsius tribulationibus. Et hoc ideo, quia sunt adhuc imperfecti in uia Domini, & quasi pueri, qui citò deficiunt ab inceptis. Vnde de talibus pōt rectè intelligi illud Esa. 40. Deficient pueri, & iuuenes in infirmitate cadent. Ad propositū, pueri, & iuuenes designat imperfectos, qui ad modicā tribulationē, aut infirmitatē deficiunt à bono incepto, & per impatientiā turbant, iuxta illud Iob. 4. Nunc uenit sup te plaga, & defecisti. O' quot Christiani in uia tormentorū negauerūt nomen Christi, forsitan solo ore, quāns corde semp tenerent rectā fidē, qui tñ propertea p̄ fecato nō excusantur, quia ut dicit Apostolus, ore confessio fit ad salutē, scilicet imminentē mortis periculo, in quo exigunt ad hoc, q; quis saluetur per fidē, q; cōfiteatur ore illud, quod credit in corde. Vnde secundū hoc legitur de beato Vibano Papa, q; fuit bis cōfessor. Nota de beatis martyribus, & fratribus Marco, & Marcelliano, quos cū videret Christi egregius miles Sebastianus quasi sub tormentis deficeret, in mediis se obiiciēt dixit. O' fortissimi milites per nimia virtutē fortiter pertigistis ad palmā, & nunc p̄ misera blandimēta, sup. paternum, & amicorū, coronā depositis semipiternā? Ad hancigit, & similia uerba armati p̄dicti duo fratres uirtute fidei, & fortitudinis, morte pro Christi noīe patientissimē toleraverūt.

T E R T I O

T E R T I O aliqui tribulabantur in præsenti, qui armati uitestate fortitudinis, & patientiæ non deficiunt in tribulationibus, sed omnia euanimite sustinent, etiam quandoq; gaudentes sub ipsius tribulationibus. Et tales fuerunt Christi Apostoli, de quibus legitur Act. 5. Quod cum Principes legis Iudeorum fecerint eos flagellari, atque illis prohibuissent, ne amplius loquerentur in nomine Iesu, forasque illos emiserint, ipsi ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habitu sunt pro nomine Iesu cōtumeliam pati, nec ceserant euangelizare Christum. Tales etiam fuerūt uici Christi martyres, qui fortes facti sunt in bello contra tyrannos, & hostes fidei Christiana, inter quos, ut dicit Apostolus ad Heb. 11. aliqui ludibria, & uerbera experti, insuper & uincula, & carcere, lapidati sunt, sceti sunt, centati sunt, in occisione gladij mortui sunt, de quibus omnibus, ac similibus tandem subdit Apostolus ubi supra dicens. Et hi omnes testimoniū fidei probati sunt, idest, probi inueniuntur. Ecce qualiter sancti Dei martyres non defecerunt in tribulationibus, sed usque ad mortem inclusi certauerunt pro iustitia, sup. de fendenda, ut habetur Eccles. 4. Et nota, quod hinc accipitur iustitia, non prout est uirtus specialis, sed prout est uirtus legalis, & quæ se extendit ad omnem uirtutem, etiam ad fidē. O' igitur charissimi, si quid patimini propter iustitiam, cautele non deficiatis in tribulationibus, prout nos omnes genera, liter admonet Apostolus in principio epistolæ præfentis, dicens. Fratres obsecro uos, ne deficiat. &c. Moraliter. Etiam notandum, quod ecclesiæ prælati instar diui Apostoli Pauli debent flectere genua ad patrem domini nostri Iesu Christi, humiliter, & deuotè orantes, & ipsum deprecantes, nedum pro se, uerum etiam pro subditis suis, ne deficiant in tribulationibus, idest, sub aduersitatibus huius seculi. Cum ergo uident suos subditos affligi peste, fame, aut gladio, idest, bello, tunc debent instantius interpellare Dei misericordiam pro ipsis. Tum quia sunt mediatores inter Deum, & populum. Tum quia ad hunc finem dantur eis decime, & oblationes sub editis, & quantum ad hoc dicuntur peccata populi comedere. Vnde de istis duobus simul loquitur decretū. 1. q. 1. ipsi sacerdotes, ita dicens. Ipsi sacerdotes pro populo interpellant, & peccata populi comedunt, quia suis præcibus ea

ea delent, atque consumunt. Qui quanto digniores fuerint, tanto facilius in necessitatibus, pro quibus clamāt, exaudiuntur. Propterea Iohel. 2. dicitur. Inter uestibulum, & altare plorabunt sacerdotes ministri domini, & dicent. Parce domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam, id est, populum christianum, in perditionem. Sed proh dolor, hac tempestate pauci prælati flectunt genua ad Deum patrem pro subleuandis tribulationibus, necessitatibus, atque aduersitatis subditorum suorum, sed permitunt eos multipliciter tribulari tam interius, quam exterius. Sed neque multi eorum flectunt genua ad dominum pro proprijs peccatis diluendis, qui tamen optimè nouerunt illa flectere coram propiciis pro captanda benevolentia eorum. Mentior, si non uidi quandam cardinalis assistentem, quasi simplicem cancellanum; misere, quam dicebatur coram quadam domina, cui ille humiliter, & genuflexo obtulit patenam sumptam dealteri osculandam. Et breuiter hac tempestate multi prælati ad tam miseram, & mundanam deueniuerunt uitam, ut opus sit subditos pro ipsis ad dominū genua flectere. Sed de hoc haec tenus. Et hæc de prima parte præsentis epistole.

S E C V N D O principalius Apostolus in hodierna epistola ad charitatem nos prouocat dicens. In charitate radicati, & fundati, super sitis, & hoc ad modum arboris. Nam sicut arbor bene radicata in terra, non facile à uento, & tempestate deicxit, sed firmiter stat, ita & illi, qui sunt spiritu liter, bene radicati in charitate Dei, & proximi, non facilis inde deicciuntur. Taliter autem radicatus erat, & fundatus in charitate Dei idem Apostolus Paulus, prout de seipso loquens ad Rom. 8. dicebat. Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, angustia, an persecutio, an famæ, an nuditas, an periculum, an gladius. Ac si aperte dicaret, quod nullum prædictorum incommodorum poterat cum separate à pœdicia charitate. Vnde postea subdit. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli. Vbi nota, quod hic, ipso dicit Angeli, loquitur per impossibile, neque instantia, id est, præsentia, bona, uel mala, neque fortitudo, id est, uolentia, neque altitudo humanæ potentiarum, neque profundum, id est, infernus, id est, si diabolus monstraret mihi infernum aperatum, & minueret præceptum, neque creatura alia potest.

Et nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Ecce, quam optimè radicatus in charitate, dominus erat diuus Apostolus, ita ut tatum eum diligenteret, quod nihil ipsum ab eo separari posset, hoc autem patuit in esse eu, quandoquidem fuit hac de causa in carcerebus frequenter dure reclusus, ter uirgis cæsus, semel lapidatus, & ter naufragium passus. Et sic de multis alijs, quæ de seipso enumera. 2 ad Corint. decimotertio.

Q V Ò si sit, quæstio de charitate ad proximum similiter in ea ualde radicatus erat idem Apostolus, ut pater in maximis laboribus, quos pertulit annis ferme. 35. in procurando salutem proximorum. Eadem etiam charitatem ad proximum ipse id est professus est verbo in epistolis suis, quas dueris in nationibus scriptis, & destinavit. In quarum exordio, cù in ecclesia leguntur, premitti solet nomine ipsius. Fratres. Et breuiter in tantum dilexit proximos suos, quod optabat anathema esse à Christo pro fratribus suis, id est, ad tempus diuidi à Christo, non quidem per amissionem charitatis ipsius Christi, sed per retardationem futuræ gloriae. O' igitur magna, & indicibilis charitatis diui Pauli ad Deum, & ad proximum. Bene ergo imo optimè ipse in charitate radicatus, & fundatus erat. Insuper idem optat de nobis, dicens. In charitate radicati, & fundati, super sitis fratres mei. Studemus ergo charissimi adimplere uotum, & desiderium fratris nostri Pauli, intendentes charitati Dei, & proximi.

S E Q U T U R in texu. Ut possitis comprehendere, id est, perfectè intelligere, cum omnibus sanctis, id est, sicut omnes sancti, quam sit, id est, quanta debeat esse latitudo, longitudo, & sublimitas, & profundum. Scire etiam supereminentem, &cæ.

M Y S T I C E prædicte quatuor dimensiones possunt referri ad Dei immensitatem. Ipse enim Deus adeo est immensus, quod est lacus, longus, sublimis, & profundus, etiam plus quam omnia alia à se. Vnde de istis quatuor dimensionibus omnipotentis Dei loquens Iob. 11. dicit sic. Excelsior cælo est, & quid facies? id est, quomodo ipsum perfectè comprehendere poteris? Profundior inferno, & unde cognoscere? super ipsum perfectè. Longior terra mensura eius, id est, immensitas eius. Latior mari, quia attingit à fine usque ad finem.

nem fortiter. De ipsis etiam quatuor dimensionibus loquitur diuina sapientia Eccl. trigesimoquarto. dicens. Gyrum cœli circuiui sola. Ecce sublimitas . Et profundum abyssi penetraui. Ecce profunditas. In fluctibus maris ambulau. Ecce longitudi. Et in omni terra steti. Ecce latitudo . De tribus etiam dimensionibus Dei, scilicet, de sublimitate, profunditate, & latitudine simul loquitur Psalm. dicens. Quod ibo à spiritu tuo domine, & quod à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illuc es. Si descendero in infernum, ades. Si sumperio pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Ex quo patet, quod impossibile est subterfuge re Dei præsentia, quia ut Sap. i. Spiritus domini replevit orbem terrarum. Et ideo consideratio dicta diuinæ præsentia debet meritò retrahere unumquemque nostrum a peccato etiam quantumcunque occulto.

PRAEICTAM autem quadruplicem dimensionem omnipotentis Dei expponens Grego. in mora. lib. ro. dicit, quod prædictæ dimensiones debent spiritualiter intelligi, quia nefas est (inquit) iuxta corporea lineamenta de Deo sentire. Est ergo Deus cœlo excelsior, quia in circumscriptione sui spiritus cuncta transcendit. Est inferno profundior, quia portat oia verbo uirtutis sua. Est terra longior, quia creatura modum, & durationem perennitatem suæ aeternitatē excedit. Est mari latior, quia rerum temporalium fluctus sic regendo possidet, ut omnes sub omnimoda potentia sua præsentia coangustando circundet.

ITEM aliam expositionem prædictarum dimensionum immensitatis Dei ponit idem Greg. ubi sup. dicens, quod celi appetatione possunt Angeli designari, per infernum demones, per terram homines infi, per mare homines peccatores. Est ergo sensus, quod Deus excelsior est cœlo, quia spiritus angelici uisionem tantę excelsitudinis non penetrant perfecte. Item profundior inferno est, quia malignorum spirituum alluvias longè subtilius, quam ipsi putauerant, iudicans dominat. Item est terra longior, quia longanimitatem nostram patientia diuinę longanimitatem exuperat, quæ nos, & peccantes tolerat, & conuersos expectat ad premia remuneratio-nis. Item est mari latior, quia ubique peccantium retribu-

tionis suæ præsenta occupat. Hæc Grego. ubi sup.

VEL dic, quod prædictæ quatuor dimensiones possunt referri ad quatuor conditiones misericordie diuinae. Ipse nō est sublimis, quia remunerat ultra condignum. Vnde Ps. Coronat te in misericordia, & miserationibus. Item est profunda, quia punit circa condignum, iuxta illud Iac. 2. Super exaltat misericordia iudicium. Item est longa. Psalm. Misericordia eius ab aeterno, & usque in aeternum super timenes eum. Item Luc. 1. Misericordia eius à progenie in processus timentibus eum. Insuper est lata, quia teste Psalm. Misericordia domini plena est terra.

MORALITER prædictæ quatuordimensiones demonstrat charitatē creatā, quæ debet esse sublimis, profunda, longata. Primo quidē sublimis per dilectionē Dei super oīa. Secundū profunda per dilectionē, quā debemus habere ad ilias pauperes aīas, quæ affliguntur in purgatorio, ibi expectantes nostrum auxilium. Tertiō longa, quia ut dī. 1. ad Cor. 13. Charitas nunquam exedit, idest, nunquam excidere debet, sed ingrater in præsenti, & in futuro in nobis permanere. Quartū lata, quia usq; ad inimicos se extendere debet. Fides n. & spes possessore suū nō excedunt. Secus autē de fratre earum charitate, quæ ad omnes quantumcunque loco, & cultu distantes se extendit, præter quām ad damnatos. Hinc psalm. ad dominum loquens ait. Latum mandatum tuum, scilicet, de dilectione proximi, nimis, idest, ualde.

MORALITER etiam notandum iuxta prædictū uerbum. In charitate radicati, & fundati, quod meritò debemus radicari, & fundari in charitate, & hoc signanter triplici ratione, uidelicet, ratione.

Fructificationis, Durationis, Perfectionis.

PRIMÙ quidē ratione fructificationis. Nam sicut fructus arboris procedit originaliter, & principaliter à radice ipsius arboris, sic ratio, & ualor meriti cuiuslibet boni operis procedit à radice charitatis, sive illud sit eleemosyna, sive ieiunium, aut peregrinatio, uel oratio, aut aliud simile. Propterea dicit Aug. ser. 2. dominica secundū post octa. Epiphania, quæ sicut arbor, quantumlibet pulchra sit, & fructifera, nō potest uiuere absque radice, ita neque bona opera absque charitate pesuerare possunt. Item etiam August. de uerbis

Dominica xvi. post Trinit.

Domini ser. 12. dicit, q̄ sicut radix omnium malorum est cupiditas, teste Apost. 1. ad Timo. 6. ita radix omnium honorū est charitas. Deinde subdit dicens. Extirpa ergo o homo cupiditatem, & planta charitatem. Dicit etiam Greg. q̄ non potest ramus proferre fructum boni operis, nisi manferat in radice charitatis. Quod autē à charitate procedat omnia bona opera saltem imperatiū, probat Apost. 1. ad Corin. 13. dicens. Charitas patiens est, benigna est, &c. Et idem potest dici de alijs bonis operibus.

S E C U N D O ratione durationis. Fides enim, & spes habent tantum locū in præsenti uita, at uero charitas nunquā excidit, ut dicit. Apost. ubi supra. Quod quidē uerbū non debet sic intelligi, q̄ nullus habens charitatem possit eam amittere salte pro præsenti, sicut aliqui hereticī dixerunt. Sed verbum prædicti intelligitur de charitate perfecta uia, quem habuerunt quicunque fuerunt in gratia, & charitate confirmati, ut Apostoli post susceptionem Spiritus Sancti. Item in utero sanctificati, ut Iohan. & Hier. aut omnino à peccato præseruati, ut Virgo Maria. Item intelligitur de charitate patriæ, quam nullus beatus perdere potest, ut certum esse constat.

T E R T I O ratione nobilitationis, sive pfectiōnis. Cōstat enim secundū theologos uirtutes theologicas præcellere ceteras uirtutes, sive morales, sive intellectuales, aut physicas. Et adhuc inter eas cōstat charitatem esse nobilitatem, & perfectionem, iuxta testimonium Apostoli dicens. 1. ad Cor. 13. Maior horum est charitas. Ecce nobilitas, & perfectione ipsius charitatis. Vnde meritè designatur per aurum, quod est preciosius omni alio metallo. Vnde Apoc. 3. Suaedo, inquit, lobī emere aurum ignitum, idest, feruentem charitatem, ut locuples fias. Propter hanc igitur, & his similia debemus libenter manere in charitate Dei, & proximi, atq; in ea firmiter radicari, & fundari, ut non de facili ab ea deuoluamur.

R E V S V M. Apostolus rediens ad charitatem Christi nos admonet, ut contemplemur in nobis, quanta illa fuerit, dicens. Scire etiam supereminentē scientiæ charitatem Christi. Quasi dicat. Fratres mei charissimi, hortor uos, ut diligenter consideretis, quanta charitate Christus dilexit uos. Nam illius charitas supereminet scientiæ, idest, non potest plenē

Sermo I. de Epif.

27

plenē sciri, nec estimari à nobis. Nec sapientia huius mortali sufficit ad intelligendum dictam corrītam Christi. Nam secundum mundanam sapientiā, ipse ueritatem dulce esse in hoc, quid se pro nobis uermiculis, & peccatoribus ueritatis & indignis morti tradidit. Vnde mors excessus in scriptura uocatur, prout legitur Luca. 9. Quod Moyses, & Heliás loquebantur, cum eo, scilicet, in hora transfigurationis sua de excessu, quem completerus erat in Hierusalem. Ite. Fine norum tertio. Recordare paupertatis meæ (inquit Christus) & transgressionis, idest, excessus mei. Hinc psalm. ait deo loquens. Magnificauit dominus facere, cum eis, scilicet, hominibus. Ecce ergo quantam charitatem nobis exhibuit Christus in sua sanctissima passione, quæ tanta fuit, ut ab humano corde estimari sufficienter non possit. Et sic parter secundo principali.

T E R T I O principaliter Apostolus in præsenti epistola ad Dñi laudem pariter, & gratiarum actionem nos excitat, cum in fine eiusdem subdit dicens. Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter, quam petimus, aut intelligimus, &c. Ac si aperte diceret. Charissimi, laudemus dominū Deum, & gratias agamus, ed q̄ potes est omnia facere superabundanter, q̄ petimus, aut intelligimus. I. plusquam petere sciamus, iuxta illud Ia. 1. Dat oībus affluerenter, & non improparet. Vñ Zacharij oranti dixit Angelus dñi. Ne timeas Zacharia, qm̄ exaudita est oratio tua, idest, extra audita, dando tibi plusquam petras, ubi glo. Donati est tibi magis, quam petisti. Rogasti. n. pro liberatione plebis, & donatus est tibi p̄cursor. Vñ & in quadā collecta ecclesiæ oramus dñm dicentes. Dimittas, quæ conscientia metuit, & adjicias, q̄ oratio nō presumit. In cuius ēt rei testimonii legitur 3. Re. 3. qdñs dixit Salomon, qui perierat sapientiam à domino ad regendum populum suum. Eccē dedi tibi ēm sermones tuos, & dedi tibi cor sapientis, & intelligentis, &c. Sed & hæc, quæ non postulasti, dedi tibi, diuitias, scilicet, & gloriā, &c. Ecce quomodo dñs dat, plusquam ab eo petatur, dummodo iusta sit petitio. Nec quidem mirum, quia potens est oīa facere, idest, dare superabundanter, quam petimus. Insuper ipse idem est potes dare nobis in alia uita superabundanter, quam intelligimus in præsenti, quia oculus non vidit, nec auris audiuit,

Dominica x vi. post Trinit.

nec in cor, id est, in intellectu hominis ascendit, qui preparamauit Dominus his, qui diligunt illum, ut habetur. i. ad Cor. i. & sumitur ex dictis Esa. 64. Et ergo (inquit Apostolus) qui potens est omnia, &c. Ipsi gloria in Ecclesia, id est, per universam Ecclesiam, & in Christo Iesu, id est, pro eo quod ipse dedit nobis in precio nostro redēptionis Christi Iesum filium suum. In omnes generationes fēciliū fēculorū, id est, in perpetuā fīlli, supple gloria, & gratiarum actio de tanto beneficio.

N O T A N D V M ergo, iuxta predicta, quod si queratur quare debemus gloriam, & gratiarum actionē dare Dño Deo, respondet Apostolus, quia potens est omnia facere superabundanter, quamē pētimus, aut intelligimus. Itē si queratur ubi danda est illi gloria, respondet Apostolus, quod in Ecclesia. Vnde Psal. Laus eius in Ecclesia sanctorū, id est, in cōgregatione Christi fidelium. Item si queratur quare debemus Dō Patri dare gloriam, & gratiarū actionē, responderet Apostolus, quod in Christo Iesu, id est, ob reuerentia Dñi nostri Iesu Christi, quem nobis dedit in salutē. Item si queratur, quādiū debemus Dño Deo dare gloriam, & honorē, atq; gratiarū actionē, responderet Apostolus, quod in perpetuū, qui in omnes generationes fēculorum. Quod ubi sic fecerimus, absque dubio ad aeternā fēculorum. Quod ubi sic fecerimus, absque dubio ad aeternā gaudia perueniemus. Præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre, &c.

Dominica sextadecima post Trinitatem, Sermo secundus de Euangeliō.

DE F V N C T V S effebatur filius unicus matris suæ. Luc. 8. Pro introductione præsentis sermonis mouetur quēstio talis. Cur interdū Dominus rapit per mortem elegantes iuuenes, qui mundo possint esse utiles? Ad hoc respondetur, quod propter multas rationes, sed de multis tantum adducemus quatuor.

P R I M A igitur ratio sumitur ex parte parentum, quorum culpā interdum vindicat Dominus super ipsos parvulos, & iuuenes. Multe enim abominationes, bestialitates, & dissolutiones sunt ab aliquibus nefandis hominibus in matrimonio, ita ut uis multi différant à brutis, iuxta illud

Sermo ii. de Euang. 228

Iud Psal. Homo cum in honore esset, non intellexit, compatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Vnde Thobie. 6. legitur, quod angelus Raphael dixit Thobie iuniori, quod illi, qui coniugium ita suscipiunt, ut Deum à se, & à sua mente excutiāt, & luę libidini ita uacent, sicut equus, & mulus, quibus nō est intellectus, habet potestatē demoniū super eos. Interdū tamen talibus parcit Dominus suo oculū iudicio, ne in propria persona puniantur in præsenti téporali. Punit tamen quandoq; eorum nequitiā in filios, siue exigitudines uarias illis immitendo, siue totaliter eos de me dio auferendo. Et hoc est, quod loquitur ipse Dominus Exo. 20. dicens: Ego fortis Dominus, zelotes, uisitans iniquitatē patrum in filios, in tertiam, & quartā generationē eorum, qui oderunt me. Et de hoc habemus historiam. 2. Reg. 12. de illo parvulo, quem generat David adulterando cum Bersabe, qui inuidiā peccati patris mortuus est. Vnde ibidem legitur, quod Nathan Prophetā Domini dixit ad eum: Non morieris, ueruntamen quoniā blasphemare fecisti inimicos nomen Domini propter uerbum hoc, filius, qui natus es tibi, morte morieris. Sed qualiter fecit David per adulterium suum inimicos blasphemare nomen Domini? Certe in hoc, quod idololatre, seu gentiles videntes ipsum David cecidisse in adulteriū dicebant, aut saltem dicere poterant, Deū Israel nō esse iustū, quod deposito Saulē à regno substituit illi David, qui fuit eo deterior, quia adulter. Et sic patet de prima rōne.

S E C U N D A ratio sumitur ex parte ipsorum filiorum, quorum aliqui sunt boni, alii mali. Boni ergo filii interdum auferuntur de medio, ne diutius uiuendo fiant participes nequitiā, & iniurias parentū, et quod cōmuniter patrem sequitur sua proles, & tandem fiant participes penē eorundē in inferno, quia ut dicit Greg. Quos una culpa claudit, una pena tener. Hinc Sap. 4. de bono adolescentē dicitur: Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Haec autem uriosa mutatio, siue deceptio plurimum accidit ipsis iuuenibus ex frequenti cohabitatione, & frequentatione cum parentibus malis, & uitiosis, quia ut dicit Hiero. 3. parte epistolā suarum Epistola. 85. talis efficit homo, qualium societate fruitur. **L**e post pauca. Plusquā impossibile puto, uirum diutius in bonus permanere.

Dominica xv i. post Trinit.

nere operibus, qui malorum assidua conuersatione utitur, Vnde ad propositum querit August. lib. 1. questionum novi, & veteris testamenti, q̄est. 13. quare ex decreto diuini iudicij infantes in Sodomis simul cum parentibus cremati sunt. Et responder dicens, ne diu viuentes exempla sequerentur parentum. Deinde post pauca subdit, dicens, quod difficile est natos, id est, filios inter nequissimos educatos, uel conuersatos, mentem suam temperare ad disciplinam Dei sequandam. Vide ergo, inquit, si non bene actum est cum filijs perditorum hominum. Hæc ille. Patet ergo, quod utile est aliquando bonis filijs citò per mortem tolli de medio. Similiter malis filijs utile est saltem per accidentis citò mori, ne scilicet, diu uiuendo apponant iniuriam super iniuriam, & tandem grauius damnentur. Quod ergo diabolus rapuerit quandam paruulam exatris quinque annorum de sinu patris, de quo meminit Greg. in suo dialogo lib. 4. de utilitate eius factum esse non dubito, quia diutius uiuendo forsitan deterior factus, tandem grauius supplicium pati habuisset in inferno.

T E R T I A ratio sumitur ex parte mundi, id est, mundorum hominum, & multitudinis peccatorum, qui nō sunt digni præsentia bonorum infantum, & iuuenium. Da exemplum de malis parentibus habentibus bonos, & electos iuuenies. Item de bonis iuuenibus habitantibus in claustro, ait Ecclesia collegiata, cum malis. Nam quandoq; in poemam dictorum malorum tollit Dominus bonos de medio eorum. Et hoc est, quod ait Apostolus ad Heb. 11. de talibus loquens: Quibus, inquit, dignus non erat mundus. Dicit etiam Greg. in suo dialogo, li. 3. q̄ malitia remanente in terra merevit, ut hi, qui prodeste poterant, festinè, & citò subtraheantur.

Q V A R T A, & ultima ratio sumitur ex parte Dei, quij ut se ostendat Dominū mortis, & uitę, nedum respectu senum, verum etiam iuuenum, ac paruolorum, nunc rapit per mortem senem, nunc iuuenem, nunc adolescentem, instar falcis, quæ decidunt in terrā herbam uarentē, sicut & siccām. Si enim soli senes, & decrepiti morerentur, mors nō videtur dependere ex Dei voluntate, aut prouidentia, sed potius ex curia, & dispositione naturæ. Insuper si sic, nunc multi iuuenes p̄ diu uiuendit multa illicita perpetrant, dicens illud Sap.:

Venite

Sermo 1. de Epif. 229

Venite, fruamur bonis, quæ sunt, & utamur creatura, tanquam in iuuentute celeriter. Vino precioso, & ungue, nos impleamus, & nō ptereat nos flos temporis. Cotoneamus nos rosis, nullū prætū sit, qd̄ nō pertranseat luxuria nostra. Vbiq; reliquamus signa letitiae. Opprimamus pauperes iustū, & nos parcamus uidue, nec veterano, nec reuereamur canos multi temporis. Sit aut̄ fortitudine nostra lex iustitiae. Hęc igit̄, & his similia dicent multi iuuenes, & fortes, ubi dñs solū uocaret, senes per mortē. Et ideo, ut ostendat se esse uniuersaliter dñm uitę, & mortis, & se esse solū, qui mortificat, & uiuiscitat, uocat et adolescentes ab hoc seculo per mortem, quāuis iudicis hominū possint esse huic mundo utilites. Hoc aut̄ in effectu paruit in historia præsentis euangelij, in qua legitur, q̄ quidā adolescentes defuncti efferebatur filii unicus matris suæ, prout præmissum est in themate.

In præsenti ergo euangelio de tribus personis principali sit mentio, uidelicet.

De defuncto adolescenti.

De matre lugente.

De Christo succurrente.

P R I M O igit̄ &c. Ut enim refert Lucas, Christo ingrediente ciuitatem Nain, defunctus quidam adolescentes effebatur extra ciuitatem sepelendus.

C I R C A hanc historiam proponam tres quæstiones.

P R I M A igit̄ quæstio uestatur circa dispositionem humani corporis post mortem. Et ideo quæritur utrum licet humana corpora mortua sepelire, & in terram recondere, aut auibus, & bestijs more aliorum cadaverum expondere? Pro solutione huius quæstionis præmitendum est, quod circa huiusmodi corporaliter se habeant Pagani, Iudei & Christiani. Pagani iterum aliter, & aliter secundum diuerstatem nationum.

P R I M O igit̄ ut refert Hie. lib. contra Iouianum. c. 3. 6. apud Massagetas corpora mortuorum decoquuntur, & à uictibus parvibus deuorantur more aliarū carnīū. Nec primitū dicti Massagetae parvēt suos senectutē lecto mori, dicentes illos miserimos, degeneratione, & lāguore moriunt. Propter qd̄ parvēt, cū ad senectutē ueniūt, iugulat, decoquit & deuorat, dicentes, rectius esse, ut à se potius, quam à uicti bus,

bus, bestiis aut avibus comedantur. Ty bareni quos prius dilexerant, cū ad senectā ueniūt, nō occidunt, sed mortuos in patibulis, & furcis suspedūt, ut sic desiccatis corū caderentibus diutius à superuenientibus amicis uideri possint. Hic uolucribus, & canibus exponit semiuiuos parētes. Bactri canibus ad hoc ipsū nutritis, senes parētes obiciunt. Quā, quidē cōsuetudinē, Niconor Alexāndri p̄f̄ectus emēdare, & corrigerē uoluisset, p̄enē p̄uineā amisit. Scytē eos, quia defunctis amati sunt, uiuos infodiunt, cum osib⁹ m̄ ortuorum. Hēc Hiero, ubi sup. Eadem etiam, uel similia refert Cicero de Tusculanis quæstionibus, libro. I.

S E C U N D O apud Iudeos humana corpora sepeliuntur seorsim, sic tñ seorsim, q̄ p̄ communiter parētes, & amici sepeluntur in eodē loco. Nō ergo sepeliuntur cadera uera mortuorū apud os intra ciuitates, sed potius ī agris, & p̄f̄essionib⁹ suis. Vñ legitur Mat. 27. q̄ Ioseph ab Amariathia sepeliuit corpus dñi in monumēto, qđ exciderat sibi ī petra. Cōstat aut̄ sepulchrū dñicū, tū rēportis extitisse extra urbē, sicut, & locū trafixionis, quāuis nūc uterq; locus sit intra urbē. Insuper in testimonium huius notāter dī in p̄f̄esenti euang. quōd corpus adolescentis efferebatur extra urbem Naym⁹, que est in Galilea sita. Dicit ēt lcx ciuilis, qua incipit, mortuorum. C. de religiosis, & sumptibus funerum, quōd mortuorum corpora in ciuitatibus sepeliri non debent.

T E R T I O apud christianos maior reuerētia exhibetur corporibus mortuorū hominum. Solent enim in unī sepeliri, uidelicet, intra ecclesiās, aut cimiteria ad hoc benedicta dedicata, & deputata. Que quidem cimiteria dicunt quantum fieri potest, adiacere sacris ecclesijs, ut notatur. 13. q. I. dioecesani. Et sic patet solutio ad primam questionem.

S E C U N D A quæstio est talis. Quid prod̄est defunctis, q̄ corum corpora sepeliantur in locis sacris? Pro solutione huius quæstionis ponam duas veritatis.

P R I M A igitur veritas. Prod̄est animabus in purgatorio existentibus, quōd earum corpora sepeliantur in locis sacris. Tum quia illi uenientes, & sepulchra mortuorum uidentes solent efficacius moneri ad deprecandum dominum pro remedio defunctorum. Tum quia ecclesia specia-
liter intendit orare pro illis quorum corpora in locis sacris condita

condita iacent. Vnde ad hoc sunt speciales orationes, quæ leguntur in missa. Vnde Aug. in li. de cura, pro mortuis agenda, dicit q̄ insignis sepultura, non inuiae mortuos, nisi ad hoc, ut dum uiui recolunt, ubi sunt reposita corpora eorum, quos in p̄f̄esenti dilexerunt, eisdem sanctis, tanquam patronis illos suscep̄tos, apud Dominum adiuuandos orando commendent. Propreterea monumentum, id apertissimo ostendit ex nomine. i. ex eo, scilicet, q̄ moneat mentem: Hēc ille. Ecce, quomodo & ad quid, prodest existentibus in Purgatorio, q̄ eorum corpora sepeliantur in loco sacro. Sed nunquid illis obest carentia ecclesiastice sepulturæ? Dicendum, q̄ non, nisi forsan per accidens, quia scilicet, priuantur illis suffragijs, quæ dicuntur pro illis, quorum corpora in locis sacrī condita iacent. Quod autem de per se defunctis non oblit̄ carentia ecclesiastica sepulturæ, siue sint in Purgatorio, siue in celo, probat Aug. in de ciu. Dei lib. I. cap. i. 3. dicens, q̄ multa corpora Christianorum, etiam sanctorum Martyrum terra non texit, secundum illud Psal. Posuerunt supple, tyrāni, mortalia, scilicet, corpora seruorum tuorum, eas uolatilibus ecclī, carnes sanctorum tuorum bestijs terz. Effuderunt sanguinem eorum, tanquam aquam in circuitu Hierusalem, & non erat, qui seperiret.

S E C U N D A ueritas. Damnatis obest ecclesiastica sepultura, quæ quanto fnerit preciosior, tanto plus illis obest. Hanc ueritatem una cum precedenti simul ponit beatus Greg. in suo dialogo lib. 4. & similiter recitantur in decretis 13. q. 2. cum grauia, ubi sic ait: Cum grauia peccata non deprimunt, tunc prodest mortuis, si in ecclesia sepeliuntur, quia eorum proximi, quoties ad eadem sacra loca uenient, suorum sepulchra aspiciunt, ipsorumq; recordantur, & pro eis ad Dominum preces fundunt. Quos autem grauia peccata deprimunt, non ad solutionem, sed potius ad maiorem dānationis cumulum eorum corpora in ecclesijs ponuntur.

D E S I N E ad confirmandum dictum suum narrat tertibilem, & stupendam historiam, scilicet, de quodam Episcopo, qui dictus fuerat Valentinus. Hic igitur episcopus uitam ualde lubricam duxerat. Propter quod post mortem nocte quadam media, uidentibus ecclesijs custodibus, duo te terrim̄ spiritus pedes eius quadam ligatura stringentes, fo-

Dominica x V I. post Trinit.

ras ipsum traxerunt. Mane igitur factō sepulchrum illius a pertum fuit, sed uacuum omnipino inuenitum est.

R E F E R T etiam aliam historiam ibidem, de quodam tinctore Romano ualde diuite, cuius miserum cadaver, cum fuisset post mortem more diuinitum sepultum intra ecclesiam beati Ianuarii martyris, sequenti nocte audiente custode ecclésia spiritus eius ex ipsius sepulchro coepit fortiter clamare, dicens. Ardeo, ardeo, ardeo. Cumq; diutus custos hoc ipsum uxori sua mane factō denuntiasse, & illa ueritatem scire volens, sepulchrum eius aperiri fecisset, corpus illius ibidē minimē repertū est. Refert ēt idem Greg. ibidem alias historias, quas breuitati studiendo perranfeo.

E x prædictis ergo exemplis, ut infert ibidem Greg. colligitur, quia hi, quos peccata grauia deprimunt, si in loco sacro sepeliri se faciunt, refat, ut etiam de sua præsumptione iudicentur, quatenus sacra loca eos non libereant, quinimo culpa temeritatis ippos accuset. Hæc ille. Meritò ergo certè cul liber tali præsumptuoſo potest impropperari illud Eſa. 24. Quis tu hic, aut qualis hic. i. præsumpsisti in uita tua eligere tibi post mortem tam honorificam sepulturam? Quia excedisti tibi hic sepulchrum, s. intra ecclésiam. Excidisti in celso. i. in eminentiori loco Ecclesiæ, memoriale diligenter de petra tibi tabernaculū. Ecce pōpa, & fastus, quē diuites, & potentes huius seculi uolunt sibi exhiberi post mortem. Vnde à paucis diebus constructum est sepulchrum cuidam magno Prelato inter Gallias, circa cuius præparationem plures exquisiti artifices plures annos consumserunt, non dubium, non absq; grauissimis sumptibus, & impensis. O uanitas uanitatum, & omnia uanitas, quia vanitas in vita, quo ad superfluū, & excessiuū statum. Vanitas in morte, quo ad insignē celebrationem exequiarum. Vanitas post mortem quo ad inseigne sepulchrum. Omnia ergo uanitas, quia haec omnia trāſcant, uelut umbra. O quanto igitur rubore tales uani homines perfundentur in die iudicij. Nam ministerio Angelo rū iubente districto illo iudice Christo ossa talium miserorū hominum tollerunt de locis sacrīs, & reformato corpore, refumptoq; spū, tales mitrent in infernum perpetuū ardori. Et hoc est, qd cōminat̄ propheta Dñi. Eſa. ubi suprā dicens. Ecce dñs asportari te faciet, sup. per Angelos de loco sacro, sicut aspor-

Sermo 11. de Euang.

231

tatur gallus gallinaceus. i. capo. Modus autem, quo asportatur capo de domo ad forum est, q ligantur strictè illi pedes, ne auolet. Ita in proposito nobiles, qui ad gloriam huius seculi eligunt̄ sepeliri intra ecclésias, tandem in generali iudicio ligatis manibus, & pedibus, mitrentur in tenebras extortiores, ut habeatur Mar. 8. Et sic patet diffusè ad 2. quætionē prius propositum.

T E R T I A quæſtio est talis. Vtrum profit̄, & ad quid, affociare corpora defunctorum, cum ad sepulchrum deducuntur, uel etiā ea sepelire religiosè, & deuotè? Responſio. Hoc opus pietatis, magni meriti est apud Deum, quod ēt inter se p̄m̄ opus pietatis cōputat̄, ut patet Thob. 4. Quantū autē profit̄, hoc opus, maximē apud Deum, patet per historias paganorum, ueteris testamenti, pariter & noui.

P R I M O quidem per historias paganorum, unde refert Valerius Maximus lib. 1. de Simonide Poeta, qui cum femel mare nauigans ad littus applicuisset, & corpus inhumatum iacentis sepulitura cōmendasset, nocte sequenti admonitus in somnis ne proximo die nauigaret, interim quieuit. Quot quōt aut illo die nauigare ceperunt fluctibus, & procellis maris perierunt. Refert ēt idē Valerius ubi suprā, de eodem Simonide, q̄ cū femel, in quodam loco cep̄a faceret, subito denunciavit̄ est illi, duos iuuenes ad ianuā domus stare inſtanter rogātes, ut ad eos cōtinuō accederet. Cūq; domum exiſset, nemine reperit. Et ecce eodē momento domus corruens oppresſit oēs cōiuiātes. Pater ergo, quantū profuit di cō Simonidi morruos sepelisse, qui eadē ob causā bis euafit mortis periculū. Similiter idē Valerius li. 5. c. de humanitate ualde cōmendat̄ Iuliū Cesarem, q̄ caput hostis sui Pōpej fibi per regem Aegypti destinatum honorificè cōcremar, & pulueres sepeliri fecit. Itē ibidē cōmendat̄ Annibalē, q̄ successuē tres hostes suos Romanos eius iuſſu occisos honori feciſe sepeliri fecit.

S E C U N D O idem propositū patet per historias ueteris testamenti. Nā sanctus ille senex Thobias pp̄ hmōi pietatis opus fuit multū ab Angelo Raphaеле laudatus, & tandem ab eo illuminatus, ut patet eiusdē i. 2. Vñ Raphaële dixit ei. qn̄ se peliebas mortuos, derelicto prādio tuo, & ipſos abſcōdebas in domo tua, quos sub noctis silentio ſepeliebas, ego obtuli

ōfōnem tuā dño . O magnū pietatis opus pp qđ cēcūs mērūt ab Angelo illuminari. De hoc ēt operē pietatis laudatur Iudas Machabaeus, qđ post bellū cōtrā Gorgiā cōmīsū tulit corpora p̄stratorū, & cū suis parentib. sepeliuit 2. Mach. 1. 1.

T E R T I idem propositū patet per historias noui testamēti, & signāter de illis duobus probis uiris Nicodēmo, & Ioseph ab Arimatia, qui valde cōmendatur ab Euāgeliis, cōqđ honorificē, & reuerenter sepelierunt uenerabile Chriſti corpus. Similiter Mat. 6. laudantē discipuli, beati Io. Baptiſte, eo, qđ cum audirent eum decolatū , tulerunt corpus eius, & deuotè ipsum sepelierūt in monumento. Prēterea uaria historias, quę habent in passionarijs sanctorū martyris, in quib. legi⁹ frequenter sanctos Dei martyres post mortē apparuisse illis deuotis personis, sive uiris, sive mulieribus, quę eorū corpora deuotè cōmendauerant sepulture, opem in præſenti, & uitam aternam in futuro, pro mercede à dño pollicētes. Patet ergo, quantum proſit, & ad quid proſit affociare defunctorū corpora, cū ad sepulchrū deducuntur, sive ēt ea intuitu pietatis deuotè sepelire. Quod attēndentes habitatores ciuitatis Naym voluerūt affociare, una cū pia mē corpus adolescentis defuncti cum deferetur sepeliendum extra dictam ciuitatem, sicut hodiernum Euāngeliū aperte indicat . Et sic patet de 1. parte eiusdem Euāngelij,

SECUNDŪ principaliter in præſenti euāngelio fit mērio de pia mē lugēte mortē unici filii sui. Multa autē cā inducebāt ad fletū, uidelicet sexus, quia mulier, propinquitas, quia mē, status, quia uidua, sexus defuncti, quia filius, paucitas, quia vnicus, etas, quia adolescentis. Præctica singula.

ALLEGORICĒ. Hęc mulier uidua est ecclesia mī hīa, quę pro tāto dī uidua, quia nō hēt penitentiā corporalē ſpōli sui Xpi, quis bene ſpōliā, aut ſacralē, iuxta illud eiudē ſpōli verbi Mat. 28. Ecce ego, vobisſi tū, vſqđ ad cōſumptionē ſeculi. Hęc iiḡ mī pietatis, nō tñ hēt unū filiū mortuū, uterūt tot, quot ſunt pētōres ſuper terrā. Ex quo patet, qđ hēt matrīa maximū luctus, & gemitus , maximē cū ēt p̄ unico filio mortuo fleret, iuxta illud Hier. 6. Luētū unigeniti faciūt plāctū amarū. Horū iiḡ filiorū ecclēſię mors est varia, Nā aliqd ſuſpedūt ſurſū p̄ ſuperbiā. Alij demergunt in ags p luxuriā. Alij infodiunt in terrā per avaritiā. Alij cōcremant iugē

igne ex & impatiētię. Alij ſuffocantē per gulā, & ingluvię, & ſic de alijs pētōribus. Ciuitas Naym est mēdūs penitēs, extra quā ciuitatē eiciunt ſeccatores in morte, & efficiuntur morbi ſepeliēdi in cimiterio inferni, ubi iā ſepultus est diuē ille epulo, de quo Luc. 16. Verunt̄ aliqui priuſquā ibi ſepeliant̄, qui prius mortui erāt morte ſpirituali, ex ſpecialiſtima Dei gratia rereficitur, & reparantur ad uitam gratia. In cuius figurā diſclūm est de filio prodigo Luc. 10. Mortuus erat, & reuixit. Ad quā quidā rereficitationem faciēndā multum profuit aduersa præſentis uite, & ſignanter infirmitas corpora lis, quia ut dicitur. Eccles. trigesimoprimo. Infirmitas grāuis ſobriam facit animam. Vnde in huius rei ſignum Chriſtus, cum uoluit rereficere adolescentem hodiernum, prius tetigit loculum, per quod designatur humanum corpus, qđ tangitur, cum infirmitate homo laborat. Non ergo inde debet contra Deum murmurare, aut conqueri de Dei uoluntate, fed potius in domino gaudere. Cum autem rereficeret peccator à morte culpā ad uitam gratia, inde gaudet mater ecclēſię, gaudent omnes beati, maximē autem sancti Dei Angeli, quia ut habetur Luc. 15. Gaudium est Angelis Dei ſuper uno peccatore penitentiam agentē.

M O R A L I T E R. Sicut pia mater adolescentis deflebat mortem eius corporalem, ſic & abundantius debent bonæ matres defere mortem filiorum ſuorum ſpiritualē, quam facit in eis peccatum. Sic enim deflebat sancta illa uida Monica mortem ſpiritualē filii sui Augustini, ita ut diceret beato Ambr. eam interroganti, cur tantum fleret. Perditio nem, inquit, filii mei Augustini plango. At ille, impossibile est filium tantarum lachrymarum poſſe perire. Quod quidem uerbum illa taliter accepit, ac ſi de celo inſonuillet. De ea etiam dicit idem Aug. lib. 3. confes. quod plus flebat ad dominum pro conuersione illius, quam flent matres funera corporae filiorum ſuorum. Dicit etiam idem Aug. lib. 3. de doctrina christiana, quod Dauid non doluit orbitatem filii sui Absalon in eius interitus, ſed quia nouerat, in quas pēnas tam impij filii adultera, & paricipidalis anima rapere tur. Nanque alio prius filio, qui innocens erat, pro quo ergo tante affligebatur, moriēt̄ letatus est. Hęc ille. Sed profectō valde pauci deflent prædictam ſpiritualē, aut aternalem filio-

Dominica XVI. post Trinit.

Filiorum suorum mortem, quinquo multi gaudent, si videant eos dissolutos, & prauis moribus imbutos, qui tamen inconsolabiliter desent mortem ipsorum corporalem. Ex quo patet, q[uod] plus diligunt suorum filiorum corpora, q[uod] animas. Et si pater de secundo principali, in quo uisum est de pia matre mortem filij sui lugente.

TERTIUS principaliiter uidendum est de Christo suscitante. Nam cum ipse uidisset matrem flentem, & eos, qui cū ea erant, misericordia motus clamauit ad defunctum, dicens, Adolescentis, tibi dico, surge. Et refedit, qui erat mortuus, & cepit loqui, & dedidit illum matri sua.

ALLIGATORICAE prædicta uox Christi ad adolescentem, præfigurabat illam futuram uocem eiusdem Christi, quam in fine seculorum dirigit ad omnes mortuos, tā bonos, quam malos, dicens. Surge mortui, uenite ad iudicium. De qua loquens sanctus ille Hiero. dicebat. Siue comedam, siue bibam, siue quodcumque aliud faciam, semper uideretur sonare in auribus meis illa uox tubæ, surgite mortui, &c. Erit autem huiusmodi uox adeo sonorosa, & fortis, quod penetrabit terram, & audient eam mortui, iuxta illud Io. 5. Mortui, audient uocem filij Dei, & qui audierint, uiuent, idest, resurgent. Bene ergo de hoc prophetauit psal. dicens. Dabit uoci siue uocem uirtutis. Vnde in figuram huius tubæ legitur. Nume. 10. quod Moyses de mandato domini fecit tubas ad congregandum populum. Applicatio est facilis. Et hoc est de quo loquitur Apo. 1. Thes. 4. dicens. Ipse dominus, supp[er] Iesu Christus, in iussu, idest, in potestate, & in uoce Archangeli, de qua iam dictum est, seificit. Surgite mortui, &c. & in tuba Dei descendet de celo, & mortui, qui in Christo sunt, idest, qui in fide Christi decessere, resurgent primi scilicet, dignitate. Vel primi etiam tempore secundum quodammodo. Bene ergo ad propositum prædictæ uocis. Surgite, &c. facit historia, quam refert beatus Bern. serm. 2. de virginibus de beato Germano Altissiodorensi episcopo. Hic n. cum Româ peteret, transiuit per ciuitatem Eduensem, moxq[ue] diuenerit se ad sepulchrum beati Cassiani, quæ proprio uocauit nomine dicens. Quid hic agis frater châtissime? Ad quem beatus Cassianus. Dulci, inquit, in pace requiesco, & aduentum redemptoris exspecto, in quo mihi dicetur. Cassiane, tibi dico, surg.

Mo-

Sermo I. de Epif.

233

MORALITER iste adolescentis defunctus designat quæ liber peccatorem, circa cuius suscitacionem spiritualem talia suo modo requiruntur, qualia ad literam contigerunt circa suscitacionem corporalem dicti adolescentis.

PRIMUS enim Christus uenit quasi obuiam corpori defuncti, cum appropinquauit ciuitati Nain. Ecce gratia Dei praeveniens peccatorem, ut suscitet à morte culpe, sine qua nunquam susciteretur. De qua psal. in persona peccatoris, ait, Misericordia eius praegenit me, pietate motus ex fletu matris. Sic, & s[ecundu]s dominus ad misericordiam flectitur, cum quis sua, aut aliorū peccata deflet. Vel istud possumus referre ad preces ecclesie, quæ præcipue fiunt in quadraginta uocis cum fletu, & hoc totum pro peccatoribus, ut illis propitietur dominus.

TERTIUS Christus tetigit loculum. Ita s[ecundu]s tangit peccatorem per disciplinam corporalem, ut suscitet interius. Vade Gregorius. Mala que nos hic premunt, ad Deum ire compellunt.

QUARTUS clamauit dicens, adolescentis tibi dico surge. Sic, & dominus non cessat clamare ad quemlibet peccatorem, ut furgat à peccato. Clamat ergo, tum interius per internam inspirationem. Tum per predicatoros suos, dicens cuilibet eorum illud Esaï. 58. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, & domini Jacob peccata eorum. Tum per sacram scripturam, ut est illud Can. 2. Surge, propera amica mea. Item Esaï. 9. Surge, illu[m]inare Hierusalem, idest, anima rationalis. Item Apololus Ephe. 5. clamat dicens. Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, idest, à peccatis per gratiam uiuificatricem, & illuminabit te Christus. De hoc etiam loquitur ps. dicens. Nuhquid qui dormit, sup[er] in peccatis, non adiiciet, ut resurgat, felicit, ad uitam gratia per ueram penitentiam.

QUINTO adolescentis ad Christi uocem suscitatus cepit loqui. Per qd denotatur, q[uod] est si peccator incipiat uigere per contritionem quo ad Deum, adhuc in tenetur loqui per sacramentalē confessionem. Vel haec locutione referenda est ad Dei laude, ad quam pronunciandam nullus est dignus, nisi primum fuerit à peccato suscitus, quia ut habetur Eccles. uigescimus quinto. Non est speciosa laus in ore peccatoris.

Ser. Do. G. Pep. Pars Aestin.

Gg

S E X

Dominica xvi. post Trinit.

SEXTÒ dicitur de adolescenti, q̄ eo suscitato dedit illum Christus matri suę. Per quod denotatur, quod homo, qui prius erat membrum, & filius Diaboli, per peccatum, incipit esse membrum, & filius ecclesia, per sacramentum pœnitentia, sive per gratiam.

SEPTIMÒ adolescenti suscitato, & matri restituto q̄e p̄it populus magnificare, & laudare Deum. Ita, & homine peccatore suscitato per gratiam magnificant, & laudant Deum omnes sancti Angeli Dei, quia ut habetur Lucae. 15. Gaudiū est Angelis Dei sup uno peccatore penitentiā agere.

MORALITER. Notandum iuxta suscitationem adolescentium à mortuis, q̄ aliquando Christus legitur mortuum suscitasse rogatus, alioq̄ non rogatus. De primo h̄ Mat. 9 de Iairo principe Synagogae, q̄ rogauit Christum pro filia sua defuncta petens, ut ueniret in domum suā, & imponeret manum suam super eam. De secundo h̄ Ioha. 11. item in Euan gelio hodierno. Et per hoc designatur, q̄ ipse Dñs Deus, ali quando non rogatus suscitat peccatores à morte peccati, ad uitam gratiæ, & aliquo rogatus. Da exemplum de primo, de Paulo, de quo legitur Act. 9. q̄ cū esset in actuallī persecutio ne discipulorum Christi, & Ecclesie, subito circumfusit eum lux de celo, & tunc fuit interius illuminatus per gratiam, sicut exterius, per lucem corporalem. In cuius rei signum dixit ad Christum. Domine, quid me iubes facere. Quia tamen iste modus suscitacionis à peccato non est usitatus, sed raro accidit, ita ut de nullo alio, præterquam de Paulo, legitur in sacra scriptura, q̄ ita subito fuisse iustificatus, hinc est, q̄ conuersio, sive iustificatio Pauli celebriter commemoratur in ecclesia tanquam miraculosa, ut dicit beatus Tho. 1.2. q. 113. arti. ult. De secundo, scilicet, quod rogatus suscitat Dñs peccatores ad uitam gratiæ, iste modus est usitatus, & cōis. Vult enim à nobis rogari protanto beneficio, nec mirū, maxime cum videamus liberales ad pauperes sepe nelle rogarib⁹ ab eis de pauperibus. Et hoc est, qđ loquitur Augu. de ictibus Dñi Ser. 1.5. dicens. Sine voluntate tua non erit in te Dei iustitia. Eſe enim potest iustitia Dei sine tua voluntate, sed in te esse non potest, nisi per voluntatem tuam, quia, qui fecit te, sine te, non iustificabit te, sine te. Hec ille. Nullus ergo preſumēs nimium de Dei misericordia dicat. Benignus est Deus, misericordis est Deus, potens est Deus, ut remittat mihi peccata mea, sine labore meo, & pena, sc̄ut fecisse legitur Paulo p̄secutori Ecclesie Dei. Consideret ergo quisq; qđ miracula, non nisi raro sunt, quia si passim fuerint, statim uileſcent. Nam uero dictum est, q̄ conuersio Pauli miraculosa fuit. ideo nullus peccator speret talē gratiam sibi fieri, sed faciat, qđ in seſt, & tunc ueniam meretur in presenti à Dño, & gloriā in futuro. Quam nobis concedat, qui in Trinitate, &c.

Sermo I. de Epift.

234

misericordis est Deus, potens est Deus, ut remittat mihi peccata mea, sine labore meo, & pena, sc̄ut fecisse legitur Paulo p̄secutori Ecclesie Dei. Consideret ergo quisq; qđ miracula, non nisi raro sunt, quia si passim fuerint, statim uileſcent. Nam uero dictum est, q̄ conuersio Pauli miraculosa fuit. ideo nullus peccator speret talē gratiam sibi fieri, sed faciat, qđ in seſt, & tunc ueniam meretur in presenti à Dño, & gloriā in futuro. Quam nobis concedat, qui in Trinitate, &c.

Dominica decima septima post Trinitatem, Sermo primus de Epiftola.



B S E C T O U O S , ego uinctus in Domino, ut dignè ambuletis. ad Eph 4.

C I R C A charitatem se habent homines in triplie differentia. Primi sunt, qui uerbo, & ore ostendunt se habere magnam charitatem ad proximos, sed hoc est totum, quia deficit in exhibitione operum caritatis. Secundi sunt, qui re, & opere ostendunt suam charitatem ad proximos suos subueniendo illis tempore, & loco, quia ut dicit Greg. signū uera dilectionis exhibitiō est operis. Et de ictis duobus simili loquitur beatus Iohannes in sua prima canon., 3. c. dicens. Filioli mei, non diligamus uerbo, neque lingua, sed opere, & ueritate. Tertiij sunt, in quibus nō sufficit, quod sint in se charitatiui, ueremetiam alios hortat̄ur ad charitatem inter se mutuo habendam, quia ut dicitur Ecclesiast. 17. Vnicuique mandauit Deus de proximo suo. Primi sunt fallaces, & uitiosi. Secundi ueraces, & uirtuosí. Tertiij perfectiores, & charitate feruidi. Ad propositum charitas dicitur Apostoli Pauli non fuit uerbalis tantum, sed realis, quia fuit uinctus i Domino. i. in carcere reclusus, & catenis ligatus propter uerbum salutis, quod a ijs prædicabat, ideo scribens Ephesij dicebat, Fratres: obsecro uos ego uinctus in domino. Insuper alios hortabatur ad mutuam charitatem, cum aiebat, ut infra dicitur: Supportantes inuicem in charitate.

I N præsenti igitur epiftola idem Apostolus tria principiter facit.

Dominica XVII. post Trinit.

PRIMÒ hortatur nos charitati ad ambulandum, in principio epistolæ.

SECUNDÒ describit nobis ambulandi modum, cum subdit. Cum omni humilitate, &c.

TERTIÒ nos admonet ad pacis commodum, ibi, solliciti seruare, &c.

PRIMÒ igitur, &c. Vnde dicit Fratres obsecro uos. i. obscura rogo, ut potè dicendo, propter honorem passionis Iesu Christi, uel simile, ego uinctus in Domino, ut dignam ambuletis uocatione, qua uocati estis.

CIRCA quod notandum, quòd debemus, libeter, & ex corde obtemperare desiderijs doctoris ecclesie Pauli, & hoc propter quatuor, que hic tanguntur.

PRIMVM est obsecrantis, & loquentis humilitas, quia Fratres, Magna certè Apostoli Pauli humilitas, qui cum se Doctor ecclesie, & pater omnium christianorum, iuxta illud 1. Cor. 4. In Christo Iesu per euangelium ego non genui, ne fuisse filius eius per fidem. Item ad Gala. 4. Filiali mei, quos iterum partui, non obstante tñ tanta autoritate, ac tali paternitate, uocat nos fratres suos. Propter quod possumus de eo dicere, quod ipse me dicit de magistro suo Christo ad Heb. 2. Non confundit eos, scilicet christianos, uocare fratres, sed ergo Pauli debemus uocare omnes christianos fratres nostros. Maximè autem hæc fraternitas debet relucere inter religiosos, & ecclesiasticos uiros.

SECUNDVM est loquendi forma, quia obsecro uos. Nō autem dicit impero, mando, præcipio, sed obsecro, id est, ob reuerentiam facrorum rogo. Benè enim nouerat Apostolus naturam humani cordis, seu animi, qui potius amore, quam seuerè uult trahi, ut dicit Senec. li. de clemëtia ad Neronom, cuius verba sunt hæc. Natura contumax est humanus animus, & in contrarium, atq; ardùu niteret sequitur filius, quam ducitur. Deinde dat familiare exēplū dicēs. Et ut genesi, ac nobiles equi facilis regnum, sic & humanus animus.

TERTIVM est obsecratis pena, quia ego vinclatus, sup. i. carceri, in dñno. i. pp Dñm, ut dicit gl. interl. Erat. n. Apostolus, cum scripsit præsentē epistolā christianis, q̄ erat apud Ephesū cōgregati apud Romā in carcere uinctus, & catenatus. Allegat aut̄ uincula sua, ut efficacius prouocet Ephesios ad faciem-

Sermo i. de Epist.

235

faciendum ea, ad quæ ipsos hortat, de quibus postea dicetur. Solent enim homines efficacius inclinari ad faciendum id, quod persuaderet, cum uident eum, qui eos rogar, affligi, ut sicut aliquo subleuent, & diminuant ipsius dolorem, & maxime si cum diligunt, & amant.

QUARTVM est obsecrationis finis, quia, ut dignè ambuletis uocatione, qua uocati estis. In quibus uerbis hortat Apostolus Ephesios, & in ipsis, nos omnes principaliter ad duo. Primum est, ut dignè ambulemus. Notanter autem addit, dignè, quia multi ambulant in damnationē animarum suarum, quib; utilius foret pausare, & quietescere in lectis suis. De quibus loquens idem Apo. Phil. 3. dicit Multi ambulan, quos sapientē dicebam uobis, nunc autem, & flens dico inimicos crucis Christi. quorum finis interitus, quorum Deus uenter est. Ambulare ergo debemus, sed dignè. i. salubriter, proficiendo de uirtute in virtutē, vt tandem possimus Deum Deorum. i. uerum Deum in Sion. i. in celo beatificē. Vel dic, illi dignè ambulant, qui legē Dei obseruant. Et tales sunt beati beatitudine uiae, qua habent per gratiā, iuxta illud Ps. Beati immaculati in uia qui ambulant in lege dñi. Secundum ad quod nos hortatur Apostolus, est ut ambulemus dignè uocatione, qua uocati sumus. i. in statu in quo uocauit nos Deus, perseverante, & continuè proficiendo iuxta illud 1. Cor. 7. Vnusquisq; qua uocatione uocatus est, in ea permaneat. Et hoc est contra illos, qui de facili, & satis immaturè transiunt de uno statu in aliud, quos post factum frequenter penitet. Facit enim diabolus sicut astutus aucteps, qui percutit sepes, & rubos, ut inde excentes aues facilius capiantur. Applicatio est facilis.

MORALITER. Notandum iuxta illud uerbum Apostoli. Ego uinctus in domino, q̄ contingit homines multiplerunt uinciri, & ligari, uidelicet

Cum mundo per auaritiam.

Cum carne per luxuriam.

Cum diabolo per superbia.

Cum Deo per charitatem.

PRIMÒ igit̄ aliqui uincunt cū mūdo p̄ auaritiam, q̄ est uolut pix cōglutinans cot humanū cū bonis terrenis, ita vt meri tō dicere possint hoīes auari illud. Ps. Cōglutinatus est in tec-

ra ueteri oster.i, affectus noster cu bonis terrenis : Avaritia ergo, siue inordinatus amor tpa liu adeo ligat, & cōglutinat eot auari, & cupidi, ut nō possit respirare appetēdo cœlestia, & spiritualia bona. In cuius figurā legīt. 2. Parali. 3. 6. q. Massæs rex Iuda, cum captiuos teneretur in Babylone, dicebat. Incuruatus sum multo uinculo ferri, & non est mihi respiratione. Præcipue autem ipsa auaritia vincit manus ipsius auari, ita ut non possit eas extendere ad pauperem, neq; similiiter ad restituendam aliena, sed semper tenet eas clausas, nisi quando est quæstio de capiendo.

S E C U N D O aliqui uincuntur cum carne per luxuriam, ita ut non possint facile ab ea separari, aut dissoluiri. Nam mala, seu fatua mulier per usum, getum, & locutionē, ligat cor, & animum luxuriosi adeo fortiter, quod uix potest separari ab ea. Vnde de fatuo iuuenie, & fatua muliere dicitur. Prou. 7. quod ea sequitur, quasi bos duxius ad uictimam, & nesciū ad uincula stultus trahatur. Similiter de mala muliere dicit Salomon Eccl. 7. Inueni mulierem morte amariorem. Mors enim naturalis non separat, nisi animā à corpore, sed mala mulier occasionaliter separat hominem à Deo, quod est de reius morte naturali. Sequitur. Quæ laqueus uenatorum est, idest, instrumentum dēmonum apicum ad capienda miserias animas. dum mulierem fatuam præparant, & exornant, idest exornari, præparari, & ostentari procurāt. Nec certè una fatua mulier est unus laqueus, immo tot laqueos in se habet, & secum portat, quot membra, siue membroru ornamenta super se habet, ita ut à planta pedis usque ad uerticem capitis non sit in ea uidere, nisi laqueos. Et de hoc habemus historiām Iudith. 10. de ipsam Iudith, qua lauit corpus suum, & unxit se myro optimo, & discriminavit crinem capitis sui, & impunctit mitram super caput suum, & induit se uelmento incunditatu sue, induitq; sandalia pedibus suis, aſſumpſitq; dextrariola, & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentiis suis ornauit se. Hac ibi. Aduertat tamen diligens lector, quod hæc sancta Iudith nō egit prædicta more allarum mulierum mundanarum, scilicet amore carnali. Sed quod fatua mulieres faciunt suadente diabolo ad decipiendos animos iuuenū, hoc egit illa suadente Spiritu Sancto ad decipiendū, & interficiendū hostem populi Israelitici,

qui dicebatur populus electus à Domino. Et ideo illa excusat à peccato in facto suo, non autem alie. Ecce quomodo mulier fatua, & impudica laqueus uenatorum est, idest, démonū. Sequitur. Et sacerdos cor eius, quia omnes capit, magnos, & paruos, doctos, & indoctos, cōiugatos, & solatos, clericos, & laicos, iuuenes, & senes. Vincula sunt manus eius, quia quemqueq; fatua mulier amplectitur, captiuum, & uinculatum tenet. Qui placeat Deo, supple per gratiā, effugiet illam. Qui autem peccator est, capiatur ab illa. Hæc ubi supra. Ecce ergo quomodo aliqui ligantur, & uincuntur cum carne per luxuriam.

T E R T I O aliqui uincuntur cum diabolo per superbiam. Ut enim dicitur Iob. 4.1. Ipse diabolus est rex super omnes filios superbie, idest, super omnes superbos. Et ideo quemadmodum subdici quodammodo ligantur, & uincuntur cum regis suo, & hoc propter factū fidelitatis, sic & superbii, tanquā subditi regi suo diabolo uincuntur cum eo, & quodammodo ligantur, ita ut uix possint ab eo separari. Superbiā dimittendo, & se debitè humiliando. Et ideo tales sint similes illis suspensis, qui in altis ligantur. Facit ergo diabolus, sicut illi, qui furantur canes alienos, qui n̄ ad Dominos, & magistros suis redcant, ipsos ligant, ut si semper secum maneant. Facit etiam, sicut falconarij, qui aues prædales uinculis ad perticā fortiter astringunt, ne volent sursum. Insuper facit, sicut custos carceris, qui incarceratos fortiter constringi manibus, & pedibus, ne exeat. In proposito ergo, ne mihi superbii, & vani glorijs excant, & liberentur a potestate diaboli, solet eos ligare, & uincire per inordinatum amorem, & delectationē honorum, & pomparum huius seculi, quas facit illis apparere, tanquā aliquid magnū. Ecce quomodo diabolus ligat homines per superbiam, quos tamen tandem Dominus confusibiliter humiliabit iuxta illud Esa. 2.5. Præcipitabit Dominus in monte isto facienti uinculi colligati, idest, hominis superbii colligati cum diabolo per superbiam.

Q U A R T O aliqui uincuntur salubriter cū Domino per charitatem. Et hoc modo uiuctus cum Dominō erat diuus Paulus, prout testatur de seipso loquens in principio Epistole presentis. Item idem Ephe. 2. Ego Paulus uincitus Christi Iesu, idest, pro Christo Iesu. Charitas enim est fortissimur-

vinculum, adeo quid de duobus facit vnu, scilicet, de Deo, & homine ipsum Deum diligenter, quia, ut dicitur. 1. Cor. 6. Qui adharet Deo, unus spiritus est cum eo. Non quid est secundum substantiam, sed secundum affectum, & amorem. Et de hac unitate, sive coniunctione cum Deo, loquens Psal. dicebat. Mihi adharet Deo bonum est. Nec sufficit ad salutem uniri cum Deo per charitatem, umerum etiā idem requiritur, & habendum est cū proximo, prout nos admonet Apostolus, Col. 3. dicens. Super omnia mutuam charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis. Item. 1. Petri. 4. Ante omnia mutuam in nobis in ipsis charitatem cōtinuum habentes. Cuius fructum, & utilitatem assignat idem Petrus, cum subdit: Quia caritas operit multitudinem peccatorum. Charitas ergo unit animos hominum, quantumcumq; eriam loco distent. Vnde Aug. Dominica. 2. post octa. Epiphan. ser. 2. Duo, inquit, qui se fratello amore diligunt, etiā si unus sit in oriente, & alius in occidente, taliter in charitate conglutinante coniunguntur, ut nunquam ab inuicem separantur. Pro quare nihil nocet corporum separatio, ubi est animorum uera, & sincera coniunctio. Hæc ille. Patet ergo, quid charitas unit nos cum Deo, & proximō. Et per consequens de primo principali.

S E V N D O. principalius Apostolus in presenti Epistola describitur ambulandi modum, cum subdit. Cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate. In quibus uerbis, Paulus assignat quadruplicem uitam; per quam ambulare debemus uersus cœlum, scilicet uitam.

Humilitatis. Mansuetudinis. Patientie. Charitatis. P R I M A. igitur uia, per quam ambulare debemus uersus cœlum, dicitur humilitatis, quam tangit Apostolus cum ait. Cum omni humilitate, scilicet, interiori, & exteriori, ut exponeat glo. interli. Et istud est contra aliquos, qui in exteriori parentia prætendunt magna signa humilitatis, qui tanen interius sunt pleni arroganter, & præsumptione, iuxta illud Eccl. 19. Est, qui, nequiter se humiliat, supp. exteriori, & interiora eius plena sunt dolo. Nam, ut dicit Berin. de confutatione ad Eugenium Papam lib. 4. Viti callidi, & dolosi proprium esse solet, tunc prætendere humilitatem, cum aliiquid obtinere uolerit.

Notan.

N O T A N D V M est etiam, quid triplex est humilitas. Prima est subdere se maiori, & hac est necessitatis, ad quam obligantur subditi. Secunda est subdere se pari, & hæc est supererogationis. Tertia est subdere se inferiori, sive minori, & hæc est maximè perfectionis. Prima humilitas magna est. Sed secunda maior. Tertia autem maxima. Prima humilitas præcipitur. Secunda uero, & tertia consuluntur.

N O T A N D V M in super propter illud prædictum verbū. Cum omni humilitate, quid triplex est alia humilitas. Prima dicitur cordis, ut scilicet, quis humilia de se sentiat, & magna de alijs, ut sic eos sibi præferat in corde suo. Vnde Aug. lib. de bono uirginali. Existimat, inquit, aliquis in occulto uobis superiores, per uitæ meritum, quibus estis in manifesto meliores. Secunda dicitur oris, ut quis de se humilietur loquitur uitando iactantia. Tertia dicitur operis, ut inclinando oculos uersus terrā. Item genua flectendo reuerenter in Ecclesia. Item maiores, & excellentes personas nutritibus honorando. Hæc autem triplex humilitas fuit in publicano, de quo Luc. 18. Primò quidem habuit humilitatem in corde, reputando se peccatorē. Propter quod percutiebat pectus suū. Secundò habuit humilitatem in ore, dicendo ad Dominum, Deus propius esto mihi peccatori. Tertiò habuit humilitatem in opere. In cuius rei signū solebat oculos ad cœlū leuare. Hanc itaq; triplicē humilitatē habuit Dñs, & magister noster Christus. Primò quidē humilitatē, in corde, iuxta illud quod dicebat Matt. 11. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Secundò habuit humilitatē in ore. In cuius rei signū sepe in Euangelio uocat se filiu hominis. Tertiò habuit humilitatem in opere, tum pedes discipulorum suorum lavando, tum egratos tangendo, & curando, tum humilem, & contemptibilem mortem eligendo.

P R A C T I C A quomodo, & nos exemplo tam Christi, & publicani debemus habere humilitatē in corde, in ore, in opere. Primò quidē in corde, humilia de nobis in ipsis sentientes, seu existentes, prout nos admonet Apostolus Ro. 12. dicens. Non alia sapientes, sup. de uobis, sed humilibus consentientes, scilicet per imitationē. Et præcipue imitando Dominū nostrū Iesum Christū, prout ipsem nos admonet Matt. 11, dicens, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.

Quod

Quod uerbum exponens August. libro de bono uirginali dicit sic. Non dicit Christus: Discite à me mundum fabricare, aut mortuos suscitare. Sed quia misericordia sum, & h.c. Secundum in ore nō nisi humilia de nobis alijs prædicantes, nisi forsitan alijs bona nostra referremus ad ipsorum utilitatem, vt & ipsi uirtuosi, & boni fiant. Non licet tamen ex humilitate negare uirtutes, aut dona, quæ in nobis sentimus, cum propter uitandum scandalū proprium, cum propter uitandum mendacium, quia ut dicit August. de uerbis Apostoli ser. 19. & similiter recitat in decretis. 22. quæst. 2. non ita. Cum humilitatis causa mentiris, si non eras peccator, antequam mentiris, mentiendo efficeris, quod euaueras. Veritas ergo in te non est, cum te dicis peccator, nisi tales te esse recognoscas. Hæc ille. Tertiò in opere, ut nunquā gloriemur de operibus nostris bonis. Vnde Luc. 12. Cūm feceritis, inquit, Christus, quæ præcepta sunt uobis, dicere, serui inutiles sumus. Ecce humilitas in opere. Hinc Augu. Epistola. 57. ad Diocesorum scribens ait. Nisi humilitas omnia, quæcumq[ue] benefacimus, & præcesserit, & comitetur, & cōfœcta fuerit, & proposita, quam intueamur, & opposita, cui adhæremus, & imposta, qua reprimamur, iam nobis de aliquo bono facto gradentibus totum extorqueret superbia. Hæc ille. Vel dic, quod tunc quis habet humilitatem in opere, cum refutat sibi oblati honorem, & maximè, quo nō est dignus. Vnde August. super Iohan. tractatu. 4. exponē illud uerbum beati Iohan. Baptiste. Nō sum ego Christus. Iohan. 1. dicit, q[uod] ipse Iohan. nullū tantum meritū habuit, quantum de ipsa humilitate, q[uod] cum posset fallere homines, & putari Christus, atq[ue] haberi pro Christo, cōq[ue] tantè gratiæ, & excellentiæ erat, cōfessus est tñ apertè, & dixit. Non sum ego Christus. Hæc ille. Paet ergo qualiter, iuxta obsecrationē Apost. debemus ambulare dignè in omni humilitate. scilicet cordis, oris, & operis. Et sic patet de prima via.

S E C U N D A via, per quam debemus ambulare uerbum cœlum, dicitur mansuetudinis, de qua subdit Apostolus in presenti Epistola, dicens. Et mansuetudine, supple ambulemus uos fratres. Est autem mansuetudo de pressib[us], atque sedatio iræ, secundum Arist. 4. Ethicorum. Item lib. 1. de rhetorica. Vel secundum alios mansuetudo est uirtus, qua quis provocatus iniurijs, & opprobrijs, aliorum, non irritatur.

nec patitur inde tristitiam. Sed profectò hac tempestate, ualde pauci inueniuntur mansueti super terram, sed fermè omnes uolunt se vindicare de iniurijs, aut opprobrijs fibi illatis iniuriam pro iniuria, opprobrium pro opprobrio, contumeliam pro contumelia, & conuictum pro conuictu redentes. & clauim clauo retundentes, quinimo grauiorē iniuriam sepe referentes, quām fueri illis illata. Vnde ex hoc sequuntur multæ turbationes, rixæ, & discordiæ, in communictibus, quia ut dicitur Prover. 1. s. Vir iracundus provocat rixas.

M O R A L I T E R ergo notandum, quod tria debent nos inducere ad ueram mansuetudinem: quae sunt.

Exempla, Natura, Gloria.

P R I M ò igitur exempla sanctorum uirorum mansuetorum debent nos inducere ad ueram mansuetudinem, Primum exemplum est de David, qui in multis, & circa multos aduersarios suos semper mansuetus existit, utpote, erga Saul quarentem eum occidere, quem ipse occidere noluit, quamuis hoc frequenter potuisset, utpote, quando abscondit oram chlamydis suę, cum purgaret uentre. 1. Reg. 24. Item quando inuenit ipsius dormientem. 1. Reg. 26. Item erga Semei iniuriantem, atque maledicentem sibi. 2. Reg. 26. Similiter, erga Absolon filium suum, qui contra ipsum insurrexit uolens eo inuitio, & adhuc uiuente regnare, nec tamen propterea uoluit pius pater eum perdere, quinimo præcepit Ioab, & his, qui in exercitu eius erant, ne interficerent eum. Ecce, quām mansuetus rex David, ita ut non uideretur reminisci iniuriarum sibi factarum, aut dictarum. Propter quod orabat Dominum dicens: Memento Domine David, & omnis mansuetudinis eius. Secundum exemplum mansuetudinis est de Abraham, qui dixit ad Loth Gen. 13. Non sit quæso iurgium inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos, fratres enim sumus. Ecce uniuersa terra coram te est, recede à me, obsecro. Si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo, si dexteris elegaris, ego ad sinistram pergam. Ecce profectò maxima uiri Dei Abraham mansuetudo. Tertium exemplum est de Isaac, quem cum pater immolare uoluissebat ad domini mandatum, uic mansuete, & patienter tulit Gen. 22. Quartum exem-

plum est de Iacob, qui ualde mansuetus, & benignus se habuit erga fratrem suum Esau, ita ut per suam mansuetudinem mitigauerit illius iram, & furorem. Gen. trigeminotatio. Quintum exemplum est Ioseph, qui factus dominus terra Aegypti mansuetus se habuit ad fratres suos, quoniam cum prius uedidissent. Quinimum omnem offensam in se commissam, benignus illis indulxit. Gene. 45. Sextum, & ultimum exemplum est de Christo, qui ualde mansuetus apparuit coram Pilato, & similiter cum diceretur ad crucem, ita ut tibi merito dicere posset illud Hiere. undecimo. Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad quietim. De hoc etiam longe ante prophetatum fuerat Esaï. 53. Sicur ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram condente se obmutescat, & non aperiet os suum. Exemplo ergo tam Christi, quam prædictorum sanctorum virorum debemus intendere ure mansuetudini.

S E C U N D O natura nos inducit ad mansuetudinem, si cut patet in multis animalibus, que sunt naturaliter mansueta. Da exemplum de oibus, & agnis. Quinimum nonnulla animalia naturaliter ferocia interdum efficiuntur mansueta, & mitia atque benigna. Da exemplum de Leone Beati Hieronymi. Item de urlo beati Vedaſi. Lupi etiam interdum efficiuntur mansueti. Mirum ergo est de aliquibus hominibus adeo duris, & amaris, quod nunquam possunt mansuescere, cum ferocia animalia mansuescant. Et ideo tales degenerant a uera natura hominis, quia homo naturaliter est benignus, dulcis, mitis, & mansuetus. Et ideo, recte possum appellari diabolici uiri, eò quod imitantur diabolum, qui est sine mansuetudine, iuxta illud Hiere. 6. Crudelis est, & non miserebitur.

N O T A N D V M tamen q̄ contingit homines circa mansuetudinem duplicitate peccare. Uno modo per defectū. Nam ut dicit Gregorius in morali. lib. 19. & similiter recitatur in decreto. dist. 25. sunt namque. Aliqui sunt ita districti, ut omnem mansuetudinem benignitatis amittant. Alij autem sunt mansueti, ut perdant iura districti regiminis. Vnde cunctis rectoribus utraque summopere sunt tenenda, ut nec in disciplina uigore benignitatem mansuetudinis, nec rufus in mansuetudine distinctionem deferant disciplinæ. Regula

go vigor disciplinæ mansuetudinem, & mansuetudo ornet sermone uigorem. Et sic alterum commendetur ex altero, ut nec uigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta. Hac ille. Præctica, quomodo illa duo, scilicet, mansuetudo, & rigor sunt in Deo. Vnde August. super Iohan. tractatu trigeminotatio. Intendant, inquit, qui amant in domino mansuetudinem, & timent eius iustitiam. Etenim dulcis, & rectus dominus, tanquam mansuetus dicit Tacui. Sed tanquam iustus dicit. Nunquid semper tacebo? Quo n. modo sustiner peccantes, iudicaturus est contempnentes. Hac ille.

T E R T I Ó gloria, que repromittitur mansuetis, debet nos inducere ad ipsam mansuetudinem obseruandam, & humanam. Dicit enim Psal. quod mansueti hereditabunt terram, supple uiuentium in caelo, & delectabuntur in multitudine pacis, que scilicet erit in celisti gloria. Item idem Psal. Dirige supple dominum mansuetos in iudicio. Sed quomodo ipsos dirigit? Profecto dirigit eos de ualle Iosaphat secum in celum, cum dicit illis illud Mat. trigeminotinto. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, &cæt. Tunc enim ipse Christus exaltabit mansuetos in salutem, supp. æternam. Pater ergo de tribus, que debent nos inducere ad mansuetudinem. Et sic patet de secunda via, per quam debemus ambulare uersus celum, que dicitur via mansuetudinis.

T E R T I A uia, per quam debemus ambulare uersus ipsum celum, dicitur via patientia, de qua subdit Apostolus in præsenti epistola, cum ait. Cum patientia, supple aduersorum, ut dicit interli. quia, ut habetur Iacobi. 1. Patientia opus perfectum habet, idest, facit perfecte, & equanimiter tolerare aduersa, & Lucas. uigesimo secundo. In patientia uerba possidebitis, idest, custodiens animas uestras, tanquam aperte diceret salvator. Per uirtutem patientia eritis domini & possessores animarum uestrarum, ut si animæ uestre passiones obhorreat, eas tamen rationis arbitrio regatis, & ad patientium inducatis. Vbi notandum, quod patientia nostra debet esse.

Generalis, Realis, Personalis.

P R I M O igitur debet esse generalis, idest, circa oīm materiam, quantūcumq; ardū, & difficultē. Hinc Apost. 2. ad Corinth. 6. In omnibus exhibeamus nosmetiplos, sicut Dei, min-

ministros in multa patientia. Et nota, quod dicit in omnibus, quia contra omnia aduersa debemus nos armare uirtute patientiae; ut non contristemur, si paupertate patimur, si egreditur affligitur, si in fama ledimur, si parentibus, & amicis orbamur, si rebus secundis priuamur, si iniurias, & maledicta susinemus, si contemptui, aut opprobrio a malis habemur, & huiusmodi. In omnibus ergo his aduersis, ac similibus patientiam habere debemus. Quod, ut facilius facere possumus, debemus ponere coram oculis nostris quanta, & quam patienter passi sunt Dei amici. Hinc Iaco. 10. dicitur. Patientiam Iob auditis, scilicet, quem debetis imitari, qui uno, & eodem die amitendo omnes filios, & filias, diuitias tenuieras, atque corporis sanitatem, insuper illatis sibi ab uxore, & amicis opprobrijs, qui tamen cum consolati debebant, in omnibus tamen his non peccauit, nec stulte quid per impatientiam contra Deum locutus est. Eiusdem. Ecce, quam generalis, & uniuersalis fuit patientia Iob. Sed profecto ut dicit Beatus Ambrosius super psalmum. Beati immaculati sermo. 8. Rarus Iob hodie inuenitur in terris, qui amicit diuitias, & filios, & cum uermis toto corpore fluenter, a Dei tamen charitate non potuit separari. Hec ille. Pratica, quomodo ad minimam egreditinem efficiamur impatientes, & contra Deum murmuramus, item ad amissionem modicę substantie, etiam usque ad obolum, & huiusmodi.

S E C U N D O patientia nostra debet esse realis, & non ficta. Sunt enim qui habent patientiam lombardicam. Lombardi enim sive longobardi uidentes, quod non possunt se vindicare de alijs, simulant patientiam cum elevatione humerorum suorum stringentes, sive mordentes labia sua. Intus tamen ardent per impatientiam. Horum igitur patientia non est realis, sed ficta. Talis etiam est patientia nonnullorum religiosorum; seruorum, ac mulierum. Tales enim cum reprehenduntur, interdum tacent, ne ostendendo latenter impatientiam, deterius habeant. Sunt tamen nonnulli, qui primum sunt satis patientes, cum scilicet, dicuntur ei contumeliaz, aut opprobria, sed postmodum suadente diabole efficiuntur impatientes. Et de talibus loquens Greg. in suo pastorali. c. trigesimo tertio, dicit sic. Euenire plerisque patientibus solet, ut eo quidem tempore, quo, uel aduersa

patiunt-

patiuntur, uel contumelias audiunt, nullo dolore pulsentur. Sed cum post paululum haec ipsa, qua pertulerunt, ad memoriam reuocant, igne doloris se inflammant, argumenta ultioris inquirunt, & mansuetudinem, quam tolerantes habuerant, retractantes in malitiam uertunt. Cuius quidem permutationis causa est, quia tempore conflictus callidus aduersarius bellum contra ueritatem mouebat, unum inflamans, ut contumelias inferret, alterum prouocans, ut Iesus contumelias pro contumelijs redderet. Sed postquam superauit eum, qui contumelias dedit, eo relicto, & uicto toto conatu aggreditur illum, qui patiens fuerat. Et quem commouere in ipsa contumeliarum iaculaione non potuit aperto certamine, interim quiescens aptum deceptionis temporis inquirit. Quietis ergo tempore ad uictoriam animam redit, & uel rerum damna, uel iniuriarum iacula ad memoriam reducit, atque cuncta, quae sibi illata sunt, uehementer exagerans, intolerabilia ostendit, tantoque mereore, mentem conturbat, ut plerunque uir patiens post uictoriā se non redditissime contumelias doleat, & deteriora rependere, si occasio prebeat, querat. Deinde idem Greg. tales comparat illis omnibus, qui postquam surrexerunt de gravi infirmitate, interdum a modica febre superueniente occiduntur. Hec ille.

T E R T I O patientia nostra debet esse personalis. Sunt enim plerique, qui optimè solent consolari aduersa patientes, & ad patientiam inducere, dicentes, quod nihil illis proficit conturbari, aut tristari, & quod de necessitate faciant uirtutem. Sed profecto tales etiam in minimis impatientes efficiuntur, nec tolerare volunt, ut tempore aduersitatis ab aliis ad patientiam hortentur, quinimo inde quandoque detiores sint. Quibus accendunt esset illud uerbum. Lucas. 4. Medice cura te ipsum. Non satis ergo est, ut sciamus alioshortari ad patientiae uirtutem, nisi etiam nosmetipos excitemus in materia patientiae. Et hoc uolunt innuere Apostolus. 2. Cor. 6. cum ait. In omnibus exhibeamus nosmetipos in multa patientia. Pater ergo, qualis debet esse nostra patientia. Et sic pater de tertia via, &c.

Q U A R T A via, qua itur ad paradisum, dicitur uia charitatis, de qua subdit Apostolus, cum ait. Supportantes inui-

cem

nicem in charitate. Sunt enim multi imperfecti in via Dei & morum. Sed tales debent supportare, sine tamen Dei offensione, hi qui sunt perfectiores, alias à uera charitate deficiunt, quia ut habetur 1. ad Corint. 13: Charitas omnia sufficit.

M O R A L I T E R . notandum iuxta prædictum uerbum Supportantes inuicem in charitate, quod ad supportandum nos inuicem, non quidem in malo, sed in bono, & ex charitate, tria præcipue nos inducunt: quæ sunt

Scriptura, Figura, Natura.

P R I M Æ . quidem scriptura, ut patet ex uerbis Apostoli ad Gala. ulti. dicētis Alterius onera portare, & sic adim plebitis legem Christi, qui supp. præcipit mutuam charitatem. Maximè autem debent Prælati, & maiores supportare per compassionem, & ex charitate defectus suorum subditorum, non ut eos impunitos relinquant, sed ut misericorditer eum illis, qui ex infirmitate peccat, agant. Sic enim consiluit Apostolus ad Romam. 15. dicens, Debemus nos firmores imbecillitates aliorum substinere. i. supportare. Huius contrarium multi Prælati religionum agunt, qui sunt frequenter suis subditis duri, & austri, sibi autem molles, & benigni. Quis reprobatur Saluator; Matt 23. dicens, Dicunt & non faciunt. Alligant onera grauia, & importabilia in humeros hominum, digito autem suo ea mouere nolunt.

S E C U N D Æ . ad supportandum nos inuicem ex charitate inducit nos figura. Legitur enim 3. Regum. 5. qd Salomon posuit in fundamento templi lapides grandes etiam preciosos, & quadratos. Per quod designatur, qd in ædificio ecclie fæc militantis perfecti, qui sunt quasi fundamentum illius, debent ex charitate supportare imperfectorum, & imbeciles. Item sicut in ædificio templi Salomon unus lapis supportabat alium, & sic in ecclæsa unum membrum debet aliud ex charitate supportare. Sed proh dolor, hac tempestate sunt multi lapides. i. Prelati in ecclæsa Christi omnino inutiles, quos meritò possumus comparare illis monstrosis, Italicè Marmonette, qui solent apponi in columnis ecclæsiarum, qui videntur portare totum pondus ædificij, & tamen à parte rei nihil ibi deseruent, nisi ad replendū locum, & ad prouocādum intuētes ad ritum. Sic hodie multi in ecclæsa

replent,

replent, & tenent loca bonorum prælatorum, qui propter suam imperitiam sepe prouocant alios ad risum.

T E R T I Æ . ad prædictam supportationē inducit nos natura. Refert enim Aug. de uerbis Apostoli, ser. 21. expōens illud uerbū Apostoli. Alter alterius onera portare, de natura ceruorū, quæ talis est, qd cum volunt fretum transire, ut ad insulā pergangat pascuorū gratia, sic se ordinant, ut onera capiā suorū, quæ gestant in cornibus, super inuicem portent, ita ut posterior super anteriorē ceruice proiecta, caput collocet. Et quia necesse est unum esse, qui ceteros precedens nō ante se habeat, cui caput inclinet, uicibus dicuntur id agere, ut lassissimi sui capitū onere ille, qui præcedit, post oēs. redeat, & ei succedat, causis cerebat caput, cum ipse præiret. Et ita inuicem onera sua portantes fretum transirent, donec ad terram stabilem ueniant. Item ad idem propositum refert idem August. Homil. 15. quomodo membra humani corporis scipia mutuò supportant. Nam quando unum membrum patitur, cetera membra compatiuntur. Vnde ibi dat exemplum de spina modicum pedem pungente, pro cuius remedio cetera pœnè membra concurrunt. Nam spina dorsi se incurvatur, oculi non cessant locum punctionis pariter, & spinam querere, manus circa hoc operatur, nihilque uacat in homine ad subueniendum. Solum in pede factum est vulnus, & tamen totum, quod est in homine, operatur ad salutem illius, ut impluat uerbum Apostoli. 1. ad Cor. 12. dicens, quod si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Deinde applicat Aug. suam similitudinem ad propositum nostrum, quomodo, scilicet, debemus ex debito charitatis nos mutuò supportare, & inuicem succurrere. Et sic patet intentum. Et per consequens de secundo principaliter.

T E R T I Æ . principaliter Apostolus in presenti Epistola nos admonet, & hortatur ad pacis commodum, cum ait. Solliciti, supple, sitis, seruare unitatem spiritus, id est, quæ est in Spiritu Sancto, vel qua est à Spiritu Sancto in unicculo pacis, quia uera pax est uino cordium in domino. Hoc autem, supple, debetis facere, ut sitis unum corpus mysticū, iuxta illud ad Rom. duodecimo. Multi unum corpus sumus in Christo. Vel unum corpus, corporaliter nobis mutuò subueniendo, & unus spiritus idem uolendo, iuxta

Ser. Do. G. Pep. Pars Aet. illud

Hh illud

illud i.ad Cor.1. Idipsum dicatis omnes , & non sint in uobis schismata, sicut uocati estis in una spe uocationis uestra, idest ; ad diem premij cœlestis . Iterum Apostolus probat, & ostendit, quod debemus seruare unitatem spiritus in uinculo pacis , quia militamus sub eodem domino , illuminamur eadem fide , & regenerati sumus codem sacramento, scilicet baptismo . Et hoc est, quod loquitur dicens. Vnus Dominus , una fides , unum baptismum . De unitate Domini scribitur Deuteronomij 6. Dominus Deus tuus unus est. De unitate fidei patet per grammaticos, qui dicunt hoc nomen fides carere numero plurali . De unitate vero baptismi patet, tum quia eadem forma ubique obseruantur, scilicet, Ego te baptizo in nomine patris, &c. Tum quia eadem uirtus in ea interius operatur. Tum quia idem elementum in eo adhibetur, quod est aqua. Tum quia non reiteratur, sicut aliqua alia sacramenta. Bene ergo dictum est ab Apostolo. Vnus Dominus , una fides , unum baptismum . Vnde legitur in legenda beatae Ceciliae, quod cum ipsa misisset spolum suum Valerianum ad Vrbam papam, ut ab eo in fide instrueretur , & baptizaretur, subito apparuit in niueis uestibus quidam senex tenens librum litteris aureis scriptum ita continentem . Vnus Deus , una fides , unum baptismum . Cumque dictus senex interrogasset ipsum Valerianum, si crederet ita esse, respondit dicens. Non est aliud, quod uerius possit credi . Quo dicto senex disparuit. Valerianus vero mox a beato Vrbano baptismum suscepit. Et nota , quod huiusmodi apparitio facit ad confirmationem fidei nostrae.

M O R A L I T E R . Notandum iuxta illud. Vnum corpus, & unus spiritus, &c. q̄ membra eiusdem corporis habent inter se pacem multipliciter, per quod instruimur obseruare unitatem spiritus, & animi adiuicem . Primo enim unum membrum non inuidet alteri , quamuis perfectiori . Non enim pes inuidet oculo. Sic nec debet esse inter homines uisus, eō q̄ unus sit nobilior, dicitur, aut doctior altero . Secundū unū membrū ab alio causuliter lēsum nō se uindictat, sed patienter fert lēsionē . Sic et debet esse inter hōes, siue le danter ab alijs à casu, siue à proposito . Sic enim magnum meritum acquirit lēsus apud Dominum .

TERTIÒ unum membrum alteri laeso compatitur, & ipsum iuuat pro posse . Ita etiam debet esse inter homines , & non more canino mordere lēsos, sicut plerique facere solent. Quartò unum membrum se opponit pro alio, & ipsum defendit, ut manus, uel brachium pro capite . Sic etiam debet esse inter homines. Verbi gratia . Si qui audiunt detractionem fieri de absente, debent ipsius honorem defendere resalua tamen ueritate . Quintò unum membrum cibum, quem recipit, ceteris membris, & præsertim propinquioribus communicat, sicut patet de ore, & stomacho . Sic etiam diuites debent communicare bona sua pauperibus, & signanter suis consanguineis , aut affinibus, siue uiciniis, quia uia habetur i.ad Timotheum 5. Si quis suorum, & maximè domesticorum curam non habuerit, fidem negauit, & est in fideli deterior . Sextò membrum uilius solet magis supportari , sicut patet de pede . Sic etiam imperfecti in uia morum debent ex charitate supportari ab his, qui sunt perfecti , iuxta illud uerbū Apostoli i. ad Thessalonicen. 5. Suscipe infirmos . Item ad Rom. 14. infirmum, in fide assumite, scilicet benignè sanando infirmitatem fidei sue . Sunt enim multi simplices infirmi in fide, neficientes articulos fidei, aut qui uacillant circa aliquā credenda , qui tamen parati sunt credere, prout oportet . Tales ergo infirmi in fide sunt supportandi à discretis confessoribus, & benignè instruendi, non autem exprobrandi, aut terrendi, prout nonnulli confessores facere solent . Patet ergo, quod unitas membrorum inducit nos ad unitatem animorum . Quod ubi fecerimus, indubitate obtinebimus in praesenti gratiam à Domino , & gloriam in futuro . Prosternante Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre, & spiritu sancto uiuit, & regnat per infinita seculorum secula .

Amen.

illud i.ad Cor.1. Idipsum dicatis omnes , & non sint in uobis schismata, sicut uocati estis in una spē uocationis uestra, idest ; ad diem prae mij cœlestis . Iterum Apostolus probat , & ostendit, quod debemus seruare unitatem spiritus in uinculo pacis , quia militamus sub eodem domino , illuminamur eadem fide , & regenerati sumus eodem sacramento , scilicet baptismo . Et hoc est, quod loquitur dicens. Vnus Dominus , una fides , unum baptisma . De unitate Domini scribitur Deuteronomij 6. Dominus Deus tuus unus est . De unitate fidei patet per grammaticos , qui dicunt hoc nomen fides carere numero plurali . De unitate vero baptismi patet , tum quia eadem forma ubique obseruantur, scilicet, Ego te baptizo in nomine patris, &c. Tum quia eadem uirtus in ea interius operatur . Tum quia idem elementum in eo adhibetur , quod est aqua . Tum quia non reiteratur, sicut aliqua alia sacramenta . Bene ergo dictum est ab Apostolo . Vnus Dominus , una fides , unum baptisma . Vnde legitur in legenda beatae Ceciliae , quod cum ipsa misisset spolium suum Valerianum ad Vrbannum Papam , ut ab eo in fide instrueretur , & baptizaretur , subito apparuit in niueis uestibus quidam senex tenens librum literis aureis scriptum ita continentem . Vnus Deus , una fides , unum baptisma . Cumque dictus senex interrogasset ipsum Valerianum , si crederet ita esse , respondit dicens . Non est aliud , quod uerius possit credi . Quo dicto senex dispergit . Valerianus uero mox à beato Vrbano baptismum suscepit . Et nota , quod huiusmodi apparitio facit ad confirmationē fidei nostræ .

M O R A L I T E R . Notandum iuxta illud . Vnum corpus , & unus spiritus , &c. q̄ membra eiusdem corporis habent ter se pacem multipliciter , per quod instruimur obseruare unitatem spiritus , & animi adiuicem . Primo enim unum membrum non inuidet alteri , quamuis perfectiori . Non enim pes inuidet oculo . Sic nec debet esse inter homines in uidia , eò q̄ unus sit nobilior , ditor , aut doctior altero . Secundū unū membrū ab alio causuliter lēsum nō se uidet , sed patienter fert lēsionē . Sic et debet esse inter hōes , sive ledantur ab alijs à casu , sive à proposito . Sic etiam magnum meritum acquirit lēsus apud Dominum .

T E R T I Ó unum membrum alteri laeso compatitur , & ipsum iuvat pro posse . Ita etiam debet esse inter homines , & non more canino mordere lēsos , sicut plerique facere solent . Quartū unum membrum se opponit pro alio , & ipsum defendit , ut manus , vel brachium pro capite . Sic etiam debet esse inter homines . Verbi gratia . Si qui audiunt detractionem fieri de absente , debent ipsius honorem defendere resalua tamen ueritate . Quintū unum membrum cibum , quem recipit , ceteris membris , & præscertim propinquioribus communicat , sicut patet de ore , & stomacho . Sic etiam diuites debent communicare bona sua pauperibus , & signanter suis confanguineis , aut affinibus , sive uiciniis , quia ut haberut i.ad Timotheum 5. Si quis suorum , & maximè domesticorum cutam non habuerit , fidem negauit , & est in fidelis deterior . Sextū membrum uilius solet magis supportari , sicut patet de pede . Sic etiam imperfecti in uia morum debent ex charitate supportari ab his , qui sunt perfecti , iuxta illud uerbū Apostoli i. ad Thessalonicens . 5. Suscipe infirmos . Item ad Rom. 14. infirmum in fide assūmite , scilicet benignè sanando infirmitatem fidei sue . Sunt enim multi simplices infirmi in fide , nescientes articulos fidei , aut qui uacillant circa aliqua credenda , qui tamen parati sunt credere , prout oportet . Tales ergo infirmi in fide sunt supportandi à discretis confessoriibus , & benignè instruendi , non autem exprobrandi , aut terrendi , prout nonnulli confessores facere solent . Patet ergo , quod unitas membrorum inducit nos ad unitatem animorum . Quod ubi fecerimus , indubitate obtinebimus in praesenti gratiam à Domino , & gloriam in futuro . Pro-

stante Domino nostro Iesu Christo , qui cum

patre , & spiritu sancto uiuit , & re-

gnat per infinita seculo-

rum secula .

Amen.

Dominica xvi. post Trinit.

Dominica decima-septima post Trinitatem, Sermo secundus de Euangeliō.

NON discumbas in primo loco. Luc. 14. Pro introductione praesentis sermonis mouetue quæstio talis.

VTRVM uolens discumbere in primo loco per desiderium prælature, siue officij iudicaturæ semper peccat mortaliter. Videtur, & non, quia alias magna pars hominum est in malo statu, eò quod multi clericci appetunt prælaturem, & similiter multi laici iudicaturam. In oppositum est euangelium praefens, ubi Christus aperte reprehendit eos, qui apud Iudeos prius accusitus eligebant, per quos designantur ecclesiastice dignitates.

PRO responsione ad hoc dubium premitendum est conformiter ad beatum Tho. 2. 2. q. 18. 5. artic. 1. quod in episcopatu quatuor possumus considerare. Primum est principale & finale, scilicet, episcopalis operatio. Verus enim episcopus intendit utilitatem, & commoditatem subditorum, & per seipsum quo ad spiritualia. Et hoc uoluit innuere Christus, quando dixit primo prælatō ecclesiæ, & successori suo Petro, illud Io. 2. 1. Pasce oves meas; pasce agnos meos. Secundum est altitudo gradus, siue status, quia episcopus super alios constitutus, & reuerentia, quam debent exhibere subditis pretatis suis. Secundus honor est subuentio, & prouidentia temporalium, quam illis ministrare debent. Quartum est sufficientia temporalium. Vnde, ne Prælati dimittant spiritualia propter sollicitudinem temporalium necessitatum, prouidum est eis etiam abunde de possessionibus terrenis, ita, ut in talibus multi eorum excedant plerosque nobiles, comites, ac principes. His igitur prælibatis, ponuntur aliquæ conclusiones, seu ueritates:

Sermo II. de Euang.

PRIMA igitur ueritas. Non licet appetere primum locum in ecclesiâ. i. prælaturam ratione altitudinis gradus, siue ratione honoris, aut reuerentiae, quæ exhibetur prælature. Probatio. Omnis ambitio est uitiosa, eò quod importat inordinatum, & immoderatum appetitum dignitatis ratione honoris, secundum beatum Thomam 2. 2. q. 17. artic. Et ut dicit Chrysostomus. 43. Anima cupiens honorem in praesenti, non uidebit regnum celorum in futuro. Sed quicunque appetit primum locum in ecclesiâ, id est, prælaturam propter conditiones prius positas, scilicet, ratione altitudinis gradus, siue ratione honoris, aut reuerentiae, est ambitiosus, & superbus. Igitur non licet appetere primum locum in ecclesiâ propter predictas circumstantias, aut conditions. Vnde de hoc reprehendit dominus phariseos Matth. 23. dicens. Amant primos recubitus in coenis, & primas cathedras, &c.

SECUNDA ueritas. Non licet, appetere primum locum in ecclesiâ. i. prælaturam ratione temporalium annexorum dignitati. Probatio. Omnis avaritia est illicita, cum sit mortalita, & importet immoderatum appetitum temporalium bonorum. Sed appetere prælaturam propter temporalia pertinet ad avaritiam. Igitur hoc non licet. Sed proh dolor, hac tempestate fermè omnes ambientes, & aspirantes ad ecclesiasticas dignitates, ideo eas affectant, aut ut honorentur, aut ut ditentur. Testes sunt conscientie eorum. Insuper experientia hoc docet aperta. Nam multæ eorum, nec dioeceses suas personaliter uisitant, nec quæ sunt officii sui, in propria persona exercent, sed per suffraganeos, & vicarios, & ideo per vicarios ibunt ad Paradisum. Item pauci cum sponsis suis resident, sed potius sequuntur curias principum, aut forsitan habitant in palatiis suis uanitatibus huius saeculi operâ dantes. Nec apud eos est quæstio de cura, & salute ouium suarum, sed tantum de lana earum, spiritualia cõmitentes uicarijs, & officialibus suis, taliâ uero sibi seruantes. Quæ quidem taliâ utinam impios, & non in impiis usus consumenter. Et quod execrabilis est, emendas de linquientium subditorum conuertunt in proprios usus, cum amen debeat conuerti in usus pauperum, aut ecclesiistarum desolatarum, & huiusmodi. Abiit tamen à

sie, ut omnes prælatos reputem tales. Non ergo indignatur boni, si loquitur de malis.

T E R T I A ueritas. Non licet appetere primum locum in eccllesia, etiam cum intentione proficiendi subditis. Probatio. Qui enim sic appetit prælaturam est præsumptuosus, quod patet sic. Nam secundum beatum Tho. 2. 2. q. 185. art. 1. in solutione ad secundum. Ad statum episcopalem praexigitur uitæ perfectio. In cuius rei signum Christus, antequam cõmitteret Petro pastorale officium, quæsiuit ab eo, an eum plus ceteris diligenter. Sed ille est præsumptuosus, qui se per, factum reputat. Igitur , qui prælaturam appetit , & signanter episcopatum, & supra, est præsumptuosus . Et per consequens non licet dictam prælaturam appetere, etiam cum intentione proficiendi subditis. Ecce enim magnus ille doctor ecclœ Augustinus, quāmuis posset multum prodesse subditis , sicut rei postmodum probauit eventus , nunquam tamen appetiuit prælaturam , quinimo quantum potuit, eam subterfugit, & uitavit, quod patet ex uestibulis eius in libro de uita, & moribus clericorum. Quod, inquit , esse potui, illi nolui, nec tamen quæsiui esse, quod sum. Elegi enim magis abiectus esse in domo Dei , quam habitare in tabernaculis peccatorum . Nō enim in conuiuio domini mei superiorem locum elegi, sed potius inferiorem , & abiectum , & placuit illi mihi dicere, ascende superius. Et post pauca. Adeo, inquit, timebam episcopatum , ut quoniama ceperat esse iam aliquius momenti inter seruos Dei fama mea , in quo loco sc̄iētā non esse episcopum , non illè accederem . Cauebam autem hoc, & agebam, quantum poteram, ut in loco salubriter humili, & non in alto pereclitarer. Sed domino seruus non debet contradicere, cui placuit mihi dicere, ascende superius. Hæc ille. Similiter multi alij uitauerunt, quantum potuerūt dignitatem pastoralem, ut Ambrosius, Gregorius, Félix, & similes. Mirum ergo certè est , qua temeritate, aut præsumptione hac tempestate multi indocti , & ignari mundanam, & dissolutam ducentes uitam id appetunt, maximè cum dicat idem Aug. notabile uestibulum li. 19. de ciui. Deic. 19. locus, inquit, superior , sine quo populus regi non potest, sed ita teneatur, atque administretur, ut decet , tamen indecoriter appetitur. Hæc ille,

A t uero in contrarium allegant uiri mundani, & se muniant verbis Apostoli. 1. Timo. 3. dicentis. Siquis episcopatum desiderat , bonum opus desiderat . De quibus meminit Grego. in suo pasto. c. 8. ita dicens. Plerumque, qui preesse concupiscunt, ad usum suę libidinis instrumentum Apostoli ci sermonis arripiunt, quo ait. Siquis episcopatum desiderat , &c. Qui tamen Apostolus laudans desiderium , protinus uertit in paucem, quod prius laudauerat, cum repente subiungit dicens. Oportet autem episcopum irreprehensibilem esse. Ac si aperte diceret. Laudo, quod quæritis, sed prius discite, quid queratis. Et post pauca. Quamuis sciendum, quod illo in tempore predicta uerba dicta sunt, quo quisquis plebis prærerat, primus ad martyrij tormenta adducebatur. Tanc ergo fuit laudabile episcopatum querere, quando per hunc quemque dubium non erat ad supplicia grauiora pertinere. Ipse ergo sibi testis est , quia episcopatum non appetit, qui non per hunc boni operis ministerium , sed honoris gloriam, querit. Hæc ille. Item contra illos, qui solent dicere. O si episcopus , aut abbas essem, talia, & talia facerem , loquens idem Grego. ubi supra. c. 9. dicit sic . Pleturque hi, qui subire magisterium pastorale concupiscunt , nonnulla quandoque bona opera animo proponunt . Et quamvis hoc elationis intentione appetant , operatiuros tamen se magna retractant. Sed sepe sibi mens de seipso mentitur , & singulare de bono opere amare, quod non amat , de mundi autem gloria non amare, quod amat . Cumque percepti principatus officio perfriu sacerulariter caperit, libenter obliuiscitur, quicquid prius religiosè cogitauerat. Hæc ille. Patet ergo prolixè ex dictis sacrorum doctorum Aug. & Gregor. quod non licet appetere primatum in ecclœ etiam cum intentione proficiendi subditis.

Q U A R T A ueritas . Qui appetit primatum in ecclœ, aperte se fatuum ostendit. Itud patet ex dictis Chrys. super Mat. sic dicentis. Primatum ecclœ concupiscere nec iustum est, nec utile. Quis enim sapiens vult se subiungere vltro servituti , & periculo tali , ut reddat rationem pro magna multitudine hominum , nisi forte talis , qui non timet Dei iudicium , abutens primatum ecclœ astico sacerulariter , ut scilicet , conuerterat ipsum in sacerulare ? Hæc ille. Nonne queso ille

Dominica xv i. post Trinit.

est ualde fatuus, qui sponte obligat animam suam pro pœnæ infinitis animabus, quinimo totis uiribus laborat, tam per se, quam per suos, ut se taliter obliget? Sic est in proposito de multis. Secus autem, ubi quis canonice eligitur, & uocatur ad prelaturam. Et ideo sequitur alia conclusio, sive ueritas.

QUINTA ueritas. Qui uocatur ad prelaturam per uia canonicanam potest licet consentire, & eam acceptare, dum modò sit persona habilis, & quæ nullum habeat legitimum, seu canonicum impedimentum. Hanc ueritatem uolui inuenire Apostolus Heb. 5. qui cum premisstet dicens. Nemo assumit sibi honorem, id est, assumere debet se ingerendo, mox subiunxit. Sed qui uocatur à Deo, tanquam Aaron, id est, qui recte eligitur, & qui dignus sit, sicut Aaron. De uocatione autem Aaron à Domino scribitur Exodi. 28. Quod dominus dixit ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis, de medio filiorum Israël, tu sacerdotio fungantur mihi. Num. decimosseptimo. legitur, quod dominus ostendit Aaron dignum sacerdotio, siue pontificatu perenniam, quæ floruit, & fronduit, & fructum fecit. Praesumitur autem de aliquo saltu in foro exteriori, quod uocatur ad prelaturam à Deo, tanquam Aaron, quando electio est canonica, nec per uiam iuris potest calumniari, siue quando aliqui conferunt beneficium curatum eo non petente, & qui ad ipsum est idoneus, ut similiter cum aliqui autoritate superioris imponitur in meritum obedientia officium prelaturæ. Talis enim tenetur dictum officium in tali caluceptare, dummodò non sentiat in se legitimum impedimentum.

SEXTA, & ultima ueritas, & quæ concernit secundam partem quæstionis propositæ, est talis. Volens discubere in primo loco per desiderium officij iudicaturæ, non peccat, dummodò sequentes circumstantiae concurrent. Prima est, quod fit persona ad hoc habilis. Secunda, quod non appetat tale officium ex ambitione, seu appetitu dominandi, siue eriam, ut dixerit, quod pertinet ad auaritiam. Tertia, quod appetat prodesse communitati. Nec est simile de officio prelaturæ, & iudicaturæ. Nam ad officium prelaturæ, & signanter superioris, requiritur, quod aliquis sit perfectus,

Sermo i. i. de Euangeliis 245

et us, ut dictum est. Er quia nullus est certus, quod sit perfectus, ideo nemini licet officium prælature appeteret: Ad officium autem iudicaturæ non requiritur talis uitæ perfectio, ideo huiusmodi officium potest licet appeti, tamen cum debitis circumstantiis, ut dictum est. Non ergo euni; qui appetit præesse ciuiliter, aut iuridice, reprehendit Christus, sed tantum eum, qui appetit præesse officio prelature, diuersis in principio Euangelii præsentis. Non discubas in primo loco, id est, non te ingeras ad prelaturam, nec eam affectes in corde tuo.

In præsenti ergo Euangilio de tribus principaliter fit mentio, uidelicet.

De Christi refectione, in principio Euangelii.

De Hydropici curatione, ibi. Et ecce homo quidam Hydropi, &cet.

De salubri instructione, ibi. Cum inuitatus fueris ad nuptias, &cet.

PRIMO igitur fit mentio de Christi refectione, cum dicitur in principio Euangelii, quod intravit Iesus in domum cuiusdam Principis Pharisæorum Sabbato manducare panem. De isto Principe Pharisæorum dicit de Lyra, quod uerissime est, quod inuitauerit Christum malitiosè, & non ex deuotione. Nam Pharisæi præ ceteris Iudeis insidiabantur Christo, & aduersabuntur ei, & hoc ex inuidia. Erat enim more multorum ecclesiasticorum, & religiosorum cupidi honoris, & gloriæ mundanæ, propter quod in exteriori homine ducebant uitam austera, & religiosam. Cum ergo uiderent iam multos currentes post Christum, tum propter signa, quæ faciebat super ipsis, qui infirmabantur, tum propter sanctam, & sanam doctrinam, quam docebat, illi summè inuidebant, estimantes, quod diminueretur pri eum gloria ipsorum.

MORALITER: Notandum, quod singula uerba, quæ narrantur in principio huius Euangelii, multam conferunt ad edificationem nostram, si modò sit, qui sugat mel de peccata, & oleum de falso durissimo, id est, qui ex sensu literali possit commodè elicere sensum moralē.

PRIMÒ igitur dicitur, quod intravit Iesus in dominum, super inuitatus, ut piè creditur. Per qd insinuat, qd uia satis est,

Dominica xv i i. post Trinit.

ut quis expectat, q̄ pauperes petant ab eo hospitium praep̄ter Deum, uerum etiam debet eos præuenire. Qui enuntia liter agit, dñplex meritum apud dominum acquirit. Primum quia ex charitate eos præuenit. Secundum, quia ipsos benignè tractat, & recipit. Sic enim agebat magnus illc Patriarcha Abraham: quia ad eus perascente die stabat ante ostium domus sūg, ut uidetur, si qui pauperes transirent. Et quotquot transibant, rogabat eos in domum suam declinare. Quibus ingressis faciebat illis egregium vultum. Vnde propter tantam humanitatem ad pauperes meruit Angelos in specie peregrinorum hospitio recipere, ut legitur Gene. decimo octauo. Simile legitur de nepote eius Loth quo ad illos duos Angelos, qui ueniebant ad subuentum Sodomam. Gene. decimonono. Nota de illa ciuitate, de qua legitur in uitis patrum, quod habitatores illius circa solis occasum exibant ciuitatem, ut occurserent peregrinis, pro quibus recipiendis adiuuicem decertabant, uno dicente ad alium. Tu heri receperisti peregrinos tuo hospitio, nunc ergo permittis istos declinare in domum meam. Cui alter respondebat dicens. Tu es pauper, & sic posses gratuari. Ego autem diues sum, & ideo melius possum illis prouidere, quam tu ipse posses. O' quam charitativa decernatio propter pauperes Christi recipiendos. Heu ubi hodie tales? Profecto refriguit charitas in cordibus multorum. Nota de illo patrefamilias, de quo refert Greg. Hom. vigiliæ moterio. Quod omni die habebat aliquos pauperes secum in mensa sua comedentes. Propter quod meruit Christum in specie pauperis recipere. Cui cum more suo ueller aquam infundere eius manibus priusquam ad mensam sederer, ille subito disparuit. Ecce, quam gratum est Deo pauperes charitati inuitare ad dominum, & humaniter pertractare, iurata facultatem domus.

S E C U N D O dicitur in præsenti Euangeliō, quod domus, in quam intravit Iesus, ut comedeter panem, erat domus cuiusdam Principis Pharisaorum. Per quod denotatur, quod Principes, & Nobiles, diuites, & potentes præcatris debent intendere operibus pietatis, eò quod commodiū hoc possint facere, quam pauperes, & mediocri. Hinc scriptum est Thob. quarto. Si multum tibi fuerit, abundanter

Sermo i i. de Euang.

246

ter tribue. Et Luc. sexto. Ait Christus. Omni potenti te tribue. Vnde August. Hom. quadragesima septima. Allocutus diuitem in persona domini dicens. Ego plus tibi dedi, ut haberetis, unde pauperi dares. Pauperi non dedi ob hoc, ut te probarem, non quia ambobus, non habui, unde darem, sed quia uolui te probare per pauperem. Ego sum, qui diuitem, & pauperem feci, prærogatorem te constitui in bonis meis. Fac igitur pauperi misericordiam, quia nihil perdes, & me, qui tibi dedi, non offendes. Hæc ille. Ecce qualiter principes, & diuites huius saeculi monentur ad pietatis opera pauperibus exhibenda. Sed profecto multi eorum sunt adeo tenaces, & impij ad pauperes, quod non volunt illis subuenire, nisi forsan exigendo ab eis modicam eorum possessiunculam, etiam uili prelio. Alij uero sunt a deo prodigi, quod nihil habent, unde possint facere elemosynam. Et utriq; directe uadunt in infernum post magnum corum patrem diuitem epulonem.

T E R T I O dicitur in præsenti Euangeliō, quod Sabatum erat, quando princeps pharisaeorum dedit Christo manducare, per quod denotatur, quod etiæ expediat omni tempore, & die uacare operibus pietatis, hoc tamen maxime faciendum est die festo. In cuius rei signum legitur Numeri. vigesimo octauo. Quod filii Israël die Sabbati debebant offerre domino duos agnos anniculos, ubi tamen alii diebus sufficiebat offerre unum. Legitur etiam Thobiae duodecimo. Quod cum factus esset dies festus domini, fecit Thobias prandium bonum in domo sua, ad quod uocauit per filium suum Thobiām iuniorem aliquos de tribu sua timentes Deum, ut epularentur cum eis. Similiter Nehemias octauo. legitur, quod Nehemias, & Esdras dixerunt populo Hebreorum. Ite, comedite pinguis, & bibite multum, & mitite partes eis, qui non preparauerunt sibi, quia sanctus dies domini est. Et hinc est, quod multi deuoti catholici diebus dominicis, & festis solent abundantius dare elemosynam pauperibus, & Ecclesijs. Similiter multæ bonæ, & probæ mulieres solent dominicis diebus dare pauperibus uaccarum suarum. Contra hoc autem agunt multi, qui diebus dominicis, & festis multa expendunt in maliis, & fructibus ventris, sive etiam in ludis, & huiusmodi.

iusmodi. De quibus conqueritur Dominus Eliae. i. dicens. Neomeniam, & sabbatum, & festiuitates uestras non feram. Iniqui sunt ceteri vestri. Calendas vestras, & solennitates vestras odiuit aia mea. Facta sunt mihi molesta. Laboravi sustinens.

Q uae r i t o dicitur ubi supra, quod intrauit Christus in domum predicatorum principis, ut manducaret panem. Non ergo illuc ingressus est, ut manducaret delicata, & preciosa cibaria uoluptatis, sed panem necessitatis. Sepe tamen in Sacra Scriptura nomine panis omnis cibus intelligitur. Nec verisimile est principem Phariseorum tantum obculisse nudum panem Christo. Sic enim non fecisset honorem suum. Possibile tamen est, quod Christus, qui maxime abstinentia erat, geras escas reliquerit, & tantum simplicem panem conederit, in hoc dans nobis exemplum abstinentiae. De potu autem Evangelista non loquitur, quia nomine panis intelligitur, quicquid comuni refectioni accedit. Christi ergo abstinentia nostram debet retinendre gulofitatem, & ingluviem, qui non sumus contenti uno cibo, nisi plures apponantur, & uarijs saltis condiantur, ut per amplius acuant appetitum, & per consequens audiunt, atque abundatius sumantur. Ex quibus omnibus uariis, & graues aegritudines sequuntur, quae tandem perdudunt hominem ad interitum. Vnde uulgatio dicitur, q[uod] plures interficiunt gula, quam gladius. Nam ut dicit Chrysostomus, pp. Pedū dolores, & capitū grauedines, atque uertigines, manus tremores, longēj, & cestulæ febres, atque alia multa his plura, non ex indigentia, parco; uictu, sed ex crapula, & satiitate nasci solent. Nec quidē solū ex crapula nascuntur egrediennes corporis, verū etiā mentis, cuiusmodi sunt cōcupiscentias, libidines, motus carnales, & similia, ita ut dicat Augustinus. Dñica prima in Quadragesima, q[uod] saturitas semper iuncta est laetitia. Vicina, inquit, libi sunt uenter, & genitalia, & pro membrorū ordine uitorū ordo intelligitur. Hec ille. Patet ergo moralis expositio prime partis praesentis Euangeli.

Q uae r i t v r, cur Christus uoluit comedere in domo principis Phariseorum, maxime cum præ ceteris populi ipsi pharisei sibi aduersarentur, ut dictum est, quod etiā optimè nouerat ipse Christus. Respondetur, quod hoc facere uoluit propter tria. Primum quidē, ut eos ad humilitatis exemplum induceret, & maximè sua humili cōuersatione, eò q[uod] præcep- teris

teris superbi essent, atq[ue] arrogantes. Nam, ut ait quidā, mores ex cōsciente formantur. Secundū, ut eos sua sancta doctrina informaret. Verisimile enim est, q[uod] nunquā Christus ingressus est domū cuiuscunq[ue], aut in societate multorū se reperit, quos non instruxerit. Nam inter comedendū semp uerba adiutoria in ore habebat. Et huius rei testimonium habemus in hodierno Euangeliō, in quo legitur, q[uod] coniuua induxit ad humilitatem, dicens unicuique eorum. Cum inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco. Sed de hoc postea dicitur: Exemplo ergo ipsis Christi debent uiri Ecclesiastici, & religiosi, quoties cotingit eos cum laicis comedere, uerba adiutoria habere, & non uana, & dissoluta more multorum. Tertio, ut nos ad dilectionē inimicorū induceret, cum eis pacificē tempore, & loco conuersando. Ipse enim optimè nouerat diulos phariseos sibi inimicari, & tamen eorum societatem non refutat. Et hoc est cōtra illos, qui nunquā volunt se inuenire in societate inimicorū suorū. Quod non caret sufficiente odij, & rancoris, nisi forsitan hoc faciat ad uitandū lites, & iurgia. Et istud potest uocari uitatio ad cautelā, quæ licita est, & rationabilis. E: sic patet ad quæstū, & per consequens de prima parte praesentis Euangeli.

S E C V N D O principaliter in praesenti Euangeliō fit mentione hydropici curatione, cum subditur. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illū, ut ipsum citius oculo misericordie, & pietatis respiceret Dominus, qui & in publico erat. Non enim faciebat se Christus claudi in camera, nec etiam cum baculis extra camerā custodiri, sed suā praesentiā exhibebat omnibus etiā pauperibus, & infirmis. Cuius cōtrariū faciunt multi principes, ita ut non pateat pauperibus grauatis accessus ad eos, sed tantū nobilibus, aut diuitibus, qui aliqua munera illis afferunt, aut qui ingressum ab ostiariisnummis sibi cōparant. Non sic autem agebat sanctus ille rex Ludovicus, qui predictos abusus cōsiderāt bis in hebdomada statat in publico, dans liberā audiētiā pauperibus. Quorū auditā querimonia statim, & de plano dabat sententiā, etiā sepe contra se, maxime ubi materia eius tangebat. Sed profectō de eo merito possumus dicere illud Eccl. 4. Vnus est, scilicet, in tali opere pietatis, & secundum non habet, id est, parem. Item illud Eccl. 44. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem

Iegem excelsi, de qua Deute. i. Ita paruu audietis, ut magnu, nec accipieris cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. Item de praedicta lege scribitur Esa. i. ubi propheta loquitur in persona Domini dicens. Subuenite oppreso, iudicate pumilio, defendete uiduum.

SE Q V I T V R in textu. Et respondens Iesu, scilicet, cogitationibus infidantium sibi legisperitorum, & Phariseorum, in quo factō ostendebat se uerū Deum, qui solus nōnit cogitationes hominū, dixit. Si licet sabbato curare, idest, opera charitatis sine sabbati violatione facere, cuiusmodi est infirmorum sanare? Hoc autē quererebat ab eis Christus, nō quia de hoc dubitaret, sed ut eos ex responsive sua confunderebat. At illi tacuerunt. Et quidem merito, quia nidebant, quod quicquid illi respondissent, contra se militasset, vt dici glosa ordi. Si enim licet sabbato curare hominem, cur ergo ipsum obseruant, idest, attente considerant? Quod si non licet, cur ergo pecora sua tali die curant? Ipse uero apprehensum, scilicet manu non quidem causa necessitatis, sed exemplo humilitatis, ut scilicet, per hoc factū doceret nos non abhorre quamcumq; homini infirmitatem) sanauit eum, ac dimisit, scilicet, abire corporaliter sanatum. Deinde probat, quod non violent sabbatum sanando hominē corporaliter die illo, sic arguendo in uitre. Magis subueniendum est homini infirmitatem patienti, etiam in die sabbati, quam brutis animalibus in necessitate constitutis, pro quanto homo est nobilior creatura, quam bruci. Sed uos iudei subuenitis brutis animalibus in necessitate constitutis, quia si bos, aut asinus uester cadi in puteum in die sabbati, statim extrahitis eum. Igitur à fortiori licet mihi, qui sum Dominus sabbati, curare hominem die tali. Et non poterat ad hanc respondere illi, quia ipsos conuincebatur, & ad metum non loquendi deducebat.

M O R A L I T E R. hydropticus iste designat multa genera peccatorum secundum multiplicem proprietatem, & conditionem dicti morbi. Est enim hydropsis morbus.

Inflatus. Sistibundus. Fœtidus. Ponderosus.

P R I M O igitur est morbus inflatus. Inflat enim humum corpus. Et quantum ad hoc designat superbiā, arrogatiā, & presumptionē, que omnia inflant. Vnde. i. ad Cor. 8. dicit

dicit Apostolus, q; scientia inflat, idest, superbire facit, si sup. fuerit sola, & absque charitate. Vnde Heseker. 16. dicitur de Aman, quod cum uideret se secundū post regem Assuerum, & ab omnibus adorari, in tantū tumorem arrogantię sublatus est, ut niteretur priuare regem regno, & uita.

S E C U N D O hydropsis est morbus stibundus. Nam hydropticus, quanto plus bibit, tanto magis bibere desiderat. Et quantum ad hoc significat auaritiam, quae est insatiabile malum, iuxta illud Eccl. 5. Avarus non implebitur pecunia. Nam cupiditas est, quasi ignis, pecunia vero quasi materia tales igni. Et ideo sicut quanto plura ligna apponuntur igni, tanto ille plus crescit, ita in proposito quanto plura habet avarus, tanto magis inardescit ad alia habenda, verbi gratia. Si aliquis clericus fuerit avarus, & habuerit capellam, appetit curam. Si habet curam, appetit præbendā. Qua adepta, appetit archidiaconatum, & si semper ascendendo usq; ad summū præstulacum. Quo adepto, adhuc non satiatu appetitus illius. Itē practica de officijs merè secularibus. Item de terrenis possessionibus, & dominijs. Vnde cupiditas, sine auaritia est tanquā ignis, qui nunquam dicit, sufficit, ut dicitur Proverb. 30. Hinc Iuuenia. 14. Satyra. Crescit amor numimi, quantum ipsi pecunia crescit. Ecce quām insatiabilis est auaritia. Et ideo merito comparatur hydropsi.

T E R T I O hydropsis est morbus fœtidus. Habet enim hydropticus anhelitum fœtidum. Et quantū ad hoc designat recte luxuriam, que reddit hominē luxuriosum fœtidum coram Deo, & angelis eius. Vnde de luxuriosis dicit in Iohele. Computruerunt iumenta, idest, homines lubrici, & carnales in stercore suo. Et istud potissimum habet verū secundū Greg. in mora. lib. 2. 4. de perseuerantibus usq; in senectā, & senium in immunditia sua. Nec quidē certe iste morbus solum fœteret in conpectu sanctorū angelorum, verum etiam démonū, & signanter peccatum contra naturam, ita ut dicat August. ad fratres in eremo ser. 47. qui intitulatur de vehementi peccati Sodomitici detestatione, quod haec turpitudine, & summa immunditia, à qua angeli fugiunt, tanta est, ut etiam démones eam uidentes oculos claudant. In huius etiam fœtidatis signum, & testimoniu referit idem August. lib. 2. 1. de cui. Dei, cap. 5. quod in terra adiacente quondam regioni Sodomorum nascuntur

Dominica x vii. post Trinit.

nascuntur quædam poma, quæ uidentur satis pulchra exte-
rius, quæ etiam ad maturitatem perueniunt. Sed si compri-
mantur, aut dentibus masti centur, mox in fumum fetidum,
ac fauillam euaneescunt. Hac ille. Et sic patet intentum.

QVA R T O hydropsis est morbus ponderosus. Reddit n.
hominem grauem, & ponderosum ratione superfluitatis hu-
moris aquatice. Et quantum ad hoc rectè designat peccatum
accidie, sive pigritione, quæ retardat hominem ab exercitio bo-
norum operum. Vnde piger dicitur, quasi pede eger. Vnde
unumquemq; talem reprehendit scriptura Prover. 6. dicens.
Vsquequo piger dormies? Quando cōlourges de somno tuo?
Item eadem scriptura, ubi supra, admonet prædictū hydro-
picum, idest, hominem pigrum ad diligenter, & bene operan-
dum, & hoc ex exemplo formicæ, dicens: Vade ad formicam ò
piger, & considera uias eius, idest, diligentiam in operando.
Parat enim in estate cibum sibi, & congregat in messe, quod
comedat, sup. in hyeme. Et per hoc docemur congregare in
præsenti multitudinem bonorum operum, iuxta illud ver-
bum Apostoli ad Gal. 6. Dum tempus habemus, operemur
bonum. Patet ergo, quid hydropsis significet, si spiritualiter
intelligatur.

M O R A L I T E R . etiam iuxta illam Christi similitudinem
de boue, & asino cadente in puteum in die sabbati, & conti-
nuè extrahendo, notandum, quòd per bouem cadentem in
puteum in die sabbati, designatur prælatus, aut uir doctus,
sive uir magnus, sive qui peccat ex certa scientia. Per asinum
autem designatur subditus, sive qui peccat ex ignoratiæ, aut
fragilitate humana. Tunc ergo uterque cadit in puteum in
die sabbati, quando peccat mortaliter. Qui quidē casus com-
munitur fit ad procurationem diaboli, iuxta illud Psalm.
Deduces eos, tu supp. demon homines peccantes in puteum
interitus. Sed quale remedium? Profectò optimū. Nā utiq;
peccantes, seu peccatores sunt cōtinuò, & repente extrahen-
di de predicto puto in die sabbati, idest, in die festo, & hoc
per peccatorū contritionē, ad quam tenetur specialitera
die festo, qui prius peccauerunt, ut sic possint, & ualeant di-
gnè sanctificare diem festum. Et ad hunc sensum videtur esse
intelligendum illud: Domini præceptu Exo. 20. Memento,
ut diem sabbati sanctifices. Tunc enī debet homo à malis

operibus

Sermo i i. de Euang.

249

operibus abstinere, & de perpetratis specialiter dolere,
aliás incurrit nouum peccatum per omissionem illius, ad qđ
tenetur. Insuper debet homo die festo bonis operibus in si-
stere, iuxta illud Pſ. Declina à malo, & fac bonum. Hæ enim
sunt duæ partes perfectæ iustitiae secundum Aug. super psal-
terium. Et sic patet de secundo principali.

T S R T I O principaliter in præsenti euangelio fit men-
tio de salubri instructione, quam dæs Christus omnibus, tam
magistris, quam paruis, quæ est de uera humilitate, de qua ipse
loquitur sub parabola de nuptijs, dicens: Cum inuitatus fue-
ris ad nuptias, non discubans in primo loco, ne forte hono-
rator te inuitatus fuerit, &c. Textus est clarus, & ideo tran-
scendens est, ad sensum moralem.

M O R A L I T E R ergo per nuptias intelligitur gloria ce-
lestis: & hoc propter.

Initationem, Dispositionem, Sessionem, Solennizationē.

P R I M Ó igitur propter initiationem. Ad nuptias e-
nim huius sæculi soli amici inuitantur, & hoc ordinariè.
Extraordinariè tamen interdum inuitantur aliqui extra-
nei, ut potè curati, dominus loci, & similes, ita in proposito
ad nuptias celestes soli Dœi amici efficaciter inuitantur, &
uocantur. Amici, inquam, per gratiam, & charitatem, ut sunt
fideles catholici. Nihilominus & sufficienter. i. infideles, &
quique peccatores, sufficienter ad dictas nuptias uocan-
tur, sed tales nolunt uenire, peccatis eorum obstinentibus.
Quod ergo miseri peccatores priuentur nuptijs celestibus,
non est ex parte Dei, sed ex parte negligentie, & malitia eo-
rum. Oſeç 13. Perditio tua Israel ex te, in me autem, &c.
Et ad hoc propositum facit parabola, quæ legitur Matth.
20. de homine rege, qui fecit nuptias filio suo, & misit
seruos suos uocare inuitatos ad nuptias, & holebant uen-
tire.

S E C U N D Ó per nuptias intelligitur gloria celestis pro
pter dispositionem. Cum enim occurruunt nuptiæ celebra-
ndæ, disponitur dōmus, uel aula, in qua coniuivium celebra-
dum est, jic disponuntur epulæ. Fit et prouisio de bono uino,
& sic de similibus. Ita in proposito iam facta est optima di-
spositio, & præparatio epularum pro celebrandis nuptijs
in celo. Procurator autem harum nuptiarum est ipse

Ser. Do. G. Pep. Pars Actiu.

ii

Chri-

Christus: qui dicit omnibus electis, & præordinatis ad vitam eternam, illud Luc. 17. Ego dispono vobis. i. præparo vobis conuiuum. Vobis, inquit, electis, & qui illud meruisti, ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo, unde de isto cibo, & potu nuptiarum cœlestium loquens ipse procurator Christus. Ioã. 6. ait. Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Nam sicut duo prædicta, quæ sunt corpus, & sanguis Christi: reficiunt Christi fideles in altaris sacramento: ita etiam reficiunt beatos in celo per spacialē delectationem, quā sumunt ex uisione corporis Christi glorificati, pariter, & sanguis ipsius. Ad quam etiam refectionem nos inuitat idem procurator Christus. Prou. 9. dicens. Venite, co medite panem meum, & bibite uinum meū, quod misericordia vobis. Itē Can. 5. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Ecce igit dispositio, & preparatio cibi, & potus dictarum nuptiarum. Nihilominus principalis cibus, & potus erit uisio, & fruitor diuinæ essentie, quæ satiat quilibet electum, iuxta illud Psal. Satiabor, cu[m] apparuerit gloria tua. Aula autem regia in quam celebrantur cœlestes nuptiae, est ipsum celum empyreum. Quæ quidem aula est ornata exteriū multitudine planetarum, & stellarum, quæ tamen adiacent alijs celis inferioribus. De ornatu uero interiori dicta aula nemo nouit nisi quilliq[ue] primū ingredit. De hoc tamē ornatu uidetur loquel psal. cui ait, Omnis gloria eius filie regis. i. admodū filiae regis ab intuito in simbris aureis &c.

T E R T I O per nuptias intelligitur gloria cœlestis proper sessio pœm. Qui enim iuxta domini consilii in presenti Eu angelio. Munitatur ad nuptias hunc seculi, debet recumbere in nouissimo loco: ut qui eum inuitauit, dicat sibi. Amice ascende superius. Ita in proposito, qui uolunt peruenire ad nuptias cœlestes, & ascendere superius debent primū in presenti nouissimum locum per humilitatem tenere. In cuius rei testimonium concludit Christus in fine presentis euangelij dicens, quod omnis, qui se humiliat, supp. in presenti, exaltabitur s. in futuro. Quod, quidē uerbum, reperitur Luc. 18. item Mat. 20. Hinc Luc. 1. dicitur. Depositum, sup. Dominus potentes de sede, ut Saul. & Luciferum, & exaltauit humiles, idest, David, & genus humanum, idest, homines humiles. Et in psal. hunc, scilicet, superbum humiliat deus, & hic, scilicet,

felicit, humilem exaltat, idest, exaltabit in futuro. Humilieremur igitur charissimi in presenti, ut exaltemur a domino in illis futuris nuptijs cœlestibus.

Q U A R T O per nuptias intelligitur gloria cœlestis proper solennizationem. Solent enim nuptiæ terrestres solenniter celebrari. Tum ex parte sponsi, & sponsæ, qui nouis, & pulchris uestibus induuntur. Tum ex parte sacerdotis in fascie ecclesiæ sponsum, & sponsam coniungentis. Tū ex parte amicorum dictis nuptijs congratulantium. Tum ex parte synphonizantium suauiter ludentium. Ita in proposito nuptiæ cœlestis cum mirabili, & inenarrabili solennitate cœlebraatur. Nam nubentes induuntur ibi mirabili lumine gloriarum, ex parte anime, quæ est prima, & principalis uestis, de qua in Psal. Amicus lumine, sicut uestimenta. Vnde in figuram huius Luc. 15. dominus ait, Cito profer te stolam pri man, & induite illum. Similiter ex parte corporis in generali refractione induentur mirabili caritate, quæ est secunda, & minus principalis uestis. Tum enim iuxta testimonium Apostoli ad Phil. 4. reformabit omnipotens Deus corpus humiliatis nostræ cōfiguratum corpori claritatis sue. In cuius figuram legitur Hester. 6. q[ui] Rex Assuerus, per quæ intelligitur omnipotens Deus, iustus Mardonchæum, per quæ intelligitur quilibet electus: induit ueste regia, atq[ue] cu[m] tali ueste ornatus ingressus est ad regia, ut dicitur Hester. 8. Per q[ui] designatur, quod ipsi electi cōpleta corpororum resurrectione apparebunt ante dominum Deum cu[m] mirabili claritate. Quæ qd[em] claritas nō erit oib[us] equalis, sed secundū magis, & minus, conformiter ad claritatē animarum. Et hoc aperte innuit Apostolus. 1. ad Corin. 15. cum ait. Alia est claritas Solis. i. corporis Christi, & alia claritas Lunæ. i. corporis beatæ Virginis, & alia claritas stellarum. i. ceterorum corpororum glorificatorum. Et sic patet de utraque ueste nubentibus in celo. Præterea ad solennitatem talium nuptiarum facit, q[ui] ipse Christus, qui est sacerdos in eternū, secundū ordinem melchisedech, celebravit in propria dictas nuptias, unde Mat. 22. dicitur, q[ui] simile est regnum celorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Vbi per hominem regem intelligitur Deus, cuius filius est, quilibet electus. Dictus ergo rex celebravit filio suo. i. cuilibet electo nuptias, quando quilibet talem introducet ipsum celum:

Dominica xv i i . post Trinit.

hæ ergo nuptiæ inchoantur quidem in presenti per gratiæ, sed cœlum manat in futuro per gloriam. Insuper ad predicta solennitatem facit, quod oës sancti, & sancte Dei congratulabunt ipsi nubentib. Prostrembo ibi erit mirabilis symphonia, quæ de cœtabunt, sancti Dei Angeli, quia si gaudium fit Angelis Dei super uno peccatore penitentiam agentem, ut habeatur Lu. 15. quato magis gaudent super introductionem cuiuslibet iusti in celum? Ad quod nos introducere dignetur ille, qui in Triumitate perfecta uiuit, & regnat. Amen.

Dominica decima octaua post Trinitatem, Sermo primus de Epistola:



R A T R E S, gratias ago Deo meo semper pro uobis 1. ad Cor. 1. Beneficia Dei erga hominem sunt in triplici differentia. Nam quæ sunt magna, ut potè, quod dedit illi esse eum lapi-
dibus, uiuere cum alialibus, intelligere cum Angelis. Alia sunt maiora, ut potè, quod fecerit ipsum ad imaginem, & similitudinem suam. Item, quod insufficauit eum, tum semel in baptismo, tum frequenter in penitentiæ sacramento. Similiter, quod præseruauit eum a multis, & penè infinitis malis. Alia autem sunt maxima, ut potè, quod redemit eum sanguine suo, & quod uoluit pro eo turpiter mori. Insuper, quod preparauit illi gloriam sempiternam, dummodo bene, & fideliter vixerit. Et ideo multiplici de causa tenetur homo gratias Deo agere. Sed quid dicam? Profectò de tot, & tantis beneficijs multi tanquam ingrati non reddunt Deo gratias, in hoc deterioris conditionis existentes multis brutis animalib. Nam si portexeris sepe panem cani, ille tibi, tanquam gratias agens fideliter seruiet, & sequetur te ubique, etià die, ac nocte, quinimo morti se exponet pro te defendendo, & quod maius est, insurgit quandoque canis, contra eum, qui necauit dominum suum. Et de hoc refert Amb. historiam in hexameron lib. 6. c. 4. dc quodam ciue Antiocheno ciuiatis. Alij uero reddunt quidem gratias Deo de proprijs beneficijs, & sibi ab eo liberaliter collatis, sed non de beneficijs alijs, Deo collatis. Et hi quidem boni sunt, sed nondum perfecti. Alij autem reddunt gratias omnipotenti Deo de-

pro-

Sermo i. de Epist.

251

proprijs alienis beneficijs, & tales sunt ualde perfecti, eo ma-
xime, qd reputant aliena beneficia tanquam propria. Et talis
erat egregius Christi Apostolus Paulus, qui Corinthijs scri-
bens, prout præmissum est, loquitur dicens: Fratres, gratias
ago Deo meo semper pro uobis.

In praesenti ergo epistola, idem Apostolus tria principali-
ter facit: Nam primo gratias agit Deo, pro Corinthijs, iu-
principio Epistole. Secundò subdit causam predicatorum
gratiarum, cum ait: Quia in omnibus, &c. Tertiò inducit nos
ad spé future gloriæ, qd subdit: Expectatiibus reuelatione, &c.

P R I M O igitur Apostolus agit gratias pro Corinthijs,
quos de nouo ad fidem Christi conuerterat, eratq; illius nouelle
platationes. Dicit ergo, Gratias ago corde, ore, & operi; di-
cit interl. Deo meo. Quamuis enim Deus sit Deus omnium
per creationem, & gubernationem, nihilominus Apostolus, re-
tinet eum Deum suum, pp specialē cultum, & dilectionem.
Et sic et id specialiter Deus honorū per fidem, & deuotionem.
Vnde & P. Dicebat Deus meus es tu, & corfitebor tibi; Deus
meus es tu, & exaltabo te. Sequitur, semper i. horis debitis, &
proptibus constitutis. Et sic intelligendum est illud eiusdem
Apostoli uerbum, i. ad Theſsa. 5. dicentis: Sine intermissione
orare. Pro uobis, sicut pro filiis churifissimis, in gratia Dei. i.
pp gratiam Dei, quæ data est uobis in Christo Iesu. i. per Chri-
stum Iesum non uestris meritis redita, quia ut dicitur Io.
1. Gratia, & ueritas per Iesum Christum facta est.

M O R A L I T E R notandum, iuxta illud uerbum Apo-
li: Gratias ago Deo meo, quod ad instar diu Pauli debemus
gratias Deo nostro agere. Vnde ad hoc faciemendum tria pri-
cipaliter nos inducere debent, quæ sunt.

Copia scripturarum.

Vniuersitas creaturarum.

Abundantia beneficiorum.

P R I M O igitur, &c. Vnde Apo. j. ad Tef. 5. In oib; gratias a-
gite. Er nota, qd dicit. In oib; s. tam in aduersis, qd in prospe-
ris, quia ut dicit Boetius de cōs. philosophi; li. 2. profa. 8. plus
hōib; p̄d fortuna aduersa, quā p̄sp̄ta. Ex quo uerho re-
stet cludere possumus, qd debemus magis regnatiari Deo rō-
ne aduersorū, qd prosperari, qd illa sine saluti nr̄e magis,
nūlia, qd prospera. Itē idē Apo. Col. 3. ait. Oē qd cung; facit is
li. 3. aut

aut in verbo , aut in opere, omnia in nomine Dñi nostris
su Christi, facit gratias agentes Deo patri. Vbi notandum,
quod debemus regratiari Deo tripliciter, uidelicet opere, o-
re, corde . Et de ipsis tribus modis gratias agendi Deo , lo-
quitur Ps. cum ait : Benedicat dominum in omni tempore,
semper laus eius in ore meo . In Dño , &c. Primo igitur debe-
mus regratiari de opere, quod notatur cū dī Benedic dñm
in omni tpe. Et nota , q̄ sicut maledicimus Dñm male oper-
ando, ita ipsum benedicimus bene operando, ut notā in decre-
tis 1.i.q.3 . nolite. Bene ergo dicit Ps. in psalmō illius, qui uile
gratias agere Deo opere. Benedicat Dñm, s. bene operando
in omni tempore, s. pueritie, adolescentie, iuuentutis, & senectutis.
Vel in omni tpe. i. die, ac nocte. Vel in omni tpe. s. po-
speritatis, & aduersitatis. Cuius contrariū multi faciunt, qui
ipsum Deum laudant solum tpe prosperitatis, iuxta illud Ps.
Confitebis tibi cū beneficeris ei. T pte ait aduersitatis cum
blasphemant. Secundo debemus regratiati Deo ore, qđ subdi-
tur. Semper laus eius in ore meo . Propterea enim dedit dñs
loquelā homini, qđ non fecit ceteris atalibus, ut ipse eī lau-
det, & gratias agat ore, dicens cum illo sanctissimo Iob. Sit
nomē dñi benedictum qđ idem, uidelicet sicut Deo gratias !
Hinc Aug. ad Aurelium. Quid melius animo geramus, & ore
promamus, & calamo exprimamus, quam Deo gratias ! Hoc
nec dici breuius, nec audiū leuius, nec intelligi gradiū, nec
agi fructuosius potest. Vnde & de Virgine gloriōsa legitur,
q̄ uocata à quoquā Deo gratias r̄fidebat, ne uel illa parvula
hora r̄fendī à laude Dei cessare, ut refert Dñs. Ant. 4. pars
summa sua. Tertiū debemus regratiari Deo corde Vñ sub-
dit Psal. In Dño laudabitur anima mea. i. laudib. illius occu-
pabit. Hoc aut̄ non est aliud, quā ipsa Dei beneficia cogita-
re & meditari in corde suo, & recognoscendo ipsum summū
benefactorem summē amare. Hoc n. modo ipsi fancili pro-
præfenti corporibus exuti Deum laudant, ēm qđ canit eccl̄ia
dicens. Laudē dicite Deo nostro oēs sancti eius, & qui ti-
metis Deū pusilli, & magni, qm̄, &c. Multe alij authoritates
sacré scripturę possent adduci, quē nos pariter inducent ad
agendum gratias Deo, sed dictæ sufficiant.

S E C U N D O ad agendum gratias Deo nos inducit crea-
tarū uniuersitas . Nā ceterę creature infra hōcē contendit
ipsam

ipsum inducunt suo modo ad agendum gratias benefactori
suo, & ad eum laudandum atq; beudicendum , iuxta illud
Benedicite oīa opera Dñi, dñō, laudate , & superexaltate eū
in secula. Dan. 3 . Item in Ps. Laudate dominum de celis. Se-
quitur . Laudate eum Sol, & Luna, laudate eum stellæ, & lu-
men , &c. Dicuntur autem ista insensibilia laudare Domi-
num, atque benedicere eo modo , quo in communi prouer-
bio dicitur. Opus laudat magistrum. Vel sicut p̄ficitudo
alicuius p̄tūrā manifestat sapientiam artificis illius, unde
laudatur. Cum ergo conspicimus pulchritudinem, ornatū,
uitutē , & ordinem inferiorum creaturarum incitātur ad
regratiandum ipsi Deo, maximē cum oīa hæc fecerit p̄ nos.
Et, & aliud, in quo huiusmodi creature provocant nos occa-
sionaliter ad Deum laudandū , & illi gratias agendum , quia
sicut nos egregias creature, cum tamen potuisse nos face-
re uiles, & infaines ad modum multarum creaturarum. Vñ-
de legitur in uitio patrum, de quadam sancto patre, qui dice-
bat, quod contemplatio naturę buffonis multum edificabat
eum , & incitabat ad reddendum gratias Deo, qui cū potuise-
set eū facere uile, instar buffonis, fecerat ipsum egregiā crea-
turā, rationalem, & beatitudinis eternae capacem .

T E R T I O ad agendum gratias Deo nos inducit abun-
dantia suorum beneficiorum, quæ profectō multa sunt, ita,
ut cōdignas gratias illi refundere non possumus. Propter
quod dicebat Psalm. Quid retribuam Domino pro omnibus,
quæ retribuit mihi ? Quasi diceret. Tot, & tanta sunt
Dei beneficia , quæ ab eo recipi, quod ipsa recompenſare
non ualeo etiam si uiuērem, uisque ad centum mille annos .
Veruntamen ipse à nobis non exigit equiualeſs, sed tantum
quod est nobis possibile.

N O T A N D Y M est autem, quod tria genera beneficio-
rum nobis cōtulit Dominus, scilicet

Generalia, Specialia, Singularia.

P R I M O igitur dñs nobis contulit quædam beneficia
generalia , quæ sunt creationis, redemptionis, gubernatio-
nis. Ipse enim æqualiter fecit omnes homines ad imaginem
suam . Similiter eodem prelio. S. sui sanguinis quantū in se
fuit omnes redemit. Apoc. 5 . Redemisti nos Deo in sanguine
tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione. Infuper

equaliter pascit omnes tam bonos, quam malos. Vnde Matth. quinto. Solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos.

S E C U N D O dominus contulit nobis quedam beneficia spiritualia, quae sunt tria, videlicet expectationis, iustificationis, conseruationis. Primū igitur beneficiū speciale vocatur expectationis. Ipse n. dominus Deus noster nolens aliquem perire, patiēter, & diu expectat pauperes peccatores ad penitentiam, iuxta illud Elia. 30. Expectat uos dñs, ut misereatur uestris, & ideo exaltabitur pars eis uobis. Vñ Hiero. & recitat. di. 93. diaconi. Moderatio, inquit, Dei, ac pietas soli nostrū redditū querit, ac nos cupit sua longa bonitate salutari. Secundum beneficiū speciale vocatur iustificationis. Ipse enim est, qui iustificat peccatorem peccata remittendo, & gratiam cū ceteris iuribus conferendo. In hac autem iustificatione ipse de filio diaboli facit proprium filium per adoptionem. Item de filio perditionis, & gehennæ facit filium salutis, & eternæ gloriae. Item de tenebris culpe educit peccatorem ad lucem gratiae. Item de seruitute, & vinculis peccatorum edicit hominem ad sumمام libertatem gratia; ita ut mentis illi gratias agendo dicere debeat illud psalm. Diripiunt uincula mea, & ideo amodō tibi sacrificabo hostiū laudis, ubi gratias agendo de tali, ac tanto beneficio. Tertium beneficium speciale vocatur conseruationis. Non enim statim exterminet pauperem peccatorem, sed conseruat eū in esse, ut agat penitentiam. Non aut̄ conseruant Luciferū, postquam peccauit, sed mox ipsum proiecit de altitudine celi in profundum infernalis abyssi. Similiter non sic conseruant adam in medio terrestris paradisi, sed propter unum pomum ipsum statim inde eiecit, & in hanc uallem miserice habite fecit. Item ipse est, qui conseruat iustum in iustitia sua, & cum in ea perseverare facit. Alias nemo posset per unicum momentum stare in bono statu, sibi aduersante illo fortissimo leone infernali, similiter impellente eum ad casum propria carne. Propter quod dicebat ps. ad dominum. Nisi quia dominus adiuvat me paulominus habitat in inferno aia mea.

T E R T I O dominus contulit nobis, quedam singularia beneficia, quedam huic, & quedam illi. Et de singulis singulari gratias agere debent. Vnde Chry. Hom. 72. si fieri, quia

quit, potest, rogo, ut quilibet nostrum per singulos dies intra se computet non tantum communia beneficia, uerum & propriæ sibi collatae promulgata, & omnibus manifesta, sed etiam peculiaria, & multo latenter. Sic enim continuam gratiarum actionem domino poterit exhibere. Hoc namque maximum est sacrificium, hec oblatio perfecta. Hoc fiducia fiet nobis occasio. Hec ille. Debet ergo quilibet apud se cogitare, & considerare, quoties cum preferueruit dominus à tali, uel tali morbo. Item quories eundem à simili morbo, uel alio liberauerit. Irem qualiter illi usum singulorum sensuum uestrorum uisus, auditus, lingue, & huiusmodi. Similiter, quod fecit eum sanum, & perfectum singulis membris corporis sui, quod nō fecit multis aliis hominibus. Item quod dedit illi intellectum ad intelligendum quid bonum, & quid malum, scientiam, aut artem ad lucrandum honeste uitam suam. Hec enim, & his similia sunt singularia Dei beneficia, de quibus illi singulares gratias refundere debemus. Et sic patet de primo.

S E P T I M U M principaliter Apostolus in præsenti Epistola assignat causam, & rationem cur gratias Deo agere debeamus, cum subdit dicens. Quia in omnibus diuites facti estis in illo, id est, in Christo, non in homine, uel in illo, id est, per illū, scilicet Christū, in oī uerbo, & in oī scītā. i. in intellectu scriptrarū, & hoc quantū pertinet ad salutē uestrā. Nā angrio, id est, spiritus sanctus docet sufficienter interius quemlibet Christi fidelem de omnibus necessarijs ad illius salutem.

A D V E R T E N D U M tamen, qd Apostolus in præsenti textu, & passu uidetur loq. p̄dicatoribus, qd sunt diuites in Christo in oī uerbo, & oī scītā, qn̄ hñt donū uerbi cū sufficiēti, scītā tia ad officiū p̄dicationis requisita, nihilominus inter eos aliqui hñt donū uerbi cum parua scītā, & isti sunt periculosi, cō qd nimis confidunt de predicto dono, pp qn̄d interdum nimis laxant habenas. Alii hñt scītā, sed non donū uerbi, & hoc forsitan ad eotū humilationē, quia si haberent utrumque, possent de facili inde inaniter gloriari. Alij uero hñt donū uerbi cū scītā, & tales p̄nt multū p̄ficer in populo, & si bispis, si uolunt bene uti ḡia Dei. Sunt, & aliq. cū neutrū hñt, & per tales contentū uerbum Dei, quod non est passim, & indifferenter oībus committendū, sed probatis, & idoneis.

M O R A L I T A T E iuxta illud uerbū. In oībus diuites, &c.

Notæ.

Notandum, quod sunt diuitiae triples, uidelicet.
Temporales, Spirituales, Aeternales.

P R I M O igitur sunt quedam diuitiae temporales, que sunt communes bonis, & malis. Circa quas tria summopere cauenda sunt.

P R I M U M est, ne iniustè acquirantur, quia, ut dicitur ps. Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. Et est sensus, quod melius est habere modica bona, & iuste acquisita, quam multa, & magna per fraudes, & iniquas adiumentiones, & subtilitates comparata. Primum enim diuitiae plus prosltunt suis possessoribus, quam secundæ. Nota de Thobia iam sene, & cęco facto, qui quamvis pauper esset, summopere tamen uitauit iniustam acquisitionem temporium. Vnde de eo legitur eiusdem. 2. quod cum uxor sua de labore manuum suarum emisset hędum caprarum, & domū attulisset, ille audiens uocem balantis ait. Vide te ne forte furtus sit. Redde eum domino tuo, quia non licet nobis ex furto edere aliiquid, aut contingere.

S E C U N D U M est, ne huiusmodi bona nimis ardenter amenantur ponendo in ipsis cor suum. Propter quod pr. diuitiae huius seculi alloquitur dicens. Diuitiae, si affluant, nolite eos apponere, scilicet, per inordinatum amorem, & superfluum folicitudinem. Super quo dicit gl. ord. allegando Aug, quod pr. non dicit. Nolite habere diuitias, quia non damnat diuitias, unde mereamur celum, sed damnat inordinatum affectum ad eas, dicens. Diuitiae, si affluant, &c. quia, ut dicitur Eccles. 5. Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis, id est, nullam inde habebit utilitatem, eo quod avaritiae sua non permitteret bene uti talibus etiam in sua necessitate. Hinc vulgo de homine auaro dicitur, quod moritur fame propria bona sua. Cauere ergo deberet ne diutes in bonis suis nimis ponat cor suum.

T E R T I U M caendum circa huiusmodi bona est nemini parce custodiantur, alias deducunt hominem in infernum, post illum diutitem de quo Luc. 16. Qui nihil dare uoluit pauperi mendico Lazaro. Propter quod Crates Philosophus, prout refert Hiero. 1. parte epistolarum suarum, epistola 6. c. 3. 5. congregatis omnibus suis diuitiis, que etiam constabant in magno auri pondere, proiecit eas in mare, dicas.

cens. Malo uos mergere, quam mergi à uobis. Quod autem diutes nimis parce bona sua custoidentes, nec inde elemosynas facere uolentes, finaliter dānentur, non solū probat historia precedens de diuite epulone, uerum etiam hoc idem patet euidentissimo signo, & ad oculum. Refert enim Petrus Damianus in quadam epistola, que incipit Porro dum stili dicens, qd in partibus Neapolitanis est, quidam mons igneus, & fumigans, & quoties in illis partibus moritur aliquis, reprobus diues, ignis uidetur rumpere de p̄e dicto monte. In super tanta congeries resinq sulphureq; ex ipso hiato protinus profuit, ut torquentem faciat, atque decurrente imperu in mare descendat. In quo quidem facto videtur sensibiliter, atque corporaliter impleret illud quod in Apoc. de reprobis dicitur, quia pars illorum erit in stagno ardentib; igne, & sulphure, quod est mors secunda Apoc. 21. Narrat etiam ibi dem ad confirmandum dictum suum, de quadam presbytero, qui uolens sciscitari rei ueritatem, quadam die post missę celebrationem monrem concendit, & tanquam temerarius scrutator ad locum accedit, sed inde non descendit, nec dein cepit uisus est. Hęc ille. Caudendum est ergo ne diutes nimis parce custodiant diuitias suas, sed illas tempore, & loco in bonos, & pios usus distribuere studeant, si eterna dānationem uitare uolunt. Et sic patet de diuitiis temporalibus.

S E C U N D O sunt quedam diuitiae spirituales. Et iterum iste sunt duplices. Quedam enim sunt communes bonis, & malis, ut sunt gratia gratis date similiiter, & dona. Da exemplum de prophetia, de dono lingue, de sapientia, & huiusmodi. Cayphas enim malus erat, & tamen prophetauit de morte Christi, cum ait. Expedi, ut unus homo, moriatur pro populo. Iohan. vndecimo. Alię sunt diuitiae spirituales bonis, & iustis propriis, ut charitas conscientiae puritas, uita bona, & opera sancta. Nam, ut dicit Augustinus de verbis domini, serm. trigesimoquinto. Bona temporalia, non sunt uoganda proprie bona, neque diuitiae, quia paupertate sunt plena, & semper obnoxia casibus. Quales enim diuitiae sunt propter quas times latronem propter quas times seruum tuum, ne te occiso auferat, & fugiat? Si uerē diuitiae es, securitatem tibi darent. Deinde ad propositum subdit dicens. Ergo ille tantum sunt uerē diuitiae, quas cum ha- buerimus,

Dominica xvi. post Trinit.

buerimus; perdere nou poterimus, nisi forsitan vobis voluntibus, & cōsentientibus. hæc ille. Item idem Dominica 8. post Trinitatem Serm. 1. ad propositum loquitur dicens. Omnis bonus fidelis diues est. Pauper forsitan in cella: sed diues in conscientia. Diues nempe in conscientia securior dormit in terra, quām diues terrenus in purpura. Itē idem 66. ad idem propositum loquitur dicens, super psalterium. Fatis pauper es; sed intus diues diuitias tecum portans, quas non amitteres; etiam si de naufragio nudus erires. Et Gregor. Homil. 15. Diuitiae, inquit, huius s̄eculi fallaces sunt; quia nobiscum diu manere non possunt. Itē autem fallaces sunt, quia mentis nostræ in opem expellere non valent. Solē autem ille diuitiae verē sunt, quæ nos diuities virtutibus faciunt. Deinde subdit dicens. Si ergo fratres charissimi diuities esse cupitis, veras diuitias amate. Hæc ille. Taliter enim diues erat ille philosophus dictus Bias; qui fuit unus de septem sapientibus, de quo refert Dominus Antoninus in prima parte chronicæ suis, lib. c. j. §. iij. quod cum hostes arderent patriam suam, & cæteri fugerent secum portantes quæcumque chara preciosa habebant, iste nihil secum tulit. Qui cum super hoc interrogaretur, respondit dicens. Ego, inquit, certè omnia bona mea mecum porto; scilicet sapientiam, quæ auferri non potest, leuisq; est ad portandum. hæc ille. Et sic patet de diuitijs spiritualibus, pro quibus congregandis multum labore debemus.

TERTIUS, sunt quedam diuitiae externales, de quibus loquitur dominus Proverbius 8. dicens. Mecum sunt diuitiae, & gloria, atque opes supernæ. Item in Psalm. Gloriam & diuitias in domo eius. Itē autem diuitiae externales, & cælestes non sunt aliud, quām plena atque perfecta sanctas regnantium cum Deo in celis, ut pote, quibus nihil deficit; quia ut dicit Boet. de conf. lib. 3. profa. 2. beatitudo est status omnium bonorum congregatione perfectus. Sed forsitan dicet aliquis, Audio diuitias illas cælestes esse immensi precij, & valoris. Ego autem pauper sum, & inops, quomodo ergo potero illas mihi comparare? Cui responderemus, quod per aurum charitatis, id est per opera in charitate facta. Ista enim est optimâ moneta, & quam quilibet quantumcumque pauper, & egenus quo ad substantiam

huius

Sermo 1. de Epis.

anii mundi potest faciliter habere, & invenire, si modò faciat, quod in se est ad habendum eam. Quæcumque ergo ieiunat in gratia, & charitate, aut oratione vobis hanc perigit pauperi, aut quocumque opere meritum facit in presenti, talis congregat sibi diuitias m̄s celestes, quas recipit post hanc uitam. Ad quod faciendam nos admonet salvator. Matth. 6. dicens. Thesaurizate vobis in factos in celo, vbi nec ærugo, nec tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. Meritò ergo, & rectè dici potest, de illis, qui iam possident illas cælestes, & æternas diuitias, prædictum verbum Apostoli. In omnibus diuities facti estis, in illo, i. cum Deo. Et sic patet de secundo.

TERTIUS principaliter Apostolus in hodierna epistola inducit nos ad spem futuræ gloriae, cum subdit, dicens. Expectantibus reuelationem Domini Nostri Iesu Christi. Pius enim dixerat Apostolus quod diuitibus in Christo nihil deest, supra ad salutem necessarium. Nunc de eisdem loquens dicit, quod tales expectant, id est, expectare debent per firmam spem, reuelationem Domini nostri Iesu Christi, id est, apertam visionem illius, cō quod sunt visuri, cum clare, & nudè, sive facie ad faciem in celo. Tunc etiā confirmabit ipsos electos usque in finem, id est, in perpetuum, ut non possint deinceps peccare, nec per cōsequens dictam gloriam amittere, iuxta illud ciudem Christi verbum Iohann. 6. Eum qui uenit ad me, non ejiciam foras. Posttestam prædictus textus intelligi, & exponi de aduentu Christi ad iudicium, quem expectant iusti, qui sunt diuites, in fide, & gratia. Tunc enim reuelabit se Christus, i. manifestabit bonis, & malis, iuxta illud Luc. 21. Videbunt filium hominis uenientem, scilicet ad iudicium, cum potestate magna, & maiestate. Et Esaia 3. Videbunt omnes fines terræ futare Dei nostri.

MORALITER. Notandum iuxta illud verbum. Expectantibus reuelationem domini &c. quod debemus firmiter expectare quatuor, videlicet.

Aduerforum tolerantiam
Divini auxiliū præsentiam,
Corporis reformationem
Aeternam beatitudinem.

Dominica xvii. post Trinit.

PRIMÒ. igitur debemus constanter, & indubie expectare aduersorum tolerantiam, si sup. cupimus esse de numero saluandorum. Non enim est bonus miles, qui in campo non audet aduersariū expectare. Expectari ergo, & sustineri constanter debent tentationes, & tribulationes presentis uia ab electis militantibus in hoc seculo. Sic enim talia expectabat sanctus ille propheta Dominus David, cū dicebat. Imperium expectauit cor meum, & miseriam, sup. in presenti. Vbi uero quis in presenti non patitur, nec sustinet aduersa, debet certitudinaliter talia expectare in alio seculo, eō, quod oportet pati in presenti, aut in futuro. Sed primum eligibilius secundū. Sed profectō uix posset hodie repertiri homo super terram, qui ueraciter posset dicere praeidūtū verbū Psal. quia corda hominum hodie non expectant improprium, sed gloriam non miseriam, sed delicias, & uoluptatis carnis, & mundi.

SECONDŪ debemus expectare diuini auxilij praesentiam, ne, scilicet, in aduersis deiiciamur, per pusillanimitatem, aut impatientiam. Et de utroq. simili loquitur Psal. dicens. Expectabam eum, qui saluū me fecit; idest, faciet à pukallitate spiritus, ecce primum, & tempestate, ecce secundū. Cum ergo aduersa patimur, dicere debemus illud Psal. Deus in adiutoriū meum intende, Domine ad adiuuandum, &c.

TERTIŪ debemus expectare corporis reformationē, quæ fieri in generali omnium resurrectione. Vnde Apostolus Phil. 3. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui refotmabit corpus humilitatis nostræ configratum corpori claritatis sua. Modo enim corpus nostrū est obscurū, sed tunc erit clarum. Modo graue, & ponderosum, sed tunc leue, & agilissimum. Modo mortale, & passioni subiectum, sed tunc immortale, & ab omni iesione liberum. Modo loco oceupatum, & detentum, sed tunc subtile, & omnia facile pertransiens.

QVARTŪ debemus expectare æternam felicitatem ex parte animæ. Thob. 2. Illam uitam expectamus, quæ Deus datus est fidelibus suis. Interim autē debemus vacare bonis, ac sanctis operationibus. Da exemplum de agriculta, qui diligenter laborat spe mercedis consequendē. Vnde Psalm. Expecta Dominum, qui supple, remunerabit te pro tuis meritis.

Sermo ii. de Euang.

256

meritis. Quod si differatur præmium, ne propterea fatigetis, sed uiriliter age, bene operando. Et si forsitan labor sit grandis, nihilominus confortetur cor tuum ex cōsideratione futuri præmij, & patienter sustine Dominum te flagellantem ad tuam utilitatem, ut sic tandem recte tramite transcas ex hoc mundo ad patrem tuum cœlestem. Præstante Domino nostro Iesu Christo qui &c.

Dominica decima octava post Trinitatem, Sermo secundus de Euangeliō.

ILIGES. Matt. 22. Pro introductione presentis sermonis mouetur questio talis. Vtrū in præcepto de dilectione sit ordo necessarius, & essentialis?

Dicitur hanc questionem responderet beatus Tho. 2. 2. quest. 45. art. 8. dicens, q. ordo charitatis cadit sub præcepto, ita ut aliqua teneamur prius, & principalius diligere, alia uero posterius, & minus principalius. Vnde de Deo loquens anima deuota Cant. 2. dicit sic. Ordinavit in me charitatem. Super quo gl. interl. idest, ordinatam me fecit habere charitatem sic, scilicet, quod primò, & principaliter diligatur Deus, deinde proximus, ut dicit Christus in presenti Euangeliō. Vnde Aug. lib. de doctrina Christiana assignat taleni ordinē diligendorū, ut, scilicet, primò diligamus, quod supra nos est, quod est Deus. Secundò ut diligamus, quod nos sumus, idest, animas nostras. Tertiò, quod iuxta nos est, idest, proximos nostros, tam homines, quam angelos. Quartò, qd infra nos est, scilicet corpus nostrū. Vnde conformiter ad hæc quatuor ponam hic quatuor ueritates.

PRIMA igitur ueritas. Debemus in primis, & super omnia diligere Deum, & hoc propter tres rationes, quæ tanguntur in illis uerbis Deut. 6. item in presenti Euangeliō cum dicitur. Diliges Dominū Deum tuū. Debemus ergo ipsum super omnia diligere. Primò ratione largitatis, quia Dominū. Secundò ratione bonitatis, quia Deum. Tertiò ratione propinquitatis, quia tuum.

PRIMÒ igitur debemus Deum diligere super omnia ratione largitatis. Et hæc ratio tangit, cum dicitur, Dominū. Dominus

Dominica xvi. post Trinit.

Dominus enim est nomen largitatis, & magnificentie. Vnde & Domini solent communiter esse largi, & magnifici alii. Et ex tali magnificentia diliguntur ab aliis, & permaxime subditos. Da exemplum de rege magnifico ad subditos, qui ex hoc tantum ab eis diliguntur, quod se exponunt morti pro eo, & eius querela. Vis cognoscere Dei magnificentiam ad subditos suos, qui sumus nos? Audi Apostolum ad Romas, dicentem. Proprio filio suo non peperit Deus, sup. pater, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Similiter ipse filius valde liberalis exitit erga nos redimendos, iuxta illud Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Vis etiam cognoscere magnificentiam Spiritus Sancti erga nos? Attende quām toties sanctificat nos peccata nobis remittendo. Quod autem peccatorum remissio attribuatur Spiritui Sancto, pater ex illis verbis Christi ad discipulos suos Iohann. 20. Accipite Spiritum Sanctum, quoniam remissionis peccata, remittuntur eis. Ecce quomodo peccatorum remissionē coniungit Christus aduentui Spiritus Sancti, tanquam opus illius. Pater ergo liberalitas patris, & filii, & Spiritus Sancti erga nos. Meritis ergo debemus Deū trinum, & unū diligere super omnia ratione largitatis suę erga nos. De qua etiā largitate admirans deuotus Bern. dicebat. Domine quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam uisitas eum? scilicet cū tot, & tantis beneficijs. Mittis enim ad eum saluandum unigenitum filium tuum. Mitis, & spiritum tuum paraclitum. Denique teipsum reservas adoptatis in præmium. Si dici fas est, nimis prodigus es erga eundem hominem. Et sic patet de prima ratione.

S E C U N D Ó débemus diligere Deum super omnia ratio ne bonitatis. Et hæc ratio tangitur, cum dicunt ubi supra Deum. Bonū enim haber in se rationē allectiuī, & attractiuī ad hoc, quod diligatur. Et ut dicit philosophus in sua theo-ricalib. i. Bonum est, quod sui ipsius graria est experendum, siue appetendum. Quanto magis ergo bonitas Dei, qua nos est participata, sed essentialiter data, ut potè perfecta, & consummata, debet nos alicere ad ipsum Deū summam, & super omnia diligendum? Nam vt dicitur Luc. 18. nemo bonus, si licet essentialiter, nisi solus Deus. Creatura autē bone sunt ex Deo, & accidentaliter, non autem ex se. Et breuiter boni-

tas

Sermo i. de Euang.

257

tas effuiriliter in Deo, qui est fons omnis bonitatis. Boni-
tatis autem creatra causaliter, & effectuē est ab eo, quia ab eo cuncta bona procedunt, secundū quod orat ecclesia in quadam collecta dicens. Deus à quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis, ut cogitemus, &c. Triplex est autem bonum, quod procedit ab ipso Deo, scilicet, honestum, utile, delectabile. Primo igitur bonum honestum est à Deo; iuxta illud Sap. 7. Innumerabilis honestas per manus illius. Bonū enim honestum dicitur sapientia, similiter & uirtus. Quod autem utrumque horum sit à Deo, patet quidem primo de sapientia. Nam, ut dicitur Eccl. 1. Omnis sapientia à domino Deo est. Pater similiter id ē de uirtute per illud pf. Spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Secundū bonū utile est à Deo. Bonum enim utile dicitur diuitie, npote aurum, argentinum, lapi-
des preciosi, dominia terrena, & huiusmodi. Et hæc similiter bona utilia à Deo, tanquam à fonte totius boni procedunt. Ipse enim est, qui producit mineralia in uisceribus terra, nē gemmas in littoribus maris, & breuiter domini est terra, & plenitudo eius. Tertiū bonum delectabile est à Deo. Bonum enim delectabile dicitur pulchritudo, quæ delectat uisum. Item fragrantia, quæ delectat odoratum, suauitas, quæ delectat gustum, melodia sonorum, quæ delectat auditum, & sic de aliis, quæ delectare possunt hominem in præsenti, quæ omnia sunt à Deo. Ecce, quō omne bonū, quod potest haberi ab homine in præsenti, est à Deo effectuē, siue huiusmodi bonū si honestum, siue utile, siue delectabile. Modò sic est, q̄ omnis effectus eminentissimè preexistit in sua causa. Ex quo cōcluditur, q̄ eminentissime, & perfectissimè quodlibet prædi-
ctorum bonorum est in Deo, tanquam in fonte totius boni-
tatis. Ex quo reclinetur, q̄ rationabiliter debemus diligere Deum, super omnia ratione bonitatis summe, & perfectissimè in ea existentis, siue formaliter, siue eminentissimè. T E R T I Ó débemus diligere Deum super omnia ratione propinquitatis. Et hæc ratio exprimitur, cū subditus ubi sup. tuū. Videmus. n. q̄ homines sibi propinquos cōiter, & quasi naturaliter diligunt, quia vt dicit Apo. ad Ephes. 5. Nemo vñ quām carnē sua, idest, cōsanguineū, aut propinquū odio habuit, nisi sup. fuerit ualde peruersus. Modò ad proutpositum Deus est ualde nobis propinquus, quia pater noster est. Sic

Ser. Do. G. Pep. Pars Aestiu. K k enim

enim eum appellamus in oratione dominica dicentes. Pater noster, qui es in celis. Matth. 6. & Deut. 2. Nunquid non ipse est pater tuus, qui possest te, & fecit, & creavit te? Item Matth. 23. Vnus est pater uester, qui in celis est. Sed quis patet? Certe talis, qualis describitur ab Apostolo 2. ad Cor. 1, dicens. Pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui, &c. Ecce, quam propinquus nobis est Deus, quia pater noster. Item in alio apparer huiusmodi propinquitas, quia illa, qui est pater noster secundum diuinitatem, factus est frater noster in incarnatione secundum humanitatem. In cuius rei testimonium ipse post suam resurrectionem apparet Maria Magdalena, dixit illi. Vade ad fratres meos, id est, ad Apostolos, & dic eis, &c. Iohan. 12. Dilige ergo christiane dominum Deum tuum. Et bene tuum, quia pater tuus, & frater est. Et breuiter ex quo carnem assumpsit, est torus tuus, nil sui reservans sibi. Nam corpus suum in cibum, sanguinem in precium, & potulum, atque uitam in redemptionem suis dedit. Pater ergo de prima ueritate diffusè, que dicit, quod debemus primò, & principaliter Deum, super omnia diligere.

S E C U N D A ueritas. Post Deum debemus diligere nos ipsos secundum animam. Et quānū de hac dilectione non dederit dominus speciale præceptum, hanc tamen innuit, cum de dilectione proximi loquens ait. Diliges proximum tuum, sicut teipsum. In quibus uerbis prefecimus dilectioni sui dilectioni, proximi, ut dicit Beatus Tho. 2. 2 q. 4. art. 8. in fol. ad secundum. Et si dicatur in contrarium, quod Apostolus 2. ad Ti. 3. uituperat homines seipso amantes, dicens quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, quia erunt homines seipso amantes. Ad hoc dicendum, qd Apostolus ibi loquitur de amore, quo quis se amat secundum sensualitatem, sic scilicet, quod illi subiiciat rationem, qd ualde uituperabile est, & perniciosum. Nullo modo autem loquitur de amore, quo quis se amat secundum naturam rationalem, querens eius perfectionem, quia hoc ualde laudabile est, utpote, ad charitatem pertinens. Quod ergo homo secundum naturam rationalem, id est, secundum anima debeat magis seipsum diligere, quam proximum, pater manifestest in hoc, quod non debet committere scienter quodcumque

que peccatum, etiam ueniale, ut liberet proximum à morte. Hoc enim est de mente Beati August. in li. de mendacio. Et hoc idem recitat in decreto 22. q. 2. faciat, ubi sic ait. Faciat homo etiam pro temporali salute hominum, quod potest, scilicet, licet. Cum autem ad hoc uenerit, ut tali saluti, nisi peccando consulere non possit, iam se existimet non habere, quod faciat, ut dicit Leo Papa, & recitat in di. 46. sicut non. Indecens est crimen suum alienis, commodis impendere, & exercere.

T E R T I A ueritas. Debemus plus diligere salutem spiritualem proximorum nostrorum, quam propriam corporalem salutem. Vbi nota, quod nomine proximorum intelligentur, parentes, filii, consanguinei, affines, boni, & mali. Hi enim omnes censentur proximi nostri, inter quos tamen aliqui sunt alii proximiores, eo, scilicet, ordine, quo positi sunt. Comprehensor, etiam siue homines, siue Angeli, existente, comprehenduntur sub nomine proximorum. Non autem damnati, siue demones, siue homines sint. Tales enim non communicat, neque ulterius communicare possunt nobiscum in gratia, & charitate. Neq; similiter participes sunt aeternae hazarditatis. Et ideo ad tales non debet se extendere nostra charitas. Hoc ergo supposito probatur principale intentum, uidelicet, quod plus debemus diligere salutem spiritualem proximorum nostrorum, quam propriam salutem corporalem. Nam, ut habetur 1. Io. 3. nos debemus pro fratribus nostris animas ponere, id est, uitam nostram corporalem. Sic noster egreditur sancti Dei Martyres, qui ex tali opere landantur ab hominibus in terris, & gloriosè ornantur à Deo in celis. Specialiter autem ad hoc tenentur, & obligantur ecclesiae prelati, cum, scilicet, uident lupum inuadentem oves suas, quia ut habetur 1. Io. 10. Bonus pastor animam suam dat pro oibus suis. Et sic patet de tertia ueritate.

Q U A R T A ueritas. Debemus ex charitate, licet postremo, diligere corpora nostra. Pro quo notandum, quod corpora nostra possunt dupliciter considerari. Vno modo in quantum instrumenta uitritum, & bonorum operum. Alio modo in quantum instrumenta uitiorum, & malorum operum, & ut in eis quodammodo infectio culpa, & corruptio peccata. Primo modo sunt ex charitate diligenda. Cum

enim huiusmodi corpora non sunt à malo principio creata, ut Manichei fabulantur, sed à Deo, qui est creator omnium restat, quod possumus eis bene uti, utpote, tanquam instrumentis, & organis bonorum operum, iuxta illud Apostoli uerbum ad Rom. 6. Exhibitè membra uestra arma iustitiae Deo. Vnde si bene illis nisi fuerimus in præsentí, tandem beatificabimur in futuro, non quidem per Dei uisionem, sed per quandam beatitudinis animæ Deum uidentis redundantiam. Secundo modo accipiendo corpora nostra, illa sunt odienda, inquantum scilicet, nos allicium secundum appetitum sensituum ad multa illicita, & inhonesta. Propter quod dicebat Apostolus ad Rom. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Vnde de utroque simul loquitur idem Apostolus ad Rom. 6. dicens. Sicut exhibuitis membra uestra scriuire iustumvitatem, & iniquitatem. Ecce secundum. Ita nunc exhibete membra uestra scriuire iustitiae in sanctificationem. Ecce primum. Vnde ad propositum loquens Prosper in sententiis dicit sic. Corpus nostrum, quia pars nostri est, ad hoc diligendum nobis est, ut salutem eius, & fragilitatem naturali consolamus, & agamus, quatenus spiritui ordinatè subiectum ad eternam salutem accepta immortalitatem, & in corruptione perueniat. Hac ille. Patent ergo quatuor, quæ sunt à nobis ex charitate diligenda, & de ordine eorundem. De qua quidem dilectione etatiua loquitur thema præmissum, cum dicitur. Diliges.

In præsenti ergo Euangeliō, de tribus principiis fit mentio, uidelicet.

De modo infidiandi, in principio Euangeli.

De modo diligendi, ibi. Diliges dominum Deum tuū, &c.

De modo credēti, ibi. Quid uobis uidetur de Christo, &c.

PRIMÙM igitur sit mentio de modo infidiandi, cum dicitur in principio Euangeli. Pharisæi audientes, quod Iesus silentium imposuisset Saducēs, cōuenierunt in unum.

PRO quo notandum secundum magistrum in historia scholastica, quod tempore aduentus Christi in mundum, erant apud Iudeos tres sectæ à communi uita aliorum differentes, uidelicet.

Pharisæorum, Essorum, Saducetorum.

PHARISÆI ducebant saltē exterius austera vitam,

NAM, & hoc tam in cibo, quam in potu, quam etiam in vestitu. Nam parco cibo, & portu utebantur, insuper in extremitate inferiori uestimentorum suorum defrebant simbrias, ut ab aliis cognoscerentur. In quibus amisscebant spinas, ut sic ambulando pungerebant in tibiis, quas non cooperiebant, ut sic ex cruce inde procedente reputarentur ab aspicientibus uiri sancti; & mortificati. Insper tam in frontibus, quam in brachiis suis ministris defrebant quasdam chartas apertas, in quibus scriptus erat decalogus, quæ uocabantur phylacteria, ut sic à populo estimarentur iugiter in cordibus suis habere memoriam mandatorum Dei. Et breuiter, ut dicit Christus Matth. vigesimotertio. Omnia opera sua faciebant, ut uiderentur ab hominibus, & estimarentur boni, & sancti homines. Quia ergo in habitu, & in prædictis differebant ab aliis Iudeis, ideo uocabantur Pharisei, idest, diuini, & partiales. Nam, & phares idem sonat, quod diuiso. De facta autem talium fuit Paulus priusquam converteretur ad fidem Christi, hoc enim ipsemer testatur Act. vigesimotertio. dicas. Ego Pharisœus sum, filius Pharisæorum. Contra tales ergo Pharisæos sepe, & uachementer predicauit Christus, ipsos de multis peccatis reprehendens. Vnde contra nullos tantum legitur inuexisse, sicut contra prædictos. Nota, si uis, quomodo Hypocritæ, & falsi Clerici, atque Religiosi uidentur esse quodam modo imitatores talium, & per consequens reprehensibiles. Et sic patet de prima facta, quæ erat apud Iudeos, quæ dicebatur Pharisæorum.

ESS ET sic ab aliis Iudeis differebant. Nam fermè in omnibus monasticam ducebant uitam, nuptias fastidiebant, & reprobabant. Omnia communia habebant. Unguentum, & oleum opprobrium reputabant, in ueste candida incedebant, ut sic interiorem se protestarentur habere nitorem, & munditatem.

SADUCEI uero sic ab aliis differebant. Negabant enim corporum resurrectionem futuram, assertentes animas nostras simili corporibus mori. Et tales uidentur habuisse ortum, & descendisse ab illis infidelibus, de quibus Sapient. 2. dicitur. Dixerunt impii cogitantes apud se non possit. Exiguum, & cum tardio, est tempus uita nostræ.

Dominica XVIII. post Trinit.

Se non est refrigerium in fine hominis, & non est ; qui agnitus sit reuersus ab inferis, quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus, tanquam non fuerimus. Sumebant etiam tales fundamentum sui erroris ex illo textu Ecclesiast. 3. ubi sic legitur. Vnus est interitus hominis, & iumentorum, & aqua utriusque conditio. Sicut moritur homo, sic & illa moriuntur. Similiter spirare omnia, & nihil habet homo iumento amplius. Cuncta subiacent uanitatem, & omnia pergit ad unum: locum De terra facta sunt omnia, & in terram patiter reuertuntur. Propter haec igitur, & his similia dicti Saducei negabant fururā humanorum corporum resurrectionē nescientes discernere inter hominis corpus, & animam. Gratias concedit illis, p̄ equa est hoīs cōditio ex parte corporis iumentorū. Ex parte tamen animae longē differt ab eis, tanquam immortale, & incorruptibile à mortali, & corruptibili.

H̄is ergo Saduceis Christus silentium imposuit, ut dicitur in principio huius euangelij. Hoc autem fuit, quando, ut legitur Matth. 22. immediate ante uerba præsentis euangelij, q̄sierūt a Christo dicētes, Magister, Moyses dixit. s. Deut. 6. Si quis mortuus fuerit non habens filium, ducat frater eius uxorem illius, & susciet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres, & primus uxore ducta mortuus est sine filiis, & non habens semen reliquit uxorem frati suo, similiter secundus, tertius, & quartus, usque ad septimum, nouissimè autem omnium, & mulier defuncta est, in resurrectione ergo cuius eris de septem uxori? Omnes enim eam habuerunt. Iste ergo Saducei mouerunt quæstionē corā Christo, qui uidebat eis insolubilis. Dicebant enim de tali uxori, q̄ impossibile erat, ut daretur alicui prædictorum septem uxorū determinatē, quia eadem ratione, qua deberet assignari uni, deberet similiter assignari alteri, eo quod non est maior ratio de uno, quam de altero. Insuper non uideretur possibile, quod detur septem fratribus simul, quia est cōtra legem Moysi, quod duo fratres, aut plures simul coniungantur uni, & eidē mulieri matrimonialiter. Et ita ex his omnibus intendebant concludere dicti Saducei, q̄ sit impossibile hominem semel mortuum resurgere.

H o r u m ergo errorem confutauit Christus unicuero, dicens illis, Erratis nescientes scripturas, sup̄ prophetā

Sermo III. de Euang.

260

rum, in quibus sāpe fit mentio de finali corporum resurrectione, ut facile ostendi posset, si non timeretur prolixitas. Insuper erratis, nescientes uirtutem Dei, qui cum omnia ex nihilo produxerit, multo magis potest humana corpora mortua resuscitare. Dénique erratis, estimantes, quod si homines resurgerent, iterum matrimonialiter adiuvicem coniungerentur, quod falsum est, quia in resurrectione, neque nubent, neq̄ nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in celo. Probat etiam ibidem ueritatem resurrectionis generalis, sed probationem causa breuitatis pertransiit. Ex tali ergo responsonē imposuit Christus silentium Saduceis, ita vt non patetur eis locus replicandi contra dictam respondēti, & sic posuit eos ad metam non loqui.

H̄i s̄ ergo prælibatis, quæ faciunt ad faciliorem intellectum huius euangelij, intrandum est in expositionem eiusdem euangelij, quod sic incipit, Audientes Pharisei, q̄ Iesus silentium imposuisset Saduceis, modo prius expoſito, conuenerunt in unum, ut multitudo incederent, quem rō ne superare non poterant, ut dicit Chrysost. in homi. hodierna. Et interrogauit eum unus ex eis legisdoctor tentans eum. Ut enim dicit glo. interlinearis, isti Pharisei ad caueclam proponunt per unum quæstionem Christo, ut si uincatur, omnes uictores uideantur. Quod si uincatur, solus crucifiscatur, & confusus appareat. Magister, quod est mandatum magnum in legi? Ecce quæstio tentativa, quæ est ualde theologica, quia de primo, & principali mandato legis, quam legisdoctor proponit illi summō doctori, & qui docet hominē scientiam. Iste ergo legisdoctor de magno mandato interrogat, qui nec minimum seruat, ut dicit Chrysost. Practica, quomodo multi sunt similes huic legisdoctori, qui magnas, & profundas quæstiones faciunt, non quidem, ut addificant, sed ut sciolii apparent.

M O R A L I T E R iuxta illud, Audientes Pharisei, quod Iesus silentium imposuisset Saduceis, notandum, qd circa silentium se habent homines in triplici differentia.

Nam quidam sibi p̄fis imponunt silentium.

Alijs imponitur, & tacent.

Alijs imponitur, sed nesciunt tacere.

P A R I O dicitur aliqui attendentes, quod in multiloquio

non deest peccatum, ut habetur Prover. 10. sibijs pro tempore & loco imponunt silentium. Et tales ueraciter sunt virtuosi. Vnde moralis ille Poeta Cato. Virtutem primam esse putare compescere lingua. Proximus ille Deo, qui scit ratione et cere. In huius etiam figurā legi Luc. 1. q. Zacharias tacens, genuit Iohannē, qui interpretatur, in quo est gratia. Legitur. q. quidam petiit a Socrate Philosopho, qualiter possit reputari sapiens. Cui ille. Continet, inquit, serua silentium. Et breuiter imponere sibijs tempore, & loco silentium, tam laudabile est, & edificatuum, quod etiam stultus si tacuerit, sapiens reputabitur, ut habetur Proverb. 17.

S E C V N D O. alijs imponitur silentium à superioribus pro loco, & tempore, & taceant. Da exemplum de religiosis, qui ex statutis suis habent certis horis, & locis seruare silentium, quod & faciunt, si non uelint incurtere peccatum, aut culpam, maximè, ubi sunt consuetudinarij. Da etiam exemplum de patrifamilias in domo sua: Vnde quidam poeta. Audie, uide, tace, si uis uiuere in pace.

T E R T I O. alijs imponitur silentium à maioribus suis, sed nolunt, aut nesciunt (impellente forsan passione) tacere. Et tales sunt cōter causā multorum iurgiorū, & litū. Et in hoc solē mulieres plus deficeret, q. uiri. Vnde noui quēdā uirū, probū, & honestū, qui solitus erat facere dicere uxori sue cū ira, & cholera loquenti. Tace, si potes, Mirum est certe, q. Christus imposuit silentium Saducæis, & q. nemo ēt Angelus, si desideraret de celo, pōt imponere silentium aliquibus loquacibus. Sic ergo pater de primo principali præsentis euageli.

S E C V N D O. principaliter in præsenti Euangeli fit mētio de modo diligēdi, tā Deū, quam proximū, quē nobis dat Christus r̄ndens ad legisperitum. Et primō ostendit modū di ligendi Deum, cū ait, Diliges dñm Deū tuū. Et nota, q. non dicit, cognoscēs, aut timebis dñm Deum tuū, quia ista duo sunt cōia bonis, & malis, sed dicit. Diliges, q. est propriū bonis. Dicit ergo Diliges, & nō tm̄ cognoscēs per fidem, aut timorib⁹ timore seruili, sed diligēs per charitatem dominum, cui timor, Deū, cui honor, tuū, cui amor debetur. Diliges ergo Dominum, quia per suam potentiam te ad imaginem, & similitudinem suam, tanquam egregiam, & nobilissimam creaturam fecit. Deum, quia per suam sapientiam te docuit,

& ia.

Intellectum dedis. Tuus, quia per suam bonitatem seipsum fecit tuū, & sic te redemit. Sequitur. Ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc est maximū, & primum mandatum. Ponit ergo, siue assignat Christus triplicem modum diligendi Deum.

P R I M U S igitur modus est, ut diligatur ex toto corde nostro. Tunc autem Deum ex toto corde diligimus, quando de eo sepe cogitamus, & cogitando ipsum amamus. Vel, quando omnes cogitationes nostras ad ipsum dirigimus, & referimus. Vel, quando ob amorem illius omnes cogitationes noicuas, & malas, ne intrent in cor nostrum, repellimus, & illis obſtituimus. Vel, quando dilectionem eius omni alij dilectioni cuiuscunq; creature preferimus. Vel, diligēs dñm Deum tuū, ex toto corde habitualiter, et si non semper actualiter. Pro quo notandum ēm̄ beatum Tho. 2. 2. q. 45. arti. 3. in foli. ad secundum, quod dupliciter contingit Deum ex toto corde diligere. Vno quidem modo in actu, sic, scilicet, quod totum cor hominis semper actualiter in Deum feratur. Et hoc modo diligetur Deus super omnia à beatis, qui nihil habent, quod eos impedit, aut distrahat à tali dilectione. Secus autem de nobis cōatoribus. Et ideo dominus ad talē con tinuam, & actualē dilectionem nos non obligauit, sciens, q. nobis esse impossibilē. Alio modo contingit Deum ex toto corde diligere in habitu, sic, scilicet, quod totum cor hominis in Deum habitualiter feratur, ita ut nihil contrariū, & aduersum dilectioni Dei, cor hominis recipiat. Et hoc modos nos uiatores tenemur. Deū ex toto corde diligere. Nec quando uenialiter peccamus, contra hoc præceptum facimus, eō q. ueniale peccatum non aduersatur habitui charitatis, sed tantum seruori illius. Facit enim, ut homo minus seruenter diligat Deum, quam prius. Resolutoriē ergo tenendum est, quod tunc Deum ex toto corde diligimus, quando actu, nec habitu ipsum omnibus alijs preferimus, & apreciamus. Vnde ad hoc persuadendum dat Chrysostomus, super Matth. in operi incompleto homil. 43. similitudinem de uxore, quae nemini debet astimare sapientiorem viro suo, siue fortiorē, aut pulchriorem, siue formosiorē. Sic, inquit, anima christiana, quę sponsa Christi est, ita debet diligere Deum, ut nihil sit in mundo isto, quod amplius amet, quam eum.

Hec

Hæc ille. Patet ergo de primo modo diligendi Deum, quod est ex toto cordé.

S E C V N D V S modus, quo diligendus est Deus à nobis, est, ut diligamus ipsum ex tota anima nostra, sive ut alij libri habent: In tota anima nostra: Quærerit autem Chrysost̄ super hoc paſſu, quid sit diligere Deū in tota anima. Et responderet, quod est certissimum animam habere in ueritate, & firmum esse in fide. Et de hoc dat exemplū dicens. Intelligis unum esse Deum. Quod si cuperis de hoc dubitare, etiam nō ex tota anima diligis Deum. Est ergo Deus ex tota anima diligen-
dus, in ipsum firmiter credendo, sine ulla hasitatione.

T E R T I V S modus, quo diligendus est Deus à nobis, est, ut ipsum diligamus ex tota mente nostra, sive, ut alij libri habent, in tota mente nostra. Quærerit Chrysost̄ super hoc paſſu, quid sit Deum diligere in tota mente. Et responderet dicens, quod est sic uiuere, ut omnes sensus nostri interiores Deo uacent, scilicet, tam intellectus, quam uoluntas, quam erit memoria. Qui ergo occupat aliquod horum circa temporalia, iam non tota mente Deum diligit. Vnde Aug. expōens hoc preceptum, dicit sic: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, id est, intellectu, sine errore. Ex tota anima, id est, uoluntate sine contradictione. Ex tota mente, id est, memoria, sine obliuione. Vel ut ait Bern. ex toto corde sapienter, ex tota anima dulciter, ex tota mente perseveranter, & fortiter. Vel sic: Ex toto corde, id est, ex toto intellectu, ut omnis intellectus tuus subditus sit intellectui diuino. Ex tota anima id est, ex tota uoluntate, ut omnis uoluntas tua subdita sit uoluntati diuina. Ex omni mente tua, id est, tota memoria. Vel sic: Toto corde, ut omnes cogitationes tuas in Deū dirigas. Tota anima, ut omnes affectiones ad Deum retorques. Tota mente, ut omnes operations tuas propter Deū facias. Et sic pater de triplici modo, quo diligendus est Deus.

N O T A N D V M est autem circa hoc, quod dilectio Dei super omnia debet habere multas pulchras conditiones. Debet enim esse.

Realis. Humilis. Integralis. Fortis.

Feruens. Compatiens. Inflammans. Perseuerans.

P R I M O igitur dilectio Dei debet esse realis, & non uerbosa. Vnde, i. Iohan. 3. Filioli, non diligamus uerbo, neque lingua,

lingua, supp. tantū, sed opere, & ueritate. Nam ut dicit Greg. in quadam homilia, amor Dei nunquā ociosus est, Operatus enim magna, si est. Si autem operari renuit, amor non est. Hinc Saluator Iohan. 14. Siquis, inquit, diligit me, sermonē meum seruabit. Vnde August. lib. de doctrina Christiana: Ille ueraciter Deum diligit, qui suis in omnibus obtemperat mandatis. Ille uerā Deum diligit, qui eius leges, & praecepta custodit. Legitur de quodam philosopho, qui dicebatur Theophrastus, cui cum narraretur de duobus hominibus, quorum unus erat ualde diuines, & alter ualde pauper, quod ualde mutuō se diligenter, ille admirans ait: Quomodo ergo unus, tam diuines, & alter tam pauper? Prætemporebat ergo talis philosophus ex uerbis suis, quod si inter prædictos fuisset uera amicitia, unus subuenisset realiter, & de facto necessitatibus alterius. Sic in proposito dilectionis Dei uera tempore, & loco debet se prodere, vt qui diuies est, subueniat necessitatibus alterius propter Deum.

S E C U N D O dilectio Dei debet esse humilis: Et ex sensu, quod ille, qui ueraciter diligit Deum, nihil debet de se sentire, sed quicquid est, aut habet, debet totum Deo attribuere. Et ad hunc sensum uidetur esse intelligendum illud. Cant. 1. Adolescentulæ dilexerunt te nimis, id est, paruae anime, & humiles sui reputatione aptæ sunt, & idoneæ ad perfidie Deum diligendum.

T E R T I O dilectio Dei debet esse integralis, sic scilicet, quod Deus diligatur ex integro, & toto corde, ut dicitur in præsenti Euangeliō. Non debet ergo cor diuidi ad multa, sed integrè dandum est tantū uni, quod est Deus: Et quāuis multa alia à Deo sint ex charitate diligenda, ut ostēsum est in deductione præcedētis questionis, omnia tamen illa sunt propter Deū diligenda, & ad ipsum referenda, quia ut dicit August. in lib. confessio. ad Dominū loquens: Minus te Domine amat, qui tecū aliiquid amat, quod nō propter te amat. **Q U A R T O** dilectio Dei debet esse fortis, ut scilicet, quis fortiter Deo, per amorem, & charitatē inhäreat, adeo ut tentatione aliqua, seu persecutio ab eo minimē separetur. Vnde Cant. 8. Fortis est, ut mors dilectio. Quinimo est morte fortior, ut pater in electis, in quibus per mortem non perditur Dei dilectio, sed per amplius seruet in celo, quam in presenti saeculo.

seculo. Hoc etiā patuit in sanctis Dei martyribus, in quibus charitas Dei non potuit extingui, neq; frangi per mortem. Hinc Apostolus ad Rom. 8. clamat in persona electorum dicens : *Quis nos separabit à charitate Christi ? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an famae, an nuditas, an periculum, an gladius ? Quasi diceret, quod nihil horum, aut his similia possunt nos separare à charitate Christi, & Dei, & hoc ex natura charitatis, quius est resistere omni malo. Quod si quis in tormentis, aut tentationibus succumbat peccato, & sic separaretur à charitate Dei, hoc non est ex defectu ipsius charitatis maximè cum minima charitas sufficiat resistere quanticunq; peccato, prout uult communis schola theologorum.* Quod etiam attestatur Amb.lib.de Trinitate, dicens, quod dilectionē firmi Christiani nulla uincunt tormenta. Amanti enim plus incitat charitas, si eum, cuius in se sentit beneficia, prohibeat amare. Vnde Ouidius. *Felix, qui quod amat, defendere fortiter audet.* His tamen non obstantibus multi propter imperfectionē suā modica occasione habita perdūt charitatem. Practica de superbis, luxuriosis, & huiusmodi.

V I N T ò dilectio Dei debet esse feruēs, ita ut qd ardeat in amore diuino, exēplo Magdalene, de qua dicit Luc. 7. qd dimissa sunt ei peccata multa, qm̄ dilexit multū. Sed quomo-
do dimissa? Certe quo ad culpā, & pœnā, & hoc propter vehe-
mentē illius ad Christū dilectionē. Da exemplū de magno, &
feruente igne, in quem aquē gutta iniecta mox consumitur.
In p̄posito de culpa ueniali, qd ad feruorē charitatis mox re-
solutur. Ecce quantū prodest feruens charitas, seu dilectio.

S E X T ò dilectio Dei debet esse cōpatiens, & pia. Debet
nempe, qui Deum uult charitatiē diligere, illi compati, et
hoc, scilicet, quod homo factus, multis, & quidem graui-
mis doloribus, ac tormentis est affectus. Et de hac pia dilec-
tione loquitur sponsa, idest, anima deuota Canticorum. i.
dicens : *Fasciculus myrræ dilectus meus mihi.* Ad propo-
sitionē per fasciculum myrræ, quae est ualde amara, intelligi-
tur collectio facienda in nostra memoria omniū dolorum
Christi. Quos cum collegerimus, per sanctam meditationē
debemus illi patienti compati dicentes : *Iesu nostra redem-
ptio, amor, &c.* Sequitur. *Quæ te uictis clementia, ut ferres
nostra crimina, crudelē mortem patiens, ut nos à morte*

supple

sapple, culpe, & gehennæ, tolleres ? Quantum autem profic
huiusmodi compatiens Christi dilectio, patet tali exemplo. Refert enim frater Lodolpus in lib. qui intitulatur vita
Christi, de quadam persona deuotissima ad Christi passio-
nem, & quæ uix de illa cogitare poterat absque lachrymis,
quod illi semel apparuit Christus dicens, quod quicunq; in
recordatione suę passionis lachrymas fuderit, illas uult su-
scipere, tanquā si pro eo morte passus fuisset. Ecce quantum
prodest diligere Christū cū cōpassione suę p̄fissime passionis.

S E P T I M ò dilectio Dei debet esse inflamans. Non qui-
dem solum erga ipsum Dum summè dilectum, sed & circa
proximum. Nam sicut prædicatio, quæ est actus uitæ actiue,
procedit ex ardenti amore Dei, qui pertinet ad uitam cōteria
platiuam, ita etiam dilectio proximi charitatiua procedit ex
vehementi dilectione Dei, quæ inflamat nos ad diligendū
proximum etiam inimicū, & aduersarium. De exemplū de
vehementi igne, qui calefacit non solum Dominum domus,
vērum etiam familiam bonam, & malam. Qui ergo credit se
perfectè Deū diligere, nec tamē diligit proximū, & signifi-
cat inimicū, non perfectè diligit, eo qd non habet in se chari-
tatem inflammantem, & usq; ad inimicū se diffundentem.

O C T A V ò dilectio Dei debet esse perseverans, ut scilicet,
semper, & non ad tempus diligatur. Item in aduersis, sicut in
prosperis, quia ut dicitur Proue. 18. Omni tempore diligit,
qui amicus est. De dicta etiam perseverantia dilectionis diui-
ni loquens Salvator Iohā. 15. ait. Manete in dilectione mea.
Quid aut̄ sit manere in dilectione sua, palā ostēdit, cū imme-
diatē subdit. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilec-
tione mea. Studeamus ergo charissimi præcepta Dñi opere
seruare, si uelimus in eius dilectione iugiter pmanere, quod
summopere optare debemus. Et sic patet de primo p̄cepto le-
gis, qd est de dilectione Dei sup oīa, & de modo diligēti cū.

S E C V N D ò in p̄fensi Euāgeliō Christus dat nobis secun-
dum p̄ceptū legis, qd est de dilectione proximi, dans simile
nobis modū, quo diligēdus est, cū subdit. Secundū aut̄ simile
est huic, quia de re simili Deo, uidelicet, de homine, qui est ad
imaginem, & similitudinem Dei factus. Vel simile, idest, de
simili materia, videlicet, de dilectione: *Diliges proximū tuū,*
sicut teipsum. Nomine autem proximi intelligitur omnis
homo

homo non damnatus, similiter & quilibet angelus bonus, & superioris dictum est, pariter & Christus, secundum q̄ homo. Omnis ergo talis proximus est à nob̄ ex charitate diligendus propter Deum, quia sicut rex terrenus in imagine sua honorat, vel uilipendit, scilicet ab adulterijs, sic & Deus in homine ad imaginem eius factò diliguit, vel odit. Nō enim potest hominem odire, qui Deū amat. Nec Deum amare, qui hominem odit. Vnde j. Iohā. 4. Qui dicit se Deum diligere, & fratrem suum oderit, mendax est. Et nota, q̄ Christus non dixit legisperito, vt diligenter proximum suū quantum seipsum, sed sicut seipsum, scilicet ad eundem finem, ad quē se debet diligere, videlicet, ad gratiam in præfenti habendā, & gloriā in futuro. Vel propter quod seipsum, scilicet propter Deum. Vel quandiu seipsum, scilicet semper. Sequitur. In his enim duobus mandatis, s. de dilectione Dei, & proximi, tota lex p̄dēt, & propheta. Quod sic patet. Nam tria prima præcepta decalogi ordinant nos ad Deum. Septem aut̄ alia ad proximum. hinc Apost. ad Ro. 13. dicit, q̄ plenitudo legis est dilectio, scilicet Dei, & proximi.

N O T A N D V M ergo iuxta dilectionem proximi & modum illius, q̄ debemus ipsum diligere istis modis, nidelicet. Purè, Verè, Fructuosè, Gratuitè, Extensiue, Profectiue, Zelosè, Animose, Intensiue, Ordinatè.

P R I M ò igitur debemus diligere proximum purè, & sincerè; ut pote, propter bonum honestum, & non propter peccatum, seu ad finem in honestum. Et ad hunc sensum intelligitur dictum Apost. ad Rom. 13. Dilectio, inquit, proximi malum non operat. Vbi Glo. ordin. Qui amat aliquem, ideo cū amare debet, quia iustus est, aut ut iustus sit, huius autem contrarium multi agunt, qui diligunt turpi amore illos, qui cooperantur eis in malum, vt sunt brigatores, lusores, ebrios, luxuriosi, fures, & latrones, horum enim dilectio non est enim Deum, sed secundum carnē & diabolum. Purè enim, & rell̄ diligere aliquem, est illi uelle bonum. Sed quale quo, aut quantum bonum illi alijs, volunt, qui quantum in eis est, illos secum trahere ad inferni supplicia nituntur, quos se diligere mētientes dicunt. Profecto hęc amicitia diabolica est, & non diuina. Cū talibus ergo amicitia nō est habenda, sed potius bellum, & discordia. Nec propter ipsorum amicitia foun-

dam

dam quicquā turpe est agendum. Vnde ad propositū refert Valerius lib. 6. c. 4. de Rutilio Philosopho; qui cū iniustè ratione cuiusdam resisteret, qui suū se dicebat amicum, ait alter cum indignatione. Quid ergo opus est mihi tua amicitia, si quod rogo, non facis? Respondit Rutilius. Et quid misera tua, si propter te aliquid in honesti facturus sum? hęc ibi. Patet ergo, proximus est diligendus purè, & honestè.

S E C U N D O dehemus diligere proximum verè, sine fictione, aut simulatione, iuxta illud ad Ro. 12. Dilectio sine simulatione. Itē j. Iohā. 3. Non diligamus uerbo, neque lingua, sed opere, & ueritate. Verè ergo proximum diligimus, si illi in necessitatibus suis subuenimus. Vere cum diligimus, si quā lingua exprimimus; opere implemus. Et istud est contra multos factos, & verbosuos amicos, qui interdum se offerunt ad obsequendum alijs; sed cum ab eis obsequium requiratur, solent multipliciter, & uarijs modis se excusare. Vnde bñ ad prepositum loquit sapiens Proverb. 11. dicens. Simulator ore, qui ore, & uerbo simulat se amicū, decipit amicū suū.

T E R T I O debemus diligere proximum fructuosè, id est eius utilitatem, illi quoties opus fuerit, & in nostra potestate possum, subueniendo: hoc enim est opere diligere, prout nos admonet beatus Iohan. vbi supra. Vnde Petrus Blefen. refert quēdam dixisse. Tantū diligo inimicum, qui mihi nihil malū fecit, sicut amici qui nihil boni mihi fecit: hoc igit attendant illi, qui solēt dare pulchra verba, & uanas promissiones amicis suis, qui opere nihil boni faciunt. De talibus ergo loquitur scriptura Ecclesiast. 37. dicens. Est amicus solo nomine. Horum itaque amicitia similis est chimera, hincoceru tragelapho; ceterisque huiusmodi nominibus logicorū, quibus in rerum natura nihil responder. Est etiam huiusmodi amicitia similis scientiæ noīalium; quorū totū studiū versat circa terminos, & de rebus parū sapiunt, quorum est conatus est uerbis apparet, & contendere; ita & multi solo nomine sunt amici. Habent enim amicitiā in ore; sed non in opere. Propter quod Theophrastus Philosopherū p̄dictus docuit blandum amicū esse caudū. i. qui blandè, & suauiter logunt, quia ut dicit Seneca epist. 3. Cū amicis breues rōnes, & lōgas amicitias oportet habere. Sic igit̄ vera amicitia nō veritas sive noīalis esse debet, sed potius realis, & fructuosa.

homo non damnatus, similiter & quilibet angelus bonus, vt superius dictum est, pariter & Christus, secundum q̄ homo. Omnis ergo talis proximus est à nob̄ ex charitate diligens propter Deum, quia sicut rex terrenus in imagine sua honorat, vel uilipendit, scilicet ab aduersarijs, sic & Deus in homine ad imaginem eius factō diligetur, vel oditur. Nō enim potest hominem odire, qui Deū amat. Nec Deum amare, qui hominem odit, vnde. i. Iohā. 4. Qui dicit se Deum diligere, & fratrem suum oderit, mendax est. Et nota, q̄ Christus non dixit legisperito, vt diligeret proximum suū quantum seipsum, sed sicut seipsum, scilicet ad eundem finem, ad quē se debet diligere, videlicet, ad gratiam in præfenti habendā, & gloriā in futuro. Vel propter quod seipsum, scilicet propter Deum. Vel quandiu seipsum, scilicet semper. Sequitur. In his enim duobus mandatis, scilicet de dilectione Dei, & proximi, tota lex p̄dēt, & propheta. Quod si patet. Nam tria prima præcepta decalogi ordinant nōs ad Deum. Septem aut̄ alia ad proximum, hinc Apost. ad Rom. 13. dicit, q̄ plenitudo legis est dilectio, scilicet Dei, & proximi.

N O T A N D V M ergo iuxta dilectionem proximi & modum illius, q̄ debemus ipsum diligere istis modis, uidelicet. Purē, Verē, Fructuosē, Gratuitē, Extenſiū, Profectiū, Zelosē, Animose, Intensiū, Ordinatē.

P R I M ò igitur debemus diligere proximum purē, & sincerū, ut pote, propter bonum honestū, & non propter peccatum, seu ad finem in honestum. Et ad hunc sensum intelligitur dictum Apost. ad Rom. 13. Dilectio, inquit, proximi malum non opera. Vbi Glo. ordin. Qui amat aliquem, ideo eū amare debet, quia iustus est, aut ut iustus sit, huius autem contrarium multi agunt, qui diligunt turpi amore illos, qui cooperantur eis in malum, vt sunt brigatores, lusores, ebrios, luxuriosi, fures, & latrones, horum enim dilectio non est ēm Deum, sed secundum carnē & diabolum. Purē enim, & recte diligere aliquem, est illi uelle bonum. Sed quale quæso, aut quantum bonum illi alijs, volunt, qui quantum in eis est, illos secum trahere ad inferni supplicia nituntur, quos se diligere métiens dicunt. Profecto hec amicitia diabolica est, & non diuina. Cū talibus ergo amicitia nō est habenda, sed potius bellum, & discordia. Nec propter ipsorū amicitia foun-

dam quicquā turpe est agendum. Vnde ad propositū refert Valerius lib. 6. c. 4. de Rutilio Philosopho; qui cū iniuste ratione cuiusdam resisteret, qui suū se dicebat amicum, ait alter cum indignatione. Quid ergo opus est mihi tua amicitia, si quod rogo, non facis? Respondit Rutilius. Et quid mihi tua, si propter te aliquid in honesti facturus sum? hæc ibi. Paret ergo, q̄ proximus est diligendus purē, & honeste.

S E C U N D O D E hemus diligere proximū verē, sine fictio ne, aut simulatione, iuxta illud ad Ro. 12. Dilectio sine simulatione. Itē. i. Iohā. 3. Non diligamus uerbo, neque lingua, sed opere, & ueritate. Verē ergo proximum diligimus, si illi in necessitatibus suis subvenimus. Vere cum diligimus, si qđ lingua exprimimus; opere implemus. Et istud est contra multos fictos, & verbosos amicos, qui interdum se offerunt ad obsequendum alijs; sed cum ab eis obsequium requiritur, solent multipliciter, & uarijs modis se excusare. Vnde bñ ad prepositum loquit sapiens Proverb. 11. dicens. Simulator ore, qui ore, & uerbo simulat se amictū, decipit amictū suū.

T E R T I O debemus diligere proximum fructuose, id ad eius utilitatem, illi quoties opus fuerit, & in nra potestate possum, subueniendo: hoc enim est opere diligere, prout nos admonet beatus Iohan. vbi supra. Vnde Petrus Blscen. refert quedam dixisse. Tantū diligo inimicum, qui mihi nihil male fecit, sicut amicū qui nihil boni mihi fecit: hoc igit attendant illi, qui solēt dare pulchra verba, & uanas promissiones amicis suis, qui opere nihil boni faciunt. De talibus ergo loquit scriptura Ecclesiast. 37. dicens. Est amicus solo nomine. Horum itaque amicitia similis est chimeræ, hincoceru tragelapho; ceterisque huiusmodi nominibus logiorū, quibus in rerum natura nihil responderet. Est etiam huius modi amicitia similis scientiæ noīalium; quorū totū studiū versat circa terminos, & de rebus partū sapiunt, quorum et conatus est uerbis apparet, & contendere; ita & multi solo nomine sunt amici. Habent enim amicitia in ore; sed non in opere. Propter quod Theophrastus Philopophilus p̄dictus docuit blandum amicū esse caudē. i. qui blandē, & suauiter loquit, quia ut dicit Seneca epist. 3. Cū amicis breues rōnes, & lōgas amicitias oportet habere. Sic igit̄ vera amicitia nō vere habili sive noīalis esse debet, sed potius realis, & fructuosa.

QUARTO debemus diligere proximum gratiā, & liberaliter, & non propter aliquam propriam utilitatem inde consequendā. Qui enim sic diligit proximum, imitatur Deū, qui suos diligit gratuitē, iuxta illud Osée. 14. Diligā eos spōtanē, gloria sola misericordia. Ergo noti meritis eorū hinc Christus Ioan. 15 ait hoc est praeceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. I. gratiā, & liberaliter, huius aut contrarium plerique faciunt, qui nunquam aliquem diligērē, nisi ad eos perueniēt in benedictionibus, aut obsequijs. Et amor talium similis est amori meretricum, qua uiros nō diligunt, nisi propter munera eorum; Vnde, & meretrices à mercede dicuntur. Ex quo pātēt, quod talis amor est turpis, & quasi uenialis.

QVINTO debemus diligere proximum intensiū. Sic enim aliquando dilexit Saul Dauid. Vnde. i. Regum 16 dicitur sic. Venit Dauid ad Saul, & sterit coram eo. At ille dilexit eum nimis. i. ualde. Sic etiam intēsiū dilexit Ionathas filius Saul Dauid. Vnde. i. Regum. 18. dicitur, quod conglutinata est anima Ionathāe animę Dauid, & dilexit eū Ionathas, quā si animam suām. In cuius etiam amicitiē signum indicuit ei, quod pater suus Saulus quāreter occidere eum. Vnde etiā subtili ingēnō, & modo saluauit, sibi uitam, contra furorem dicti Saul patris sui, ut patet. i. Reg. 19. Refert etiā Valerius Maximus de duobus Pythagorē discipulis, quorum unū, cū Dyonisius Siciliq Tyrannus iussisset occidi, alter se fidei usq̄e p̄trabuit, utique interficiendum, si non rediret, quousque abiēs in domum suam de rebus suis moriturus disposeret. Cumque tardaret, atque hōra, qua plecēndus erat, appropinquaret, ille tamen, qui captiuus tenebatur, intrepidus persistebat, ut uel de fide amici non dubitans, uel mortem subire pro eo nō reculans. Tandem in temporis momēto, quo sententia executioni danda erat, subito, qui condemnatus fuerat, rediit, & socium ab imminentē morte eruipuit. At uero tirannus considerans tantā illorum amicitiam, & constantiam, mortem illis indulxit. Ad propositum ergo redeuītes, si amicitiam, quā fundatur in naturali amore, tam intensa fuit in prædictis, multō intensior est illa amicitia, quā fundatur in amore gratuito, seu in charitate] proximi ad proximum: Et sic pater intentum.

SEXTO debemus diligere proximum extensiū, i. perseveranter, & usque ad mortem. Ad quod faciendum nos inducit exemplū Christi, de quo dicitur Io. 14. Cum dilexisset suos, qui erāt in mundo, in finem dilexit eos. Dicitur etiam Prou. 13. quod omni tempore diligit, qui amicus est. Circa hoc autem reprehendendi sunt multi, qui more parvulorum, ac mulierum faciliter occidente perdunt amicitiam, receduntque ab amico, etiam quantuncunque prius dilecto, & qui eis multa bona fecit, tanquā ab extraneo, aut certe per amplius, ita, ut oporteat adhibere mediatores pacis inter eos, quos etiam interdum audire nolūt. Sed unde hoc, Profecto inimicus homo, id est, Diabolus hoc facit, qui in medio tritici superseminat zizania. i. inter se mutuō diligenter discordias, cum tamen dicat Tullius, quod cum eo bellū gerere, cum quo familiariter uixeris.

SEPTIMO debemus diligere proximum profectiū, scilicet, proficiendo magis, ac magis in huiusmodi dilectione. Et de hoc scribebat Apostolus christianis, qui erāt Philippis, dicens. Oro, ut charitas uestra, magis, ac magis abundet. Nō ergo laus est proximū diligere, nisi etiam in tali dilectione proficiamus, tam interius amando, quam exterius beneficia, & charitatis opera exhibendo. Vnde Eccl. 7. Nō te pīgeat uisitare instrumentum, ex ijs enim in dilectione firmaberis. i. fortior, & feruentior eris. Artifex enim quanto plus se exercet in arte sua, tanto habilius, & peritior efficitur, atque delectabilis operatur, ita in proposito de eo, qui se exercet in operibus charitatis.

OCТАВО debemus diligere proximum zelosē, Tunc autem, quis diligit proximum suum zelosē, quādō non formidat ei dicere ueritatem pro bono illius, & si quā uitia in eo cognouerit, charitatitū corrīgere, quia, ut dicit Prou. 23. Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis. Principes enim, & pr̄sidentes si habeant aliquos subditos duros, & rebelloes, debent ad literam illis adhibere flagella, & vulnera, & hoc tam ex debito charitatis, quam officij. Nec hoc sit crudeliter, licet misericorditer. Da exemplū de egrotantibus, quibus solent quandoque adhiberi plura dura, & aspera medicamina etiam cōtra eorū uolūtatem, saltem pro tunc, & hoc, ut ad perfectā redcant sanitatem. Nam

Dominica x i x. post Trinit.

vt dicit Aug. in lib. confess. nō oīs, qui parcit, amicus est, nec omnis, quo uerberat, inimicus. Melius enim est, cum severitate diligere, quam cum lenitate decipere. Sed profectò pauci zelosè diligunt proximos suos, eos de suis peccatis charitatiuē increpantes, scilicet, aut tacent, dicentes, nihil ad eos si illi mali sunt, aut quod deterius est, illis applaudunt, p adulationem, per talem damnatissimum modum illis com placere satagentes.

No nō debemus diligere proximum animosè, & fortiter. Ille aut̄ diligat animosè, & fortiter amicum, qui ipsum diligat, in aduersis, sicut in prosperis. Item qui non timer illi opem ferre, nō obstantibus quibuscumq; periculis, minis, aut̄ damnis, quia ut habet Cant. 7. Fortis est, ut mori dilectio. Patet ergo, q̄ dilectio proximi debet esse animosa, & fortis. Et taliter uident̄ diligere proximos suos, qui eos visitant in infirmitatibus suis, ēt quādūcunt̄, pefteris, & periculis. Item qui eorū corpora post mortem religiosē sepieliunt, & vscj ad sepulchrū deducunt, sicut sit in aliquibus hospitali bus bene regulatis, per quasdam deuotas mulieres ibi infirmis deferuientes. Da etiam exemplū, de illis charitatibus, i confraternitatibus sic dictis, qua sunt multum in usu, in hac prouincia Normandia, in quibus confratres exhibent, siue p se, siue per alios, tam infirmis, q̄ defunctis (dummodo sint de charitate) prædicta beneficia. Talibus ergo sic animafis in opibus charitatis dicturus est Chrs in die iudicij, qua illis regnatiā, illud Matt. 25. Infirmus era, & uenit is ad me.

D e c i m ò & vltimò debemus diligere proximū ordinatē, sic q̄ semp illi præponamus dñm Dñi, similiter, & nosipso, secundū aīam. Ordinatē ēt diligimus, proximū, q̄n optamus illi bonā uitā in p̄senti, & gloriā æternā in futuro. In ordinatē aut̄ multi diligunt alios, vt parētes filios, qbus tota sollicitudine prouidet de temporalibus, & de sanitate q̄n in fieriā, non curantes, si boni sint, aut mali, uirtuosi, aut uictiosi, deuoti, indeuoti, incōtinētes, uel casti. Patet ergo, q̄o diligere debeamus proximos nostros. Et sic patet diffusde toto secundo principali.

T e r t i o principaliter in p̄senti euangelio fit mērio de modo credendi, cū Christus interrogat phariseos dicēs. Quid uobis uideat de Christo? cuius filius est? Tanquā dicēs.

Sermo i. de Epist.

266

re. Vos fecistis mihi unam q̄nem, quæ est de morib⁹, dicētes, & inquirentes, quod est mandatū magnum in lege. Ad quam respondi vobis, q̄ est mandatum de dilectione Dei, & proximi. Nūc aut̄ facio uobis aliā q̄nem, quæ tangit fidē, quæ talis est. Quid uideat uobis de Christo? cuius filius est? Dicunt ei. David. Ait illis. Quomodo ergo David, vocat eū dñm suum dicens. Dixit Dominus, pater domino meo, id est, Christo, sed a dextris meis, id est potioribus bonis gloria, & hoc secundum q̄ homo, quia vt sic sedet in celo super omnem creaturam tam angelicam, quam humanā. Quod si fiat sermo, de ipso Christo, secundum q̄ Deus est, tunc dici tur sedet a dextris Dei patris, per æqualitatem, dō nec ponam inimicos tuos, id est, inobedientes tibi, scabellum pedum tuorum, id est, tibi eos subiiciam, velint, nolint. Istud complebitur in iudicio, quando quidem omnia subiicientur, p̄fēctè homini Christo. Si ergo uocat eum David, dominum suum, scilicet, secundum diuinitatem, quomodo filius eius est nisi sup. secundūm humanitatem. Et nota, q̄, ut dicit glo. interl. Christus non reprehendit phariseos in hoc, q̄ dicunt eum filium David secundum carnem: sed quia non credūt eum esse filium Dei, secundum diuinitatem, hoc enim non intelligebant. ideo subditur in euangelio. Et nemo poterat ei respondere uerbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare, eo quod confutasset eos manifestē. Credamus ergo charifissimi de Christo, q̄ sit filius Dei, & filius David, secundum aliam, & aliam naturam, ut sic merito fidei illius, possimus tandem peruenire ad cœlestem gloriam. Ipso præstante, qui cum patre, & spiritu Sancto, viuit, & regnat. Amen.

Dominica decimana post Trinitatem, Sermo primus de Epistola.



E N O V A M I N I Spiritu mentis uestræ ad Ephesios 4. Doctores ponunt duplēcē hominem, scilicet, exteriorem, & interiorē, Primus concernit corpus, & figuram exteriorem. Secundus concernit mentem, & dispositionem interiorē. Primus homo renatur quo ad electos in resurrectione generali, quando

Dominica IX. post Trinit.

quidem corpus nostrum , quod modò est corruptibile, & mortale, induit incorruptionem, & immortalitatem. ut dicit Apostolus prima, ad Cor. 15. Nam tunc dicet dominus sanctis angelis, de unoquoque electo illud Zach. 3. Austerite ab eo vestimenta fôrdida. In cuius etiam figurâ legi Gen. 41. Phareto fecit educi Ioseph de carcere , & uerbi mutata si bi offerri. Da exéplu, siue similitudinē, quā ponit Chrysost. tractatu de reparatione lapsi, uidelicet, de pueri regio, qui primò traditur alcendus, sub tutugio pauperis hoīs, atq; uilibus cibis nutritur : pariter & grossis uestibus induitur. sed cum aduenierit tempus, ut ualam regiam ingrediat, abieciis omnibus illis uilibus indumentis, repente in regium habitu transformatur, ita & in immutatione gloriofa sanctorū fieri hac ille. Ecce ergo quō homo exterior renouabili in generali oīum resurrectione secundus uero homo. S. interior renouat multoties, videlicet, quoties, quis ad Deum credit per uestram peccitantiam. Vnde ad hanc renouationem nos admonet Apostolus ī principio hodiernę Epist. dicēs. Renouamini &c.

In præsenti ergo Epistola, Apostolus nos admonet ad uitę sanctimoniam in tribus habendam, videlicet.

In corde,

In ore,

In opere,

P R I M O igitur nos admonet habere vitę sanctitudinem in corde, eum ait. Renouamini spiritu mentis vestre. Et nota, qd non dicit Apol. Renouamini facie, sicut facere intunetur quadam mulieres habentes faciem iam rugatam, qd certis unguentis utuntur vt appareant adhuc iuuenes. hec enim renouatio vana est, & fatua, atque uitiosa. Vnde Amb. in Hexameron.lib. 6.c 8. expones illud Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Picta, inquit, es o mulier à domino Deo tuo. Bonum habes artificem, atque pictorem. Noli deleri bonam eius picturam. Deles picturam Dei, si uultum tuum materiali candore oblinias, si acquisto rubore pfundas. Illa pictura te fallit, & decipit, ut neq; illi placeas, cui placere desideras, & actori tuo displaceas, qd in te uidet opus tuu deletum. Dic mihi, si supra artifcē aliquę inducas alterū, qui nouis operibus opus illius obducat, nōne indignabilis ille, qui opus tuu adulteratum esse cognouerit? Noli ergo tollere picturā Dei, & picturā assumere metrericis, quia qui adulterat Dei picturam, graue crimen admittit.

Sermo I. de Epist.

267

admitit. Graue enim crimen est, vt putes, qd melius te, quam Deus pingat. Graue est, vt de te dicat Deus. Non agnosco imaginem meam in te, neque colorem, quo te pinxi. Non agnolco uultum, quem ipse formauit. Reijcio ego, quod meū non est, haec Amb. vbi supra. Non debent ergo, siue uiri, siue mulieres cura re de renouatione faciei corporalis, sed tantum mentis, & interioris hominis.

MORALITER. Ad renouationem spiritualem, siue mentalem tria nos inducunt, uidelicet.

Ecclesia, Ars, Natura.

P R I M O igitur ad prædictam renouationem nos inducit Ecclesia, quæ renouata est in aduentu Christi, & hoc quantum ad tria.

P R I M O quidē quantū ad sacramenta, qd de novo instituit Chis, vt sunt baptiſmus, eucharistia, confessio, ordo, & hmōi. Et de ista renouatione figuratiuè, dicit Leuit. 28. Nouis, sup. sacramentis, superuenientibus, vetera, s. sacramenta proiecieris, quia ad institutionē sacramētorū nouę legis cesauerunt legalia, quæ illa p̄figurabant, sicut adueniente lumine cessat umbra, & adueniente die cessat nox.

S E C U N D O Ecclesia renouata est in aduentu Chrii quārum ad mandata, & signanter quātū ad mandatū, de dilectione proximi. Olim enim Iudai dicebant. Diliges amicū tuum, & odio habebis inimicū tuū. Sed istū mandatum renouavit Christus Matt. 5. dicens. Ego autē dico uobis. Diligite inimicos uestrōs, &c. De ista ē renouatione loquens ipse Christus, Ioh. 13. dixit discipulis suis, & in eis oībus Christianis. Mandatū nouum dō uobis, ut diligatis inuicē. Vbi hocandum, qd prædictum mandatum non est simpliciter nouum. Præcessit enim in veteri lege. Nam ita mandabat, saltem impliciter Dominus Leuit. 19. dicens. Diliges amicū tuum, tanquā te ipsum. Vbi nomine amici intelligitur, omnis homo, siue amicus sit, siue inimicus. Dī tamen Christus huiusmodi mandatum renouasse per hoc, qd reprobauit etatem antiquorū diecentium tantum amicū diligēdum, & inimicum odienđ, ostēdens inimicos esse diligendos, nō solum affectu, uerum ē effectu, ut pōte, pro illis orādo, pariter & illis r̄pē & loco benefaciendo. Vel dic qd mandatum de dilectione proximi dī nouum ab effectu, eo, s. qd expellit vetusta.

Dominica xx i. post Trinit.

uetustatem peccati, & odij, & inducit nouitatem gratiae, & dilectionis. Ecce quomodo dicitur nouum. Sed profecto multi christiani non curantes de correctione erroris iudaorum facta per Christum circa huiusmodi mandatum de dilectione proximi, uolunt adhuc iudaizare, dicentes, qd nunquam bono corde diligent talem, uel talem, nec illi benefacient, etiam si uiderent eum mori fame coram eis, ed quod illos grauissime offendit. Sed nouerint tales, quod tandem subiacent peccato, & aeternae damnationis periculo, quam diu perseverant in tali proposito, & odio.

TERTIUS ecclesia renouata est in aduentu Christi quantum ad ceremonialia, & signanter quantum ad obseruantia dicti festi. Quamuis enim festinare, & diuinis uacare, sit praeceptum morale, quod tam tali die, scilicet, sabbati cessandum sit ab opere seruuli, & uacetur Deo, ceremoniale erat apud Iudeos. Et ideo ob reuerentiam illius, qui est dominus sabbati, scilicet, Christi, translatarum est, illud ceremoniale in diem Dominicam, & hoc ob reuerentiam glorioissime, & iocundissime resurrectionis Christi, ita ut, qui hodie uolunt obseruare diem sabbati in toto, uel in parte, credentes se ad hoc obligatos, iudaizare uideantur, ut notatur in decreto. de conse. distinct. 3. peruenit. Vbi etiam Grego. uocat alios praecursores Antichristi, qui taliter praedican, & sentiunt. Qui quidem Antichristus, cum uenerit, faciet utrumque diem sabbati, & dominicam ab omnibus obseruari, ut sic ad se trahat corda christianorum, & iudaorum. Satis ergo esse debet populo christiano, si debite obseruat diem dominicam, & ceteros dies festos ab ecclesia institutos, de quibus habetur extra de ferijs, in pluribus capitulis. Nam in primo capitulo, quod incipit. Omnes, praecepit ut omnes dies dominici a uespera in uesperam, cum omni ueneratione obseruari. Item. c. conquestus, specificantur alta festa. Similiter. c. quoniam in parte, dictur, quod principium, & finis festorum ecclesia debet attendi secundum consuetudinem patrum, & regionum. Pater ergo, quomodo ecclesia renouata est in aduentu Christi, quantum ad tria, que sunt sacramenta, mandata, & ceremonialia. Quae quidem renouatio debet nos inducere ad hoc, quod renouemur spiritu mentis nostrae, ut nos admonet Apostolus;

Sermo. I. de Epist.

268

Sicut enim dicitur ad praecepit renouationem spiritus mentis nostra, id est, spiritus, qui est mens nostra, nos inducit ars. Videmus enim multa artificialiter renouari.

PRIMUS enim ferrum rubiginatum solet fortiter fricari, & tunc renouatur per hoc, quod recuperat pristinam claritatem. Hoc ad oculum uidemus de gladiis, & armis, quae rubiginem contraxerunt. Scilicet, & iuuenes iam incipientes rubiginem peccati contrahere, debent fortiter fricari per parentes, ac superiores suos in corpore, ut sic auferatur rubigo praecepita de cordibus, & animabus suis. Vnde Proverb. 22. Stultitia colligata est in corde pueri, & uirga, &c.

Sicut enim argentinum rubiginatum solet poniri in fornace, & sic renouatur, sicut uidemus in uasis argenteis. Sic in proposito menses rubiginata per culpam solet reuocari per ignem tribulationis, ita ut sic renouatus in conscientia possit metu timere ad dominum illud ps. Igne me examinasti, & non es iniquus in me iniurias. De hac etiam renouatione loquitur scriptura Proverb. 2. 5. dicens Aufer rubiginem de argento, id est, peccatum de humana conscientia, & hoc, supple, in fornace tribulationis, & egredietur uas purissimum, id est, efficietur conscientia pura, & munda.

TERTIUS imago antiqua solet renouari per additionem nouae picturae. Sic, & humana conscientia inuerterata per culam, renouatur per gratiam. Ad quam quidem renouationem faciendam nos admonet Apostol. partim ex verbis presentis epistolae, partim ex his, que immediatè eam precedunt, ita dicens. Deponite uos enim pristinam conuersationem ueterem hominem, id est, tollite ab interiori homine uetus statum culparum, & induite nouum hominem, id est, similitudinem noui hominis, qui est Christus. Item Col. 3. Expoliantes uos uerem hominem cum astibus suis, & induentes nouum, qui renouatur in agnitione Dei. Ecce quomodo ars tribus modis inducit nos ad spiritualem renouationem.

TERTIUS ad sepe dictam renouationem spiritus mentis nostra nos inducit natura, secundum quod uidemus multa naturaliter renouari, & praecepit tria, que sunt.

Arbores, Grana, Lopus.

PRIMUS enim arbores singulis annis renouantur in uectis, que in hyeme uidebantur quasi mortue, & totaliter desiccatae.

ficcatę. Nam in uere incipiunt producere botros suos, deinde floribus ornari, atque folijs uestiri, postremò pomis, & fructibus grauari. Similiter campi, & prata estate transfacta eti, & autumno intrante spoliantur herbis suis, ac floribus, ita ut nuda remaneant ipsa terrarum spatia, quæ iterum uero tempore reuestantur, & uirescere incipiunt. Hac autem annualis arborum, atque camporum, & pratorum renouatio nobis insinuat, quod ad minus semel it anno debent renouari conscientia laicorum per sacramentalē confessionem, ut præcipitur extra de pœ. & remis. omnis utriusque sexus. Sunt tamen nonnullę deuotę mulieres, quę non tantum expectant, sed instar Lunæ qualiter singulis mensibus, & preferunt in præcipuis festis renouantur in anima cōfidentes omnia, & singula sua peccata. Sunt & alii, ut deuoti clericī, & religiosi, qui more utensilium domus patris familias renouantur in sacramentali confessio ne singulis hebdomadis, aut frequentius, scilicet, quoties volunt ad diuinam accedere. Et tales tūc agunt. Contrarium autem huius faciunt multi presbyteri, qui fermè singulis diebus accedunt ad altare, quāmuis nō propter Iesum tuntur, qui tamen uix semel in hebdomada, aut mense confitentur. Et huius tarditatis hæc forsitan est ratio, quia iudicant, quod confessio illis non proficeret, cum non intendant absinere peccatis. Da exemplum de concubinarijs, & similibus.

S E C U N D O grana seminata in agro postquam mortua fuerint, seu corrupta, tandem & in breui incipiunt reuivere, & renouari, atque in eadem specie reformari. Et per hoc denotatur, quod si uelimus renouari spiritu mentis nostræ, prout esse faciendum nos admonet Apostolus, debemus mortificare corpora nostra per duram penitentiam, ut pote, per ieiunium, & abstinentiā, per uigilias, & alia corporalia opera. Mortificate, inquit, idem Apostolus Col. 3, membrorum uestrum, quę sunt super terram. Et nota, quod dicit membra uestra, i. membrorum uestrorum concupiscentias, ideo subdit. Fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & huiusmodi. Hec sunt, quae mortificare debemus, si uelimus salui fieri, quia ut dicit idem Apostolus Gal. 5. Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum uitio, & concupiscentiis. Vel dic, quod grana seminata, quae prius ne

celle est corrumpi sub terra priusquam reuivescat, designat memoriam mortis, quę est ualde propitia, ad hoc, qd quis renoveret spiritu mentis suę. Nam cum quis considerat se moriturum, nescit ubi, qd, aut quomodo, ex hoc mouetur ad cogitandum de sua salute, & ad uitandum peccata, iuxta illud Eccl. 7. Memorare nouissemus tua, & in eternum non peccabis. Et Hiero. 3, parte epistoliarum suarum, epistola. 85. Non facile, inquit, labitur in peccata; qui se semper motitum cogitat, & Deum fore sibi indicem non ignorat.

T E R T I O lepus albescit in hyeme, in estate uero ad suū pristinum colorē redire consuevit, ut dicit Ambri in hexame ton. li. f.c. 23. Per quod facis nobis innuitur, qd debemus relinquere uitia, & prauas cōfuetudines, & redire ad dominū Deum per uerā penitentiā. Et hęc est mutatio dexterę excelsi. De predicta ēt renouatione spirituali, possent adduci multa alia exēpla naturalia, ut pote, de Aquila, de Phenice, & de Serpente, quę breuitatis causa pertransito. Patet ergo ex dictis, quod tria nos principaliiter inducent ad renouationem spiritus mentis nostrę, quę sunt ecclesia, ars, natura.

S E Q U E N T I A in textu epistole p̄nitis. Induit noui hominem, qui ēm Deū creatus est in iustitia, & sanctitate ueritatis. Quia n. prius dixerat Ap̄ost. Renouamini spiritu mentis uestre. Ideo ostendit, qd̄ debet fieri homini renouatio, qd̄ inuidēdō noui hominem. Sed quis est iste nouus hō? Profectō est Christus. Verus n. hō est Adā. Nouus aut̄ Christus. Et bene nouus, quia nouo modo genitus, uidelicet, sine uiiali semine. Itē novo modo uatus, qd̄ sine miseri dolore, & cū uirginitatis pudore. Insuper nouo modo in mundo isto cōuersatus, qd̄ peccatum nō fecit, nec inueniūtus est dolus in ore eius. Ceterū, qd̄ novo modo mortuus, ut pote, qd̄ uoluit, & elegit. Deniq; homo iste nouus in conceptione, natuitate, uita, & morte, iterum renouatus est, ex partē corporis in sua gloriōsa resurrectiōne, quandoquidem induit corpus impassibile, clarum, subtile, agile. Sed quomodo creatus est, idest, formatus iste homo nouus. Profectō, inquit, Ap̄o. in iustitia, & sanctitate ueritatis. In iustitia, inquam, quo ad Deum, reddendo illi de bitum honorem, & sanctitatem, quo ad scipsum. Sed quia aliqui habent simulacrum, & fictam sanctitatem, ut Hypocrites, ideo subdit Apostolus, ueritatis. As̄ si aperte diceret, quod

Dominica x i x. post Trinit.

quod sanctitas hominis Christi non fuit facta, sed uera, & realis.

M O R A L I T E R. Notandum iuxta illud uerbū. Induere nouum hominē, & induere nouum hominem, est assimilari in virtute nouo homini, qui est Christus, prout ē precipit ali bi idē Apostolus, dicens. Induimus dñm Iesum Christum. Qd quidem uerbum, cum legisset diuus ille August. nondum conuersus, statim quasi infusa luce securitatis, ab eo omnibus dubitatis tenebre diffugereunt.

Pro quo notandum, qd Christus principaliter fuit in interiori homine indutus triplici ueste. i. uirtute, cōformitate ad triplicem uestem, qua in exteriori homine indutus fuisse perhibetur. Fuit niempe secundum corpus indutus ueste.

P R I M ò igitur ueste imperfæa inconfutili, quam legitim illi fecisse pia mater, dñ adhuc parauilus esset, que crecebant crescere corpore illius. Hæc autem uestis modo est apud Argentorium propè Parisis, quam proprijs oculis uidimus, uisaque est à nobis. Persei coloris tendentis aliquantis per ad griseum colorē. Hęc igitur uestis corporalis Christi designat uestem humilitatis, qua indutus fuit in interiori hōte, iuxta Iud. Phil. 2. humiliavit semetipsum factus obediens patri, &c. Hac itaque ueste humilitatis noui hominis Christi debemus indui, prout ipse met nos admonet Mat. 11. dicens. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Notanter autem dicit, humiliis corde, & hoc contra Hypocritas, qui exterius prætendunt magna humilitatis signa, cum tamen interius sint ualde elati, arrogantes, & præsumptuosi, iuxta illud Eccl. 19. Est, qui nequiter fe humilit, sup. exteriori, & interiori eius plena sunt dolo. Nam, ut dicit August. ad fratres in eremo, ser. 21. Qui intitulatur de triplici genere Monachorum. Hypocrite paupertatem foris prædicant, nullam tamen necessitatem portare uolunt. Tales in cunctis operibus suis sponte reuerentiam honoris, gloriam laudis, & ut Deus uenerari, sancti etiam ab hominibus uotari, sola uoce paupertatem prædicant, corpora sua despectis uestibus tegunt foris, sed intus molibus induuntur, angelicam faciem foris ostendunt, sed lupina corda eos habere non debitamus. Hæc ille. Non sic igitur, non sic charissimi, sed corde humiles simus exemplo Christi.

Sermo 1. de Epist.

270

S E C U N D O Christus fuit induitus ueste alba ab Herode in signum derisionis. In hoc tamen prætendebat ipse Christus magnum mysterium, scilicet manifestationem suę perfectissimę innocentia, & puritatis. Quia ut habetur 1. Pet. 2. & sumitur ex Esa. 53. Ipse peccatum non fecit, nec inueniens est dolus in ore eius. Et Psal. Quaretur peccatum illius, id est, in eo, & non inuenietur. Quomodo enim peccatum habere potuerit, qui peccatores falsos facere uenerat? Hæc est igitur uestis illa sanctissima puritatis, qua induitus fuit nouus homo Christus, & qua illius exemplo indui debemus in conscientijs nostris, si desideramus Deum uidere in coelis, iuxta illud Mart. 5. Beati mundo corde, ecce mentis puritas, quam ipsi Deū uidebunt. Vnde cum semper Psal. Interrogasset Dominum dicens. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescat in monte sancto tuo? mox respondit ei Spiritus Sanctus dicens: Qui ingreditur sine macula, talis sup. habitabit in tabernaculo meo. Vnde de beatis diei tur Apoc. 14. quod sine macula sunt ante thronum Dei.

T E R T I O Christus indutus fuit ueste purpurea à Pilato. Nam ut legitur Iohann. 19. Ministri Pilati, sup. ad. eius mandatum, plectentes coronā de spinis imposuerunt capiti eius, scilicet Christi, & ueste purpurea circuindederūt eum. Vestis enim purpurea, quæ erat, quasi rubei coloris, nobis designat charitatē ipsius Christi, qua inseparabiliter semper indutus fuit, & signanter in hora passionis sua, iuxta illud eiusdem uerbum Iohann. 15. Maiores hac dilectionem nemo habet, quam ut anima suam ponat, quis pro amicis suis. Exemplo ergo ipsius Christi debemus intus in anima indui prædicta ueste rubea charitatis, quia hęc est uestis nuptialis, quam quia non habuerit, indubie ad celestes nuptias intrare non valebit. Quinimo confusibiliter in die iudicij coram omnibus bonis, & malis, ad imperiū regis regum Iesu Christi ligatis manus, & pedibus mittetur in tenebras exteriōres inferni, ubi erit fletus, & stridor dentium, ut ait Christus parabolicè loquens Math. 22. Pater ergo, quonodo debemus induere nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, &c. Et sic per consequens de prima parte præsentis Epistole.

S E C U N D O principaliter Apostolus in hodierna Epistola nos admonet ad uitæ perfectionē in ore habendam, cum ait,

ait. Propter quod, id est, ut deponentes ueterem hominem, possitis inducere nouum hominem, deponentes mendacium, loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo, etiam cum infideli, aut Iudeo. Cuius ratio est, quoniam sumus in uicem membra. Et per consequens unus non debet alium decipere scienter mentiendo. Et nota, quod prae dictum uerbum potest dirigi ad multos status hominum, qui sepe solent loqui mendacium. Primo quidem nos Domini aduocati, procuratores, & officiari iusticiae deponentes mendacium loquimini ueritatem, super agnitam, unusquisque cum proximo suo. Cuius contrarium faciunt multi causidici, qui dant intelligere litigantibus in iudicio, quod habent optimam materiam, cum tamen constet eis aliquando de opposto, aut faltem dubitant de equitate. Item tales aliquando loquuntur scienter mendacium cum proximo suo, per falsas allegationes, per falsos testes, & per falsorum instrumentorum productiones, & sic peruerterunt iudicium medium eorum. Secundum nos mercatores, & negotiatores, deponentes mendacium loquimini ueritatem cum proximo uestro, illum scienter non defraudando, circumueniendo, aut decipiendo. Tertio nos iuramentum praestantes, sive super ueritate dicenda, sive super promissione, & fidelite tenenda, deponentes mendacium, loquimini ueritatem, cum proximo uestro. Similiter idem potest de multis alijs statibus practicari.

N O T A N D V M est autem circa illud verbum. Deponentes mendacium, quod debemus libenter deponere mendacium, praesertim, quia.

Deo displaceat. Diabolo placet. Actori nocet.

P R I M O igitur, quia Deo displaceat. Cum enim ipse sit summa, & perfecta ueritas, ut pote, qui neo fallere, nec falli potest, mendacium, quod ueritati aduersatur, ualde illi displicet. Vnde inter illa septem, quae odiit Dominus, & quae enumerauntur Prover. 6. ponitur lingua mendaciorum. Item Euilem. 12. dicitur, quod abominatio est Domino labia mendacia. Praterea in signum, quod ipsum mendacium Deo displaceat, dicit Psal. Ad eum loquens. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Quod uerbum pertractans Augustinus super

super Psal. dicit, quod uir perfectus, & spiritualis non debet mentiri pro ista temporalia uita, sive sua, sive alterius. Aliud tamen, inquit, est mentiri, & aliud uerum occultare, ut si quis non acuit hominem prodere ad mortem, paratus esse debet uerum occultare, non tamen falsum dicere, ut neque ipsum prodat, neque mentiatur, ne occidat animam suam pro corpore alterius. Hæc ille.

S E C U N D O mendacium diabolo placet. Cōmune enim est, ut filius placeat patri, etiam quantumcumque sit deformis. Sic est autem, quod mendacium est filius, & genitura diaboli, iuxta illud Christi testimonium Iohan. 8. Mendax est, & pater eius, scilicet mendacij. Vnde August. super Ioahnis tractatu. 42. dicit, quod sicut Deus Pater genuit filium ueritatem, sic diabolus lapsus genuit quasi filium mendacium. Dicit etiam Amb. & recitat. 22. quæst. 5. caueat, quod caendum est mendacium, quia omnes, qui amant mendacium, filii sunt diaboli. Deinde subdit dicens, quod mendacium non solum consistit in falsis uerbis, sed etiam in simulatis operibus. Mendacium enim est se Christianum dicere, & opera Christi non facere. Mendacium est episcopum, sacerdotem, uel clericum se profiteri, & contraria huic ordini operari. Hæc Ambro. Ex quibus uerbis possumus concludere, quod diabolus habet ualde multis, & penè infinitos filios, quia omnes mendaces, tam uerbo, quam opere malo sunt filii eius. Et hi reuera sunt multi, quia stultorum, id est, peccatorum infinitus est numerus. Quantum autem ipsum mendacium diabolo placeat, patet per historiam, quam refert Ambro. super Psalmū. Beati immaculati serm. 12. Ibi enim narrat, quod cum propheta Elias in carcere custodiretur, & durè tractaretur, apparuit illi diabolus dicens. Dic quod non à Domino locutus es, quæ dixisti, & omnium mentes in te mutabo, ut qui tibi indignantur, absolucionem conferant. At uero ille gratius, iudicauit pati pro ueritate supplicium, quam pro adulacione, & mendacio recipere beneficium. Hæc ille. Ecce quomodo mendacium diabolo placet, & ideo horrendum, & fugiendum est.

T E R T I O mendacium actori nocet, & hoc tripliciter, uidelicet temporaliter, spiritualiter, eternaliter. Primo

Primo quidem temporaliter. Homo enim mendax, tanquam suspectus de falsitate ab omnibus uitatur, nec facile inuenit, qui se credat ei, aut qui in eo confidat. Quod si mercator fuerit, non inuenit, qui de facili illi aliquid ad creditum mutuet, & sic communiter egestatem patitur. Qui ut dicit Isido, de summo bono lib. 2. cap. 30. mendaces faciunt; ut nec eis uera dicentibus credatur. Reddit enim sepe hominem multa falsitas, & mendositas etiam in ueritate suspectum. Secundò mendacium nocet homini spiritualiter, quia affert gratiam, & præsertim si fuerit mortale. Hinc Sap. 1. dicitur. Os quod mentitur, occidit animam, scilicet, auferendo ab ea uitam gratiæ. Tertiò mendacium nocet homini æternaliter, quia ipsum trahit cum mille démonibus ad infernum. Vnde Prove. 19. Falsus testis non erit impunitus, & qui loquitur mendacium, peribit. Item in Psal. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium, scilicet perniciosum. Ecce quantum nocet maledictum mendacium actori suo. Nocet etiam proximo, tam in fama, quam in bonis temporalibus. Sed de hoc hactenus. Bene ergo, & salubriter propter predicta nos admonet Apostolus dicens. Deponentes mendacium loquimini, &c. Ecce quomodo nos admonet id est Apostolus ad uitæ perfectionem ex parte oris.

I N S V P E R ad idem nos admonet dicens. Irascimini, & nolite peccare. Sed forsitan dices hanc admonitionem ad os non pertinere, sed potius ad cor, maximè cum ira sit ebullitio sanguinis iuxta cor secundum naturales. Dicendum, quod ira propriè habet sedem in corde. Nihilominus aliquando, & quidem sepe manifestatur in ore, ut paret de multis iracundis, qui sepe prorumpunt in iniuriis, opprobriis, & uerba contumeliosa. Nam sicut lapis durus percussus ferro statim emitit scintillas igneas, ita uirii iracundi, & qui nescient dominari suis passionibus, quamprimum percutiuntur ab aliis aliquo leui uerbo, aut facto, statim manifestant ignem ire interius latentes, reddentes bue pro basi ut dici solet, id est, iniuriam pro iniuria, iuxta illud Psalm. Tange montes, & fumigabunt. Cum tamen dicat Apostolus Rom. 12. nō uosmetipso defendentes charissimi, sed date locum ire. In proposito ergo Apostolus accipit ira secundo modo, prout manifestat in ore, & si ascendit à corde usq; ad os

Et ideo conuenienter in presenti epistola admonens nos ad uitæ perfectionem ex parteoris, addidit, Irascimini, & nolite peccare. Et potest esse sensus. Et si irascimini in cordibus uestris, nolite tamen peccare per os, manifestando iram & impatientiam uestram, quia hoc est grauare peccatum. Sed ira uestra ibi moriatur, ubi nascitur, scilicet, in corde refrenando linguam. Vel, aliter, irascimini, & nolite peccare. I. si insurgat primus motus ira in uestris, nolite consentire, & tunc non peccabitis, eò quod primi motus, non sunt in potestate nostra. Aut si peccatis, hoc erit ad maius solum uenialiter. Et ad hunc sensum intelligitur illud verbum eiusdem Apostoli 1. Cor. 10. Tentatio uos non apprehendat, nisi humana. Quia ita dicitur Mat. 5. Omnis, qui irascitur fratri suo, scilicet deliberato animo, & cum appetitu se uindicandi, reus erit iudicio, i. talis in iudicio diuinus, & condemnabitur, scilicet pro mortali peccato. Vel, scilicet. Irascimini, scilicet, ira per zelum, quæ est bona, licita, & sancta, qua sepe utuntur uiri sancti aduersus malos, & insolentes, etiam & Christus aduersus Iudeos, sicut patuit in electione uendidentium, & ementium de templo. I. o. 2. Item Mat. 11. & nolite peccare, scilicet indiscrètè irascendo, utpote, plurquam, aut minus, quam oportet, siue, quando non oportet, aut ubi non oportet. Extrema enim cuiuslibet uirtutis sunt uictiosa. Hinc Eccl. 7. dicitur: Noli esse nimis iustus. Non tamen contingit nimis diligere Deum. Quod si contingat aliquem aliquo motu inordinato irasci, summopere caueat, ne in tali motu perseueret, sed statim ipsum extinguat fervor charitatis ad proximum. Et hoc est, quod loquitur hic Apostolus, cum subdit. Sol non occidat super iracundiam uestram. Ac si aperte diceret. Nolite perseuerare in ira, & cholera uestra, usq; ad folis occasum, quia talis ira iam efficit mortalitatem. Et de tali ira loquitur scriptura Eccl. 7. dicens. ira in finu stulti, id est, peccatoris requiescit. i. diu manet. Vnde in aliquibus manet usque ad folis occasum, i. usque ad mortem inclusum, & tales indubie damnantur. Et qui sic uechementer irascuntur aduersus proximos, suos aperiunt uiam diabolo intrandi in animas suas, & quasi iam accipiendi pacificam possessionem de eis, quod tamen prohibet Apostolus, cum subdit dicens. Nolite locum dare diabolo, scilicet,

scilicet intra animas uestras, quia ipse est malus hospes, qui diripit omnem preciosam substantiam, quam inuenit in hospitio suo, iuxta illud. Thre. i. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius.

NO T A N D V M etiam, quod illi dant locum diabolo, qui applicant, & aperiunt sensus exteriores ad illicita, ut potè oculos, os, aures, & huiusmodi. Quia ut dicitur Hiere. 9. Mors. i. diabolus, uel peccatum intrat per fenestras, i. personas exteriores, & signanter per incautum aspectum, & hoc occasionabiliter in animas nostras. Et de hoc habemus historiam. Gen. 6. de filiis Dei, qui uidentes filias hominum, idololatrari, quod effeni pulchre, commixti sunt cum eis. Item. Genes. 33. Sichem uidens Dinam filiam Iacob rapuit eam ut opprimens uirginem. Item 2. Regum 11. David uidens Berabeem se lauantem, dormiuit cum ea. Item 2. Reg. 13. Amnon filius ipsius David uidens pulchritudinem fororis suæ Thamar in conclavi opprescit eam. Item Dan. 13. legitur, quod duo senes presbyteri, uidentes pudicam Susannam se lauantem in pomerio uiri sui, exarserunt in conspicientiam eius. Ecce ergo, quomodo diabolus ingreditur animas nostras per fenestras nostras, & signanter per incautum aspectum. Propter quod regius psalmus, postquam fuerat hoc expertus, orabat Dominum dicens. Auerte oculos meos, ne uideant uanitatem. Nolite ergo charifissimi locum dare Diabolo. Et sic patet de secundo principali.

TE R T I Ó principaliter. Apost. in præsenti epistola nos admonet ad uitæ rechitudinem in opere exteriori habendam, cum ait, Qui furabatur, iam non furetur. In quibus verbis, præcipit cessare à malo. Quod etiam præcepit sapiens. Eccl. 21. dicens. Fili peccasti, ne adjicias iterum, & de pristinis deprecare, supple, Dominum, ut illa tibi dimittat. Sed quia nō sufficit ad salutem, ut quis cesseret à malo, nisi etiam faciat bonum, ideo sequitur. Magis autem laboret operando manibus suis, quod bonum est, i. utilia operando, non taxilos, ut more multorum. Nec similiter bursulas, aut chirothecas, sine alia munuscula operando, more multarum monialium, quæ dant munuscula, idest, munera parua, ut recipient magna. Ut habeat, unde tribuat necessitatem patienti, id est,

debet, ueris pauperibus. Non ergo cognatis, & amicis, nisi & ipsi sint de numero pauperum.

NO T A N D V M ergo circa hunc textum, q[uod] homines debiti alicui arti honeste, debent libenter manibus laborare, & principiæ propter tria.

PRIMÒ propter uitandum ocium, quod est fomes, & nutrimentum omnium uitiorum, & signater carnalium. Vnde de uita de causis, quare habitatores Sodomæ, & Gomorrah ita turpiter peccauerunt, fuit occiositas eorum, ut patet Ezech. 16. Quia ut dicit Hiero. 3. parte epistolarum Iuazum, epistola 39. ad Rusticum monachum scribens. In defensionib[us], supp. carnalibus est omnis occiosus. Hinc Ouidius libro de remedij: Ocia si tollas, perire cupidinis arcus. Præterea Augustin. epistola 205. in laudem beati Hieron. dicit; quod ocium nullum sibi erat, sed semper, aut sacra lectionibus, aut scribendo, aut docendo se exercitabant.

SECUNDÒ homo debet manibus laborare propter uitandum tentationis diabolice periculum. Vnde Hieron. ubi supra. Fac aliquid boni operis semper, ut te semper diabolus inueniat occupatum. Vel fiscellam texe iuncto, uel canistrum lenti pleche niminiibus. Cum olerum iacta fuerint semina, uel plantæ per ordinem posita, aquæ ducentur irrigue, inserantur instructuose arbores. Apum fabricare aluearia. Texantur, & retia capiendis piscibus, scribantur & libri, u[er]o & manus operentur cibum, & animus letatione saturetur. Aegyptiorum monasteria hunc ordinem tenent, ut nullum abfcq[ue] laboris opere suscipiant, non tam propter uictus necessitatem, quam pp animæ salutem, ne sc̄ mens uageret perniciose cogitationibus. Hęc ille. Legitur etiam in uitis patrum quemdā sanctum senem dixisse, q[uod] qui se occupat alicui honesto exercitio, habet unicū démonem eum tentantem. Qui autem ocio uacat, habet duos.

TERTIÒ homo debet, manibus libenter laborare, tum ut prouideat propria necessitat[i], & familiæ suæ, tum ut habeat, unde subueniat, necessitati pauperum. De primo dicit Poeta moralis Cato. Pro lucro tibi pone diem, quicunque laboras. De secundo loquitur Apostolus in fine præsenti epistola, ut iam patuit. Item de

Dominica x i x. post Trinit.

duobus simul loquitur idem Apostolus Act. 20. dicens. Ipsi scitis, quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui me cū sunt, ministraverunt manus iste. Taliter ergo charissimi laboremus in præsenti, ut post hanc ad æter. am. perueniremus. Præstante Domino Nostro Iesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu sancto uiuit, & regnat. Amen.

Dominica decimanona post Trinitatem, Sermo secundus de Euangelio.



ON FIDE fili, remittuntur tibi peccata tua, Matth. 9. Pro introductione præsentis sermonis mouetur quæstio talis.

VTRVM Christus secundum q̄ hō habuerit potestatem remittendi peccata in tertis? Pro solutione huius questionis supponendum est, quod triplex est potestas remittendi peccata, ut trahitur ex dictis beati Thomæ. 3. parte q. 64. arti. 3. widelicet auctoritatis, excellentiæ, ministerii. Hoc igitur supposito ponatur aliqua ueritas.

PRIMA igitur ueritas. Potestas primaria, & auctoritativa peccata remittendi soli Deo conuenit, & per consequens non conuenit Christo, nisi secundum quod Deus. Hæc ueritas probatur tripliciter, scilicet.

Autoritate, Ratione, Similitudine.

PRIMÒ quidem auctoritate Esaïæ. 43. Ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me. Non ergo, tuppel propter merita tua, sed sola dignatione misericordia mea, hoc beneficium maximum tibi confero, & ut me amodo honores, fideliterque seruias. Non desperet ergo pauper peccator de Dei misericordia, sed audacter clamet cum Psalm. ad patrem misericordiarum, & dicat. Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Nec quidem unam tantu, sed omnes iniquitates meas dele. Nec quidem te excusare potes, q̄ hoc non possis, aut non uelis, quin tuipse per prophetam tuum Esaiam olim dixisti. Ego sum, qui deleo iniquitates tuas. Dicit etiam Ambro. & recitat de pœdi. i. uerbum, quod uerbum Dei dimittit peccata, ubi glo. uerbum. i. filius Dei, qui est uerbum patris

Si-

Sermo i. de Epist.

274

SECVNDÒ probatur prædicta ueritas triplici ratione. Prima est talis. Ille solus potest auctoritate propria peccata remittere, qui solus potest Spiritum Sanctum, per quem fit pecatorum remissio, dare. Item, qui solus potest animam peccatricem iustificare, & à morte culpe uiuiscare. Sed hæc omnia potest solus Deus facere. Igitur. Secunda ratio est talis. Culpa mortal is est infinitæ grauitatis ex parte obiecti, siue boni offensi, qd est Deus, qui est simpliciter infinitus. Ergo solus potest principaliter, & auctoritatè remitti ab eo, qui est infinitè uirtutis. Sed solus Deus est huiusmodi. Igitur. Tertia ratio est talis. In illo possumus spem ponere, qui potest peccata nostra remittere. Sed non licet ponere spem nostram in quacunque creatura, sed licet tantu in Deo. Et quidem quantum ad primum. Hiære. 17. dicitur. Maledictus homo, qui confidit in homine, & qui ponit carnem brachium suum. i. qui ponit spem suam in potentia humana, Quantum uero ad secundum subditur, ubi svpra. Benedictus homo, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia cordis illius. Igitur.

TERTIÒ probatur prædicta ueritas tali similitudine. Pro crimine enim læse maiestatis fit tatum recursus ad principem ad obtainendum illius remissionem, & qui etiam hæc auctoritatem sibi reseruauit. Cum ergo per quodlibet mortale peccatum incurrat homo crimen læse maiestatis, non restat aliud remedium ad obtainendum illius remissionem, nisi quod recurrat ad omnipotētēm Deū, qui solus hoc potest, & qui sibi soli hanc auctoritatem reseruauit. Proter quod legitur Mar. 2. item Luc. 5. quod cum Iudei audirent Christum dicentem paraliticum. Remittuntur tibi peccata tua, dixerunt. Hic blasphemat. Quis enim potest peccata dimittere, nisi solus Deus? Hi enim, ersi blasphemauerint, dicentes Christum bl. sphe nare, in hoc tamen uerè locuti sunt, quod dixerūt ad eolum Deum pertinere peccata remittere. Nec de hoc reprehendit eos Christus, sed tantum de primo. Et sic patet probata ueritas tripliciter probata.

SECVNDÀ ueritas. Potestas ministerialis remittendi peccata remota conuenit omnibus, & solis sacerdotibus. Propinquia autem tantum conuenit sacerdotibus iurisdictio nem habentibus; Prima pars huius ueritatis patet per communem opinionem theologorū dicentium, cūdem est chara-

M m z Ètēs,

Etere, & eadem esse potestatem sacerdotalē, quę respicit cor
pus Christi, uerum, & mysticum. Vnde & in ordinatione sa
cerdotum dicit episcopus illi, quem ordinat. Accipe Spiritū San
ctum, quorum remiscriunt peccata, remittentur ei, & quo
rum retinueris, retenta erunt. Secunda pars huius ueritatis,
quę dicit, quod solis sacerdotibus cōpetit potestas misericordia
remittendi peccata, patet ex communi traditione theolo
gorum dicentium, quod potestas spiritualis in foro interio
ri supra corpus Christi mystici presupponit necessarię po
testam supra corpus eius uerum, & naturale. Notanter autē
additū est in foro interiori, quia aliqua potestas spiritualis
in foro exteriori potest cōmunicari non presbytero. Da ex
emplum de archidiacono non presbytero. Similiter de offi
ciali uxorato, scut uidi in ecclēsia cathedrali Camer
ensi. Et quamvis laicus in missa dicendo sacerdoti. Mis
teratur tui omnipotens Deus, & dimittat tibi omnia peccata
tua, uideatur absoluere ipsum sacerdotem, nihilominus à
parte ipsum non absoluī, quia nec uituit forma absolutori
us, quę est talis. Ego te absoluō. Sed prædicta absolutio, si
tamen absolutio generaliter dici debeat, est præcisē depre
catiua, siue optatiua, ut pater ex natura, & forma uerborum.
Tertia pars prædicta ueritatis, quę dicit, quod potestas pro
pinqua ministerialis remittendi peccata tantum conuenit sa
cerdotibus iurisdictionem habentibus, siue magis pro
priè loquendo usum, & executionem, siue potestatem haben
tibus, patet sic. Quia ipso factō datur alicui sacerdoti pot
estas propinqua remittendi peccata per hoc, quod aſsignatur
illi materia, in quam agat, scilicet, populus subditus illi. Vn
de huiusmodi potestas est generalior in aliisque, quā in illis,
secundum maiorem, vel minorē populū subditum. Nā in summo pontifice reperitur uniuersaliter secundum to
tam suam latitudinem, & ambitum hęc potestas, & hoc ex
ordinatione Christi, qui dixit Petro, & in eo omnibus suis
successoribus. Pascē oves meas, pascē agnos meos. Iohā 46.
Vbi nullā exceptionē fecit. Deinde deriuatur specialiter ad
maiores ecclesię prelatos, ut sunt episcopi. Postremo particu
lariter, & limitatius ad curatos, qui uocantur in partem soli
citudinis. Sic cuim vult ordo Hierarchicus ecclesię. Sed quid
operat homini ministerialis potestas circa peccatorum remi
ssionem?

Certè multū operatur. Concurrit n. instrumentaliter, & dispositiū, ad hoc q̄ confitens, nisi forsitan obici
em, fiat uirtute absolutionis de attrito contritus, & de con
trito magis contritus, ita vt qui iustus est, iustificetur adhuc.
Item ut qui iam haberet gratiam, recipiat ampliorem, & hu
iūmodi. Et sic patet de secunda ueritate.

T E R T I A ueritas. Potestas remittendi peccata cōpetit
Christo homini excellenter. S. infra potestatem diuinā, & su
pratamen sacerdotalem, de quibus iam dicti est. Pro quo
notandum, q̄ priusq̄ filius dei descendet in hunc mundū
carnem assumendo, potestas remittendi peccata in celo resi
debat. In solo Deo, ibi tenente sedē suā, iuxta illud Psalm.
dōs in celo parauit sedem suam. Sed tandem filio descendē
te in hunc mundū simul cū eo descendit p̄dicta potestas, et
plenariè ex parte sua diuinitas, q̄ uana est æqualis Deo,
patri, delegatiū aut ēm̄ homo. Et de isto legato dī Abdie
vnico capitulo. Auditū audiuimus à dño, legatū misit ad ḡ
res. De quo quidem legato, quasi gratias agentes Deo patri
merito possumus singillatim dicere illud psalmi. Misit de cę
lo, sup. Deus pater filium suū in virginis uterū, & liberavit
me. de potestate Diaboli, & inferni, dedit in opprobrium
concultantes me. s. Dēmones, iuxta illud Io. 12. Nunc prin
ceps mundi hujus ejecitur foras. Misit, inquit, Deus, supple
pater, miā suā, & ueritatem suā. I. filium suū misericordia
in operibus, & veracē in promissionibus. In cuius iocu
do aduēt animā meā eripuit de medio catulorū leonū, i.
de potestate non solum maiorū dēmonū, uerum et minorū.
Ecce quantū nobis profuit aduētus huius magni legati in
hunc mundū. Sed quam, aut quā potestatem excellēti ha
buit iste legatus Christus circa peccatorū remissiōnē? Certè
magñā, atque multiplicē. Primo quidē in hoc, q̄ potuit cōfer
re rem sacramenti absq̄ facio: hoc autē ceteri sacerdotes ne
q̄unt facere. Præctica, q̄uo remisit peccata Magdalena absq̄
confessione, dicens illi. Remisisti tibi peccata. Luc. 8. Idēm
dicit de muliere adultera. Io. 8. Idem de Paulo. Idem de Petros,
postquā Christum negauit. Nā ut dicit Ambr. super Lucam:
lib. 10. bene legitur, q̄ ipse Petrus fleauerit, sed non legitur, q̄
confessus fuerit, forsitan enim Christus remisit sibi ex abun
danti plenitudine, suę potestatis peccatorū trinę negationis,

Dominica x i. x. post Trinit.

absque sacramento cōfessionis, ut aperte insinuaret, se habeat prae dictam potestarem.

S E C V N D Ó potestas excellentia, quam habuit legatus Dei patris Christi circa peccatorum remissionem, consistit in hoc, quod nulli peccatum remittitur per applicatio nem cuiuscunque sacramenti, nisi in uirtute meriti, sive dignissime, & efficacissime passionis, quae in sacramentorum applicatione operatur occulte. Tertiò prae dicta potestas cōsistit in hoc, quod poterat absoluere peccatores, à culpa, & pena. Vnde communis traditio doctorum est, qd ipse nunq remisit alicui culpam, cui non remiserit penam totam, quia totum hoīem sanum fecit in sabbatho. In cuius etiam rei gnum, cum absoluit, adulteram, nullam penitentiam illi i nposuit, sed tantum, ne recidivaret, præcepit, dicens Iо 8. Vade, & noli amplius peccare. Similiter etiam dixit Paralyticu ab eo curato. Iоha. 5. Hæc autem potestas, nulli alteri communicata est. Quamvis enim interdum summi Pontifices pro causa pia possint, & de facto conferant plenariam remissionem à culpa, & pena, non tamen propriè remittunt penam, sicut neque possunt saltem totaliter, sed tantum ea commutant in opus pietatis, ut pote, sub hac forma dicentes. Quicunque fecerit hoc, uel illud, habebit plenam indulgentiam. Secus autem de Christo, qui quoties in praesenti usus est potestate, sive legationis, non legitur fecisse talem communionem, sed plenariè remisit culpam, & penam. Sicut hodie legitur fecisse circa quendam paralyticum sibi oblatum, cui ut in Themate præmissum est, dixit. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

In praesenti ergo Euangeliō, de tribus principaliter, sit mentio, uidelicet.

De Christi transfretatione,
De paralytici curatione,
De scribarum blasphematione.

P R I M Ó igitur sit mentio de Christi transfretatione, cū dicitur, Ascendens Iesus in nauiculam transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Possumus autem hoc exponere tribus modis, uidelicet.

Literaliter, Mora liter, Allegoricaliter.

P R I M Ó quidem quantum ad sensum literalem, seu hi storicum

Sermo II. de Euang.

276

storicum, sciendum, quod hæc ciuitas, ad quam legitur venis se Christus, & qui dī sua, non est Nazareth, in qua fuit conceptus, & pro magna parte temporis nutritus, sed est Capharnaum, ut dī exp̄s̄. Mar. 1. Et dicitur Capharnaum ciuitas Domini, eo qd est Metropolis, sive principalis ciuitas, Galilæ, cuius Nazareth est unum, de oppidis. Et ideo dicit ciuitas Christi, sicut Parisius dicitur ciuitas aliuus nati in aliquo oppido prop̄ Parisius. Vel secundum alias Capharnaum dī ciuitas Domini, eo qd frequenter in ea prædicauerit, atque in principio sua predicationis multa miracula ibi fecerit. Ecce igitur quid per ciuitatem Domini intelligatur. ò verbum certè omni admiratione dignum; vt is, qui fecit celum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt. Item, ciuius est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & universi qd habitant in eo, voluerit speciem ciuitatem habere, & ad eam in naui uenire. Vnde Chrysost. in Homilia hodierna. Creator, inquit, orbis terrarum, postquam se propter nos nostra angustiavit in carne, cepit habere humanam patriam, cępit Iudaicæ ciuitatis esse ciuis, parentes habere cępit parentum omnium ipse parens, ut inuitaret amor, attraheret charitas, uiuenter affectio, suaderet humanitas, quos fugarat do minatio, &c. Et sic patet, de primo sensu.

S E C V N D Ó Conuenit hanc clausulam moraliter exponere.

Pro quo notandum, qd per Nauem in proposito intelligitur priam, in quā debemus ascendere, cā assumendo. Item debemus transiretare huius freti, i. seculi tentationes, & pericula, ea fortiter, & patienter tolerādo, & si perueniemus ad ciuitatem nostram, i. in celum, quia ut dicit Apost. Non habemus hic ciuitatem permanentem, sed futurā ingrimus.

C I R C A hoc ergo notandum, qd propter tria, nauis designat penitentiam, videlicet.

Propter figuram,
Propter necessitatem,
Propter tempestatem.

P R I M Ó igitur propter figuram. Nauis enim est stricta in principio, & fine, larga autem, & spaciofa in medio. Sic etiam penitentia est ualde stricta in principio conuensis, id est, difficulter propter habitationem in malo. Diffi-

cilè enim est assueta relinquere. Nam multi inueniunt eam adeo strictam, qd dicunt se non posse intrare in eam. Da exemplum de illis gulosis, qui dicunt se non posse ieiunare. Alij se excusant super datione elemosynæ. Alij super peregrinatione, & huiusmodi, hinc salvator. Matt. 7. bene ad propositum loquitur dicens. Arcta est via, quia dicit ad uitam sup. aeternam & pauci inueniunt eam, quia, scilicet nō querunt ea sollicitè, nec de ea mustum curant. Similiter penitentia est difficilis in fine, id est, in extremitate uitæ, & præsertim quo ad eos, qui usque tunc distulerunt conuenti ad dominum. Vnde Hierem. 13. Si mutare potest Achiops pellem suam, & pardus varietates suas, sic & uos potemus benefacere, cum didiceritis malum. Item August. & recit. de pen. distin. 7. nullus Timendum, inquit, est ei de penitentia fero, quem morbus urget, & pena terret, ad veram enim uitæ veniet satisfactionem, maximè cum filij, quos ille dilexit ante, sint præsentes, uxor, & mundus. Et breuiter ut ibi subditur, multos soles serotina penitentia decipere. Ecce quām stricta, & arcta est nauis penitentia in principio, & finē. Nihilominus in medio est fatis lata, & spaciofa, & hoc quo ad habituatos in ea. Nam tales eam facilem, & delectabilem inueniunt. Da exemplum de habituatis ad sapè confitendum, siue ad ieiunandum, aut orandum, & huiusmodi. Vnde Berū. ad Eugenium, de periculo occupationis. Primi, inquit, importanter tibi uidetur ingum Domini. Sed processu temporis si assuescas, iudicabis non adeo graue, paulo post, & leue ipsum senties. Paulo post nec senties. Paulo post etiam delectabit. Hæc ille.

S E C U N D ò nauis designat penitentiam propter needitatem. Qui enim uult ire de Normania in Angliam, necessariò indiget nauis, ita qui uult transire de hoc mundo in celum, si prius actualiter peccauit, indiget nauis penitentia. Propter quod Hier. super Dañ. vocat eam secundam tabulam post naufragium. Et istud recitat de penitentia. 1. secunda. Vbi dicit glo. quid primâ tabula, seu nauis, qua navigatur in celum, est baptismus, siue innocencia baptismalis. Qua fracta per peccatum actualē, non restat aliud remedium, quām penitentia, quæ est sicut scapha, id est, parua nauis, qua in naufragio periculum vitatur.

Quia

Quia ut dicitur Sapie. 13. Exiguo ligno credunt, id est, confidenter constitutus homines animas suas, & transfūtes mare per rātem liberati sunt. Ecce quām necessaria est nauis penitentia ad naufragium per mare huius mundi versus celum. Propter quod Matth. 4. dicit Christus. Penitentiam agite, appropiabiles enim regnum celorum. Et p op̄ situm. Luc. 13. loquitur dicens. Nisi penitentiam habueritis, omnes peribitis.

T E R T I ò nauis designat penitentiam propter tempestatem. Nam sicut nauis in medio maris sita patitur frequenter multas agitations à uentis eam hincinde impellentibus, ita ut quandoque submergatur, & pereat, ita & qui uolunt dignam agere penitentiam, & se ad Deum conuerte re, patiuntur varias agitations, tam à mundo, quam à diabolō. Quia ut habetur. 2. Ti. 3. Omnes qui piè uolunt uiue re, i. religiosè, & iustè cursum uitæ huius peragere, ī Christo, id est, ad similitudinē Christi, qui uenit pati, persecutionē patienti, tribulationes, & aduersitates. hinc ps. ait. Multæ tribulationes iustorum, & Eccl. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei, sita in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Dr̄ etiam Act. 14. quid per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Itē igitur sunt tempestates, quæ aduersant nauis penitentia, etiam adeo ualide, qd nisi firmiter homo cum Dei adiutorio illis resistiter, statim subuertent eū, & submergent, facientes eum cadere in peccatum impietatis, aut delperationis. Et sic patet de expositione moralis nauis, in quam ascendit Christus.

T E R T I ò allegoricè per nauē ecclesia intelligitur. In hanc itaque nauē ascendit Iesus, quando assumendo humanam naturam constituit se caput, & rectorem illius. Tūt ē transfecit, quandoquidem per 34. annos huius maris. I. huius mundi, tentationes, & pericula sustinuit. Et tunc uenit demum in suam ciuitatem, qnq̄uidem resurgendo à mortuis, & ad celum ascendendo peruenit ad patriam cœlestem, quæ est patria claritatis aeternæ.

N O T A N D V M est ergo, qd sacro sancta mater ecclesia cōgruē comparat nauis, & hoc præcipue propter quatuor proprietates ipsius nauis. Ipsa nempe.

Auctor obtemperat.

Divitias.

Diuitias congregat.

A periculis liberat.

Pericula tolerat.

PRIMÒ igitur nauis rectori illius obtemperat, & obedit. Nam bonus, & peritus nauta dicit nauem suam, quod vult, nec nauis illi in aliquo contradicit. Vnde Iaco. 3. Ecce naues, cum magnè sint, & à uentis ualidis minentur, circumferunt à modo co gubernaculo, ubi impetus dirigentis uoluerit. Similiter rectores Ecclesiæ, cuiusmodi sunt prælati, prædicatores, & principes terreni, dicunt nauem Ecclesiæ, quod volunt. Et ideo Christi fideles debent feruenter rogare Dominum, ut prouideat Ecclesiæ sua de bonis pastoribus, prædicatoribus, atq; principibus. Quoniā si tales fuerint boni, & virtuosi, de facili trahent nauem, idest, Ecclesiam, sive fideles sibi subditos post se ad portum salutis æternæ. Quod si mali fuerint, tunc certè, quantū in eis est, trahunt eos secū in abyssum inferni. Quia vt dicit Greg. in suo pastore, in principio. Cum pastor per abrupta graditur, restat, t grex in præcipitiū ducatur. Et ideo simplicibus Christianis potest dici de bonis rectoribus illud Act. 27. Nisi in naui manferitis, vos non potestis salvi fieri, idest, uia poteritis salvari, nisi per bonos prælatos, & bonos principes. Notandum est autem circa hoc, q̄ propter peccata populi dantur aliquando à Deo prælati, & principes mali, secundum illud Iob. 24. Propter peccata populi regnare facit Dominus hominem hypocritam Vnde Hiero. & recitat in decreto. 8. quæst. 1. audacter. Nō semper, inquit, princeps populo, & iudex Ecclesiæ, per Dei arbitrium datur, sed prout merita nostra depositunt. Deinde subdit post pauca, probans dictum. Audi, inquit, quid Dominus dicit, supp. Osee. 8. Fecerunt sibi regem, & non per me, principem, & non per consilium meum. Et hoc, inquit, Hiero. uidetur ad literam dictum de illo Saulo, qui eō quod non secundum Dei uoluntatem, sed secundum populi peccatoris meritum fuerat electus, negat eum Dominus cum sua uoluntate, uel consilio o constitutum. Hæc ibi. Patet ergo, quod Dominus dat aliquando malum principem ad puniendum populi nequitiam. Idem etiam interdum facit de malis prælati. Da exemplum de Ario. Item de multis alijs prælati hæreticis, qui per suam hæreticam prauitatem mulros tra-

terunt

xerunt ad perditionem. Et sic patet de primo.

SECUNDÒ nauis diuitias congregat. Multi enim mercatores facti sunt diuites propter merces speciosas, & preciosas species aromaticas, quas cum nauibus attulerit, tam de Alexandria, quam de alijs regionibus. Et de hoc habemus historiam de Salomon, de quo legitur. 2. Paral. 9. quod serui eius nauigabat in Ophir, quæ erat regio opulètissima, & inde reuertebantur cum nauibus suis oneratis auro, & gemmis preciosis. Ita in proposito medio nauis Ecclesiæ ditantur multi. Quorum quida tenentes rectam fidem Ecclesiæ cōparant sibi regnū cœlestē per opera misericordiæ. Alij per opera penitentiæ. Alij per opera obedientiæ. Alij sola bona voluntate bene agendi. De operibus misericordiæ habemus exemplū in Zacheo, qui dimidium bon orum suorum dedit pauperibus Luc. 19. De operibus penitentiæ habemus exemplū in Maria Magdalena. Itē in Maria Aegyptiaca. De operibus obedientiæ habemus exemplū in Isaac. De bona uoluntate habemus exemplū Luc. 21. de quadam panpercula uidua, quæ obtulit duos obolos in templo, de qua dixit Christus, q̄ plus obtulerat, quam multi diuitiae, & hoc propter bonam eius uoluntatem. Ecce quomodo natus Ecclesiæ dicit Christi fideles.

TERTIÒ nauis à periculis liberat. Quia ut habetur Sap. 14. transuentis mare per ratem, idest, per nauem liberati sunt, sup. à periculo submersiōnis. Peritus enim nauta habet bonam nauem, & bonum ventum, de facili euadit pericula maris, & peruenit ad portū, quod tendit. Modò in proposito nauis est Christus, & quilibet bonus prælatus, bonus uentus est Spiritus Sanctus, nauis autem est Ecclesia. Qui ergo in mari huīus mundi habet hæc tria, indubie à periculo submersiōnis infernalis liberabitur. Oportet ergo in primis, q̄ adhæreat nautæ, idest, Christo per amorem. Item q̄ habeat bonum uentum, idest, presentiā Spiritus Sancti per gratiā. Insuper, q̄ maneat infra nauem Ecclesiæ, per rectam fidem. Hæc igitur sunt tria remedia euadendi periculū æternæ damnationis.

QUARTÒ nauis pericula tolerat, & presertim si fuerit fortis, & bene munita. Pro quo notandum, quod sunt multa pericula in mari, quæ etiā sepe faciūt nauem periclitari, iuxta illud Eccl. 14. Qui nauigant mare, enarrant pericula eius. Vult enim Deus mittere timorem super eos, qui sunt in mari.

mari, ut cogantur clamare ad eum pro auxilio, quatenus si ab eo liberati periculis excitantur ad eum laudandum, amandum, & timendum. Vnde Matt. 14. legitur, quod nauicula, in qua erant discipuli Christi iactabatur fluctibus in medio mari. Quod uidentes, qui intra erant, clamauerunt ad Dm. Et mox co imperante uentis, & mari, cessauit tempesta. Sic que peruererunt ad portum.

N O T A N D V M ergo, quod sunt quatuor præcipua pericula in mari, quæ significant quatuor uirtutem, quæ faciunt sepe animas existentes in mari huius mundi pericitari, & in infernum demergi.

P R I M U M igitur periculum sunt montes cornuti, sive faxa ingentia, sub aqua latenter, ad quæ naues, quantumcumque parvæ elise, statim franguntur, & submerguntur. Et istud periculum significat peccatum superbie, quæ ideo est cornuta, quia multi superbiunt de cornibus suis, ut sunt mali Principes, & in officio publico constituti, cum tamen omnes tales deberet potius inde humiliari considerantes, q[uod] quanto plus cresceret rōnes donoru[m], vt dicit Greg. hom. 9. Debet et atēde re, q[uod] uelint, nolint, saltē per mortem destituerūt suis dignitatibus, seu officijs, & tunc erūt, valde parui socii. Et hoc est, quod loquitur dñs per Ps. dicens. Peccatorum confringā corua. Et Lu. 18. Omnis, qui se exaltat, s[ecundu]s inaniter superbendo, sive ratione officij, sive beneficij, humiliabitur.

S E C U N D U M periculum maris est continuus motus ilius, atq[ue] continuae innundationes fluctuum. Per quorū quidē fluctuum elevationē, & depressionē multæ naues pericitantur, periculum designat peccatum auaritiae. Nā more prædictorum rum fluctuum maris auari currunt, & discurrunt, tam per mare, q[uod] per terram ad nundinas, & mercata pro rebus terrenis per fas, uel nephias acquirendis. Propter q[uod] de diuitiis avaro dicitur Ecclef. 2. Cuncti dies eius doloribus, & erūnis plenis sunt, neq[ue] per noctē mēte requiescit. Et hoc nōne uanitas est? Ipsi ergo auari laborant, quidem corpore per diem, & spiritu, sive phantasia per noctem, somniando de diuitijs, & huiusmodi.

T E R T I U M periculum maris est Charibdis, ubi est aqua uortu[m] q[ui]no[n]f[er]at, quæ vocatur olla, quæ violentissime ad se trahit, & absorbet, atq[ue] in ollam sui ventris demergit naues.

Et istud

Et istud periculum significat peccatum gulae, quæ ad se trahit multititudinem ciborum, & potuum. Vnde de homine gulosi dicitur Eccl. 6. Omnis labor hominis in ore eius, sed auctia eius non implebitur bonis. Hec est igitur illa Caribdis, quæ semper dicit affer, affer. Proverb. 30. Vnde Ambr. li. de Helia, & ieiunio. c. 8. Male, inquit, seruitur gula, quæ semper expetit, & nunquā expletur. Quid enim insatiabilius uentre? Hodie suscipit, & cras exigit. Hec ille.

Q U A R T U M periculum maris est Sirena, quæ dicuntur esse monstra uultum muliebre habentia, quæ dulcedine sui cantus attrahunt naues, & faciunt eas periclitari. Et istud periculum significat peccatum luxuriae. Luxuriosi enim uenerosæ dulcedine muliebris affatus, aspectus, & contactus de facili allicitunt ad inhonestam, & tandem in infernum demergunt, quia sicut dicitur Heb. 13. Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus i. eternaliter condemnabit, ut dicit gloriosus. Et ut habeatur Apoc. 2. 1. Pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure. Haec igitur sunt quatuor pericula maris huius mundi, per quæ multi pericitantur eternaliter, quæ sunt, superbia, auaritia, gula, luxuria. Et sic patet de prolixa explicatione allegoricali primæ partis præsentis euangelii.

S E C U N D O principaliiter in præsenti euangelio fit mentio de cuiusdam paralyticu[m] curatione cum subditur. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Videns autem Iesus fidem illorum dixit paralyticu[m]. Confide fili, remittunt tibi peccata tua. In hoc autem uerbo innuit Christus se Deum esse, ut dicit gloriosus, quia solius Dei est peccata authorita[re] dimittere, ut dictum est in deductione questionis in principio huius sermonis habita. Et nota, quod Christus in curatione huius paralyticu[m] se habuit ad modum boni medici, qui primò auferat causam morbi ab ægrototo, deinde intendit curationi illius. Sic, & ipse Christus circa paralyticum, primò removit peccatum illius, tanquam causam suæ ægredie, deinde ipsum curauit.

P[ro]prio quo notandum, quod infirmitates corporales infi- guntur hominibus à Deo multiplici de causa. Primò quidem ad gloriæ ipsius manifestationem, sicut patet Iohann. 10. de cœco nato, de quo dixit Christus discipulis suis. Neque hic peccauit, neque parentes, &c. sed ut manifestentur opere Dei

Oppositorum autem ipse Christus tunc dicet cuilibet reprobis. Surge, tollé grabatum tuum, ut pries, & uade in domum tuam, id est, in infernum, cum mille dæmonibus. O quam terribilis, & stupenda erit haec vox in antibus reproborum? Studeamus ergo charissimi taliter uiuere in præsenti, ut tunc possimus ire in domum domini, & dicere illud Psalm. Letatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum domini ibimus.

MORALITER. Paralyticus est quilibet peccator, ut dictum est, cui dicit Christus. Surge, à peccatis cessando, & ad gratiam te præparando, siue accedendo. Psal. Surge, supp. à peccato, postquam sederitis, id est, in eo maneferitis, qui manducatis panem doloris, id est, qui desideratis agere ueram penitentiam. Sequitur. Tolle grabatum tuum, portando pondus penitentiae pro commissis peccatis, & ambula per viam bone operationis, quæ dicit in Hierusalem cœlestem. Ad quam nos perducat, qui in Trinitate perfecta uuit, & regnat. Amen.

Dominica vigesima post Trinitatem, Sermo primus
de Epistola.

IDETE, quomodo cautè ambuletis; ad Ephes. Dominus Deus posuit nos in præsenti seculo, non quidem, ut quiscamus, quia locus, in quo quiescendum est, & paulandum, est ipsum cœlum, sed ut ambulemus in via domini. Sed quia difficile est per eam ambare, & non errare declinando ad dexteram, aut ad sinistram propter occasiones malorum, quæ sunt in hac misera uita, ideo magna cautela circa hoc adhibenda est. Propter quod Apostolus nos utiliter admetet dicens. Videte, quomodo cautè ambuletis. Vbi etiam aduertendum, quod hominum in terra degentium multiplex est differentia. Primi sunt, qui nihil uident, & qui sunt, quasi cœci, cuiusmodi sunt illi, qui nescient ignorare, quæ sunt agenda, & quæ cauenda. Et tales periculosè uiunt, quia eorum ignorantia ipsos non excusat, cum sit crassa, & supina. Secundi sunt, qui uident quidem, quid sit agendum, & quid fugiendum, quid bonum, &

quid

quid malum, sed non propter ea illud faciunt, aut illud euident. Ettales grauius peccant, quam primi, quia ut habetur Luc. 10. Seruus sciens uoluntatem domini sui, & non facies, plagiis uulnerabis multis. Item ut habetur. 2. Petri. 2. Melius est viam ueritatis non agnoscere, quam post, &c. Tertiis sunt, qui uident quid agendum, & quid faciendū, insuper, & illud faciunt, sed interdum minus discreter, ed quod non habent sati sacrificio suo, sat, in quaum discretionis, cum tamē di-
cti dominis Leuit. 12. Quicquid obruleris sacrificij, sale co-
des. Et March. 9. Omnis uictima, inquit, dominus, sal, salie-
tur. De prædictis ergo loquitur Apostol. ad Rom. 10. dicens.
Aemulationem quidem Dei habent, sed non secundum scien-
tiam. Proprio quod tales frequenter excedunt in operibus
suis, cum taipen credant bene agere. Bene ergo, & salutari,
terre opemati uolentes admonet Apostol. in principio præ-
dicti Epistolas, dicens. Fratres uidete, quomodo caure, id-
est, discreter, & prudenter ambuletis.

In hac ergo Epistola Apostolus hortatur nos summarie ad eos, uidecet, ad præsætationem boni, & ad fugam ma-
li. Hæ enim sunt duæ partes iustitiae, de quibus Psal. ait. De-
cina à malo, & fac bonum. In speciali autem hortatur
nos ad hec uidelicet, ad:

Discretam ambulationem.

Temporis redemptionem.

Divina voluntatis contemplationem.

Ebrietatis uitationem.

Spiritus sancti impletionem.

Debetam orationem.

Gratiarum actionem.

Profundam humiliationem.

FATIMUS igitur Paulus Apostolus Iesu Christi hortatur nos in principio Epistole ad discretè ambulandum, cum ait. Vide fratres, quomodo cautè ambuletis, id est, quo mode rame, ut dicit glo. interl. Solet enim pater, cum mittit filium suum ad longinquas partes, cum præmonere, ut cum fuorit in uia, ambulet cautè, scilicet, uitando malas socie-
tates, ed quod posset ab eis multa mala pati. Sic enim in-
struebat ille Paganus Cato filium suum, cum dicebat. Cum bonis ambula. Sic, & Apostolus considerans, quod sumus in

Ser. Do. G. Pep. Pars Aestiu,

N n uia

tua constituti, ut possimus ire in celum, ubi est patria eorum, nos admonet cautè ambulare, scilicet, ut iando mas societas, quia sicut mala societas facit homines suspen di in praesenti, ut vulgo dicitur, & in futuro facit eos suspendi in patibulo inferni, quod est multo periculosius.

N O T A N D V M ergo, quod debemus ambulare cum summa cautela, & hoc propter multa. Primo quidem propter uia obsecuritatem, qua de facili potest esse occasio ca dendi in peccatum, & tandem in infernum. Secundo propter uia lubricitatem. Nam sicut ambulans super terram congelaram potest faciliter labi, ita & quicunque ambulat per viam huius seculi, potest faciliter labi in peccatum, & hoc propter infinitas occasiones male agendi, qua habentur in praesenti. Vnde de istis duobus simili loquens psalm ait. Fiat uia illorum tenebra, & lubricum, & Angelus domini, id est, diabolus, persequens eos, ut impellat, & deiciat eos in his tenebris, & lubrico, & pertrahat ad infernum. Nam ibi, ceciderunt, qui operantur iniuriam expulsi sunt, scilicet, de hoc mundo per ipsum diabolum, nec potuerunt stare, id est, illi resistere remanendo semper hoc mundo, sicut bene uoluisserint. Tertio propter laqueorum multiplicitudinem, id est, tentationum varietatem. Eccles. nono. In medio laqueorum ingredieris. Item psalm. Laqueum parauerunt pedibus meis, & incurauerunt animam meam. Hoc dicit propter eos, qui succumbunt tentationi. Nota de Beato Antonio, qui uidit in spiritu mundum laqueis plenum. Quartò propter latrosum, id est, dæmonum iuſidationem. In praesenti nempe uita sumus quasi in uia. Demones autem quasi larrunculi iter nostrum, & viam obsident. Hoc autem innuit dominus Luce. decimo, ubi parabolice loquitur, dicens, Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hierico, qui incidit in latrones, qui etiam dispoli uerunt eum, & plagi impositis abiecti semiuiuo relicto. Ecce quid operantur demones nobis insidiantes. Vnde etiam Psalm. ait de demone homini insidiante, & presertim in mortis articulo. Insidiatur (inquit) quasi leo in spelunca sua, insidiatur, ut rapiat pauperem, id est, hominem peccatorem. Propter ergo ista quatuor debemus cautè ambulare, & non quasi insipientes, inquit, Apostolus, qui scilicet,

defuturis nihil cogitant, nec praesentia debite ordinant, scilicet, quasi sapientes, qui prudenter considerant debitum finem, & debita media pertinendi ad ipsum. Nam sapientis est considerare finem, & omnia ad ipsum debitè ordinare.

M O R A L I T E R si uolumus cautè ambulare spiritualiter, debemus tenere illum modum, qualem tenere solent, qui ambulant cautè corporaliter. Tales nempe ambulat his modis. Primo quidem clara luce, ne de nocte offendant ad lapidem pedes suos. Secundo cum bona societate, quantum illis est possibile, & hoc propter uitandum periculum. Tertiò sobrie, & temperate uiuendo, ne iubilari splendoris, aut occidanatur. Quartò uelociter, & presertim ubi uident no[n]t appropinquare, & solem ad occasum tendere. Quinto perseueranter, ut possint ad terminum peruenire. Sexto parum se onerando, ne multitudine uestimentorum impediatur eos in via. Ecce, quomodo homines ambulare solent corporaliter, qua omnia possimus referre ad spiritualem ambulationem.

Qui ergo vult cautè ambulare spiritualiter, debet primo ambulare tempore lucis, id est, bona opera facere, quamdiu lux uitæ praefantis, seu corporalis in eo lucet, & non experitare mortem. Vnde ad hoc nos admonet Christus Iohann. 12. dicens. Ambulate dum lucem habetis, ut noli nos tenebre comprehendant. Et istud est contra multos, qui tunc primò volunt disponere de testamento suo, & de conscientia, quando mors teneri iam eos per guttur, cum tamen dicat id est Christus Iohann. 11. Venit nox, id est, mors, quando nemo potest operari. Secundo talis debet malas societas uitare, & cum bonis ambulare, quia ut habetur in psal. Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Vnde Sene ad Lycium epistola. 5. Conuertate cum his, qui te meliorem facturi sunt. De mala etiam societate loquens Hie. 4. par. Epistolarum suarum, epistola 8. 5. dicit, quod nihil tam nocet homini, quam mala societas, eò quod talis efficit homo, quam societas fruatur. Tertiò talis debet sobrie, & temperate uiuere, ne per ebrietatem occidat animam suam, auferendo ab ea vitam gratię. Quartò debet uelociter ambulare, non expectando tempus quadragesimæ ad bene operandum, aut tēpus senectutis, siue horæ mortis. Eccl. 5. Ne tardes conuerti

S E C O N D O quæritur, quæ est uoluntas Dei. Responsio. Voluntas Dei ab Apostolo ad Rom. 12. triplex distinguitur, scilicet bona, beneplacens, & perfecta. Voluntas igitur Dei bona respicit prohibiciones, & mala, ne fiant. Beneplacens respicit præcepta, ut fiant. Perfecta respicit consilia, quæ qui potest capere, capiat. Nolite ergo charissimi esse imprudentes, sed intelligentes, quæ sit uoluntas Dei. Vel dic, quod uoluntas Dei bona est, ut à malo abstineamus, beneplacens, ut in bono proficiamus, perfecta, ut tandem saluemur. De duabus primis simul loquitur Apostolus. 1. ad Thess. 4. dicens: Hæc est uoluntas Dei, sanctificatio uestra, ut abstineatis uos à fornicatione, &c. De tertio autem loqui ur idem Apostolus. 1. ad Tim. 2. dicens: Vult, supp. Deus, omnes homines salvos fieri. Voluntas ergo Dei bona respicit primum statu hominum, qui dicitur incepientiū, de quibus uult Deus, ut omnino à peccato desistat, & ut per penitentiam ad eum redeant, dicens illud Ezech. 18. Nolo morte peccatoris, sed ut magis conuertatur, & uiuat. Dicitur etiam. 2. Pet. 3. quod non uult Deus aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reuerti. Voluntas Dei beneplacens respicit secundū hominum statu, qui dicitur, proficientiū. De bonis enim uult Deus, & continuè proficiant de bono in melius. Vnde Psal. Ad Dominū loquens dicebat. In uoluntate tua deduxisti me, sup. de bono in melius. Voluntas Dei perfecta respicit tertiu hominū statu, qui dicitur perfectiorū. Et de talibus uult Dominus, ut pertinet cum eo permaneant in cælo, iuxta illud Iohann. 17. Volo pater, ut ubi ego sum, & illi sint mecum. Probemus ergo charissimi per diligenter inquisitionem, seu discussionem, quæ sit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta, prout nos admittit Apostolus esse faciendum ad Roma. 12.

Q U A R T O Apost. in præsenti Epistola hortatur nos ad ebrietatem uitationem, dicens: Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. Non quidem materialiter, sine realiter, sed efficiue, & occasionaliter. Vbi notandum, quod summopere debemus uitare ebrietatem, & hoc præcipue propter tria mala, ad quæ communiter inducere solet homines, uidelicet.

* Ad egestatem. Ad fatuitatem. Ad lubricitatem.

P R I M O igitur uitanda est ebrietas, quia inducit ad egestatem. Qui enim nimis incumbit uino, & delicatis cibis,

habet

habet multa exponere, ed quod talia non dantur gratis in taberna. Insuper multi postquam sunt ingurgitati uino, uolunt ludere. Alij faciunt stultos mercatus. Alij nimium liberales, sive potius prodigi respondent pro alijs, pro quibus cōmuniter oportet eos soluere, & sic de alijs. Ex quibus omnibus de facili tales, quantumcumq; diuites incurunt egestatem. Sunt & ali j qui cum arte sua multa lucrantur, qui die festo intrant tabernas, ibi multa expendentes, & sic tales raro fiunt diuites, quia ut dicitur Eccl. 19. Operarius ebriosus non locupletabitur, quia ut dicit Amb. li. de Helia, & ieiunio. ca. 12. talis uno die bibit multorum dierum labores. Itud igitur animaduertēs quidam metrificator dicebat. Diues eram dum, sed fecerunt me tria nudū. Ale, uina, uenues, tribus his sum factus egenus. In cuius etiam figuram legitur Gen. 9. quod Noe inebriatus iacebat nudus à parte inferiori.

S E C O N D O uitanda est ebrietas, ed quod inducit ad fatuitatem. Turbat enim cerebrum, quo turbato homo efficitur quasi fatuus, & insensalus, quantumcumq; etiam prius uideatur sensatus. Vnde Psal. De quibusdā loquens ait. Turbati sunt, & moti sunt, sicut ebrios, & omnis sapientia eorum deuota rata est. Dicitur etiam Prou. vlt. quod nullum secretum est, ubi regnat ebrietas. Similiter Osee 4. dicitur, quod uinum, & ebrietas auferunt cor, idest, rectum rationis iudicium, quia ut dicit Ambr. lib. 1. de Abraham ca. 6. Quia soberij cauemus, per ebrietatem ignorantem commitimus. Et post pauca: Nesciunt, inquit, quid loquantur, qui nimis uino indulgent. Propter quod refert Amb. lib. de Helia, & ieiunio. cap. 17. de aliquibus bonis iudicibus, qui quo ad captiuos uino utuntur, ut equuleo, & quibus tormenta non eliciunt vocem præditionis, eos tentant bibendo, ut patriæ statum, salutem ciuium, defensionis sua prodant consilia. Virtus enim plerunque uincit dolorem, fidem autem potius excludit. Hæc ille. Legitur etiam. 3. Esdræ. 3. quod quidam in aula regis Darii uoluit probare uinum esse forte, per hoc, scilicet, quod uincit mentem, etiam regis. Ecce ergo quomodo ebrietas infatuat hominem.

T E R T I O uitanda est ebrietas, ed quod inducit ad lubricitatem. Vnde Prou. 20. dicitur, quod luxuriosa res est uinum, idest, ad luxuriam prouocans. In cuius rei signum Holofernes

Dominica x x. post Trinit.

post unum abundanter sumptu concupiuit Iudith, ut habetur Iudith. 12. Similiter Lotus postquam inebriatus fuit vino, dormiuit cum filiabus suis. Gen. 19. Et breuiter, ut dicit Hiero. 1. parte Epistolarum suarum; Epistola. 49. uenter uero astuans citò despumat in libidinem. Dicit etiam idem Hiero. 3. parte Epistolarum suarum Epistola. 14. ca. 36. quod ignis luxurie portat in gremio, qui assidue uitat uino. Nota de illis nephandis hominibus, qui postquam inebriati sunt uino, uolunt, & nituntur impudicè tangere, & osculari nunc magistram domus, nunc filias, nunc ancillas, ita ut tales non nisi difficulter uitentur a probis, & castis mulieribus. Quod si ebrietas inducat viros ad impudicitiam multo magis mulieres, ita ut dicat Chrys. super Matth., in opercine comploto, homil. 2. quod omnis mulier, quae uolentia est, & commestatrix, etiam mererit est. Et post pauca. Mulier, quae suauitibus gulæ sue non contradicit, multo magis neq; libidini sue resistere acquiescit. Hæc ille. Et breuiter non solum autoritate Sacrae Scripturae, aut sacrorum doctorum possumus probare ebrietatem inducere ad libidinem, & ad multa alia peccata, uerum etiam hoc ipsum possumus probare exemplo mirabili, quod refert August. ad fratres in serm. 33. qui intitulatur de derestatione ebrietatis. Narrat enim ibidem de quadam diuite ciue Hipponeensis civitatis, qui dicebatur Cyrilus. Hic enim, cum unicum haberet filium, ipsum plusquam Deum dilexit, permittens ei agere, quæ uolebat. Propter quod consumpsit maximam partem bonorum patris uiuendo luxuriosè, & prodigie. Qui tandem inebriatus matrem prægnantem opprescit, sororem violare uoluit, patrem occidit, & duas sorores ad mortem vulnerauit. O certè magna diaboli dominatio. Patrem, quem post Deum reuerteri ille debuit, occidit. Matrem, à qua portatus fuerat, prægnantem opprescit. Sorores quas tenerime diligere debet, uiolare uoluit, & duas ad mortem vulnerauit. O dolorosa ebrietas, omnium malorum mater, omnis luxurie surtor, omnis superbie pater. Hæc August. ubi supra. Patet ergo, quod ebrietas inducit ad lubricitatem. Bene ergo dictum est ab Apost. Nolite inebriari uino, in quo est luxuria.

QUINTO idem Apost. in prefenti Epistola horatur nos ad Spiritus Sancti impletionem, cum subdit. Sed implemari

Sermo 1. de Epist. 285

Spiritu Sancto, id est, donis Spiritus Sancti, ut exponit glossa interlinquens. Vel gratia eiusdem Spiritus Sancti, quæ dicitur, gratia gratum faciens. Sed nunquid tenetur impleri Spiritu Sancto? Profectò ita, saltu secundum aliquem modum impletionis illius.

P R O quo notandum, quod contingit homines impleri Spiritu Sancto diuersimodo, uidelicet secundum magis, & minus. Primo modo impletione effluentie, sive influentie. Et hoc modo solus Christus fuit implexus Spiritu Sancto, de quo dicitur Luc. 3. quod plenus Spiritu Sancto regressus est a Jordane, ubi s. fuit baptizatus a Iohanne. Nam ipse ab instanti conceptionis sue tanta gratia Spiritus Sancti implexus fuit, quod potuit, & potest eam influere in alios homines, qui sunt illius capaces. Da exemplum de capite in membra, influente sensum, & motu. Ille tamen influxus Christi in membra, intelligendus est in genere cause meritorum. Et hoc est dicere, quod ipse meruit sufficienter omnibus primâ gratiam, patriter, & augmentum illius. Non est ergo sensus, quod aliqua pars gratiae habitualis animæ Christi transeat ab illo in alios, maxime cum non contingat accidentis transire de subiecto in subiectum. Secundo modo contingit aliquæ impleri Spiritu Sancto impletione excellentie. Et hoc modo sola Virgo Maria fuit impleta Spiritu Sancto, id est, gratia ipsius, iuxta testimonium Gabrieles dicens Luc. 1. Ave gratia plena, Domine tecum. Dominus, inquam, scilicet, Spiritus Sanctus tecum, qui dedit tibi hanc impletionem excellentiæ gratiae sue. De hac etiam impletione gratiae Dei in Maria loquens Hiero. 2. parte Epistolarum suarum, Epistola. 55. exponendo illud ueerbū angelicum: Ave gratia plena, dicit sic. Ceteris per partes praestatur gratia. Mariæ uero se simul tota infudit plenitudo gratiae. Tertiò contingit aliquem impleri Spiritu Sancto impletione abundantie. Et hoc modo Christi Apostoli fuerunt impleti Spiritu Sancto, id est, gratia ipsius, iuxta illud Act. 2. Repleti sunt omnes Spiritu Sancto. Vnde canit Ecclesia in hymno de eodem Spiritu Sancto: Impleri gaudent uiscera, afflata Sancto Spiritu. Quartò contingit aliquem impleri Spiritu Sancto impletione sufficietie. Et hoc modo quicunque habet gratiam Spiritus sancti in quantulocunq; gradu, impletus est ipso Spiritu Sancto. Dicimus enim aliquod uas impletum

que plenūr quādō nō potest ulterius aliis liquor intromitti. Sic est autem, quādō præsentia Spiritus Sancti per gratiam in homine nō secum patitur extraneum liquorē peccati mortalis; sed potest cuilibet tali liquori resistere, ne subintroeat. Ex quo concluditur, quādō minima gratia implet sufficiens humanam mentem. Et sic patet, quādō contingit homines impleri Spiritu Sancto quatuor modis.

S E X T O Apostolus, in præsenti Epistola hortatur nos ad deuotā orationē cum subdit: Loquentes uobismetipſis, id est, orantes intra uosmetipſos, uel nos mutuō ad orandum prouocantes uerbo in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes, & psallentes in cordibus uestris Domino. Prius enim hortatus est nos Apostolus, ut impleamus Spiritu Sancto. Et quia aliquis posset querere, quomodo poterit taliter impleri, in præsenti clausura, ideo Apostolus ostēdit deuotam orationem ad hoc multum valere, dicens. Loquentes uobismetipſis, &c. Vnde Psalmista. Os meum aperi, supple, ad Dominum per deuotam orationem, & attraxi spiritum. Propterea Act. i. dicitur de undecim Apostolis, quād orabat omnes unanimiter perseverantes in oratione cum mulieribus, & Maria matre Iesu, & fratribus eius. Notanter autem dicit Apostolus. Cantantes, & psallentes in cordibus uestris, & hoc cōtra hypocritas, qui fingunt se multum deuotē orare Dominum, cum tamen solum labijs ipsum honorent. De quibus etiā conqueritur Dominus Esa:29 dicens. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longē est à me. Talis autem non erat, qui dicebat: Orabo spiritu, orabo & mente, psallam spiritu, psallam & mente. ad Cor. 14. Hinc Augusti in regula de communī uitā clericorum. Psalmis, inquit, & hymnis, cum oratis Deū, hoc uestetur in corde, quod profertur in ore, quia ut dicit August. super Iohan. tracta. 9. Nihil prodest strepitus oīris, muto corde.

SEPTIMI O Apostolus hortatur nos ad debitā gratiarū actionē, cum ait. Gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Iesu Christi Deo, & patri. Nota singula. Dicit ergo. Gratias agentes, supple, pro suscepis multiplicibus, & quidē magnis, maioribus, & maximis Dei beneficijs, ut sunt creatio, redemptio, iustificatio. Primum beneficium magnum. Secundū maius. Tertium maximū. Sed quādū debemus

debemus Deo gratias agere? responderet Apostolus, q̄ semper. Et merito quidem semper, quia semper, & cōtinuē crecent, & multiplicantur beneficia Dei in nobis. Modò ut dicit Gregorius homil. 9. cum augentur dona, rationēs etiam crescunt donorum. Item semper, id est, omni die debemus reddere gratias Deo pro uniuersis beneficijs, tam cōmuniibus, quād particularibus, prout nos admonet Chrys. homil. 72. ita dicens. Si fieri potest, rogo, ut quilibet nostrum per singulos dies intra se computet non tantum cōmunia beneficia, uerum & propriē sibi collata, non promulgata, & omnibus manifesta, sed etiam peculiaria, & multos latenter. Sic enim continuam gratiarū actionem Domino poterimus exhibere. Hac ille. Item semper scilicet, tam in aduersis, quād in prosperis. Sic enim faciebat Iob, qui in aduersis fōlitus erat dicere. Dominus dedit, Dominus abfultit, sicut plauit Domino, ita factum est, sic nomen Domini benedictum. Quinimo debemus esse promptiores ad regratiandum Deo pro aduersis, quād pro prosperis. Et huius causam assignat Boetius de conso. li. 2. profa. 8. ita dicens. Etenim plus reor hominibus aduersis, quād prosperam prodeſſe fortunam. Nam prospera fortuna fallit, aduersa uero inſtruit. Ecce ergo quomodo debemus Domino gratias agere semper.

Sequitur. Pro omnibus, supp. beneficijs nobis à Deo collatis gratias refundere debemus: Vel ly omnibus. refertur ad homines, in quibus cum uidemus aliquod Dei beneficium, debemus de hoc gratias Deo agere. Sic enim faciebat Apostolus pro Thessalonicensibus, quos adduxerat ad fidem, ut patet, i. ad Theſſ. Sed in qua uirtute, siue quomodo debemus Deo gratias agere? Respondeat Apostolus, quād in nomine Domini nostri Iesu Christi, utpote, per quem beneficia Dei patris ueniunt ad nos. Quod si quātatur ulterrī, cui gratias agere debemus, responderet Apostolus, quād Deo patri, id est, illi, qui est Deus pater. Deus per maiestatis dignitatem. Pater per creationis, & gubernationis ineffabilitatem. Et sic patet de gratijs agendis.

OC T A V O Apostolus hortatur nos ad profundam humilationem, cum subdit in fine Epistole præsensis. Subiecti inuicem in timore Christi. Sed quomodo hoc? Videtur enim ex hoc sequi, q̄ prelati, & quiq; maiores debent subdere ſuis

Ne nuda coram Deo appareat ad ipsius confusione, & per-
petuam damnationem. Hinc Apoc. 16. dicitur. Beatus, qui custo-
dit uestimenta sua, uestimenta, inquam, charitatis, & aliarum
uirorum, ne nudus ambuleret, scilicet, prioribus uestimentis
ob suæ culpe meritum destitutus, & uideant turpitudinem
eius, scilicet, omnes, qui astabunt in finali iudicio, tam boni,
quam mali.

SE C V N D Ø, quia sicut uestis præcipue operit turpi-
dinem hominis, ita & charitas operit turpitudinem peccato-
rum, ut habetur. 1. Pet. 4. Item Proverb. 10. Vniuersa delicia
operit charitas. Operit, inquam, ut illa non uideat Deus ad
puniendum, ut exponit ibi glo. interlinij. Vel dicitur illa ope-
rire eos, q̄ in recidivante ipfa cessante redeunt per aggredi-
tionem culpa sequentis, & hoc propter ingratitudinem illi-
us. Nunquā tamen semel remissa redeunt in se. Et hoc
modo intelligitur illud Psalm. Beati, quorum remissæ sunt
iniquitates, scilicet, in baptismō, siue iti sacramentali confes-
sione, & quorum recta sunt peccata, uidelicet, per operem
tum, & uestem nuptialem charitatis.

TE R T Ø, quia sicut uestis ornat corpus, (propter q̄
mulieres prædeentes in publicum, solent se uestimentis or-
nare, ut formosiores appareant) ita charitas ornat, & deco-
rat animam, & omnia opera illius instantum, quod sine ipfa
omnia opera hominis non placent Deo, prout testatur Apo-
stolus i. ad Corinth. 13. dicens. Si distribuero in cibis pau-
rum omnes facultates meas, charitatem autem non habeat,
nihil mihi prodest, scilicet, ad meritum uite gernerē.

QV A R T Ø, quia sicut uestis ampla, ut pote longa, & lata,
cooperit totum corpus, atque omnia membra illius, ita etia
perfecta charitas non solum se extendit ad Deum uerum,
sed etiam ad omnia membra illius, ut potest, ad comprehen-
siones, ad iustos viatores, & ad quosque peccatores adhuc in-
humanis uitam agentes. Tales enim, eti⁹ acti non sint mem-
bra Christi, ut pote, illi per charitatem coniuncti, huius ta-
men coniunctionis sunt adhuc capaces. Qui ergo habet ueram
charitatem, diligat Deum, ac proximum. Sed ut dicit Gregor. in quadam Hom. Probatio dilectionis, siue charitatis,
exhibitio est operis. Et ideo qui habet hanc uestem charita-
tis, realiter, & in effectu iuxta facultatem suam operit, & ue-
tit.

Ait proximum suum nudum, iuxta illud Esa. 58. Cum uide-
ris nudum, operi eum, & carnem tuam, idest, ipsum prox-
imum, ne despixeris, propter suam paupertatem. Huius autem
contrarium agunt multi principes tyranni, qui excoriant, &
omnino denudant pauperes agricolas modicissima substan-
tia sua per exactiones grauiissimas, quas illis imponunt. Quas
si, soluere, nequeint, recluduntur in carcere, aut eorum bo-
na exponuntur venditioni usque ad paleas lecti, sive co-
guntur publicè mendicare, quod facere non consueverant.
Patet ergo ex dictis, quod charitas infusa conuenienter vo-
cat uestis.

SE C V N D A ueritas. Prædicta charitas conuenienter
uocat uestis nuptialis, & hoc propter multa. Primo quidem
quia sicut uestis, quae nuptialis dicitur, diuidit, & differre facit,
tam sponsum, quam sponsam ab alijs, ita ut de facili vterque
cognosci possit, & lecerni ab alijs, ita & charitas diuidit in-
ter filios regni, & perditionis, secundum Aug. lib. 1. f. de Tri-
nit. 18. Secundò vero, quia sicut uestis nuptialis communis
ter est solemnis, ut potest, de exquisita materia, ita & charitas
indignitate, & preciositate præcellit. Eterras uirtutes iuxta
illud, j. ad Corinth. 13. Maior horum est charitas Tertiæ au-
tem, quia sicut uestis nuptialis solet communiter mundæ, &
pure, & diu custodiri, quæ etiam induit sponsa in præci-
pitis festiuitatibus, ita etiam charitas semel habita est diligē-
ter custodienda, uelut uestis aurea. Hac etiam aurea ueste
perissimum indui debemus intus in anima in præcipuis fe-
stis, & hoc per feruentem charitatem Dei, & proximi, etiam
remittendo iniurias, & offensas. Nec quidem satis est, tunc
huiusmodi uestem gerere in visceribus cordis, nisi etiam ex-
terioris appearat per bonorum operum exhibitionem. Ipsi
enim de est natura ignis, qui non potest diu latere, iuxta illud Proverb. 6. Nunquid potest homo ignem abscondere in
suo, ut uestimenta eius non comburantur? Sic nec cha-
ritas abscondi potest, diu interior in corde, quominus tēpo-
re, & loco se non prodeat exterior, ut potest, per eleemosynarū
largitionem, lacrymarum effusionem, feruente oratione,
& huiusmodi. Et sic patet de secunda veritate.

TERTIA ueritas. Quicunque in fine dierum suorum
inuenientur fuerit non habens uestem nuptialem charitatis,
irrever-

et remediabiliter projectetur in tenebris exterioreis inferni; id est, corporales, ubi erit fletus, & stridor dentium. Ita veritas sufficientissime patet ex deductione parabole Christi, quam adducit in presente euangelio, quæ etiam parabola per amplius declarabitur in sequentibus.

In presente ergo euangelio Christus proponit quandam parabolam, in qua summarie ostendit, quomodo Iudei erant merito ei ciendi ab Ecclesia militante, & gentiles ad eam introducendi. In quo quidem euangelio de quatuor principiis paliter fit mentio, videlicet.

De clementia diuinae charitatis, in principio euangelij.

De negligencia humanæ salutis, ibi.

Illi autem neglexerunt, videlicet:

De iustitia diuinae equitatis, ibi.

Rex autem cum audisset, &c.

De sententia rationabilis severitatis, ibi. Intravit autem rex, &c.

Primum igitur in principio presentis euangelij fit mentio de clementia diuinae charitatis, quæ sub parabola hominis regis describitur, qui fecit nuptias filio suo. Vbi notandum, quod iste rex est dominus Deus omnipotens, qui habet multiplicem filium, scilicet.

Primogenitum, Secundogenitum, Tertiogenitum,

Quartogenitum, Quintogenitum, Sextogenitum,

Primum genitum igitur Dei patris filius est Christus, de quo dicit Apostolus Rom. 8. quod ipse est primogenitus, in multis fratribus, id est, inter multos fratres. Primogenitus inquam, id est, ante alios genuitus, non tempore, sed duratione, sed dignitate, & honore. Et hoc modo Iohannes dicit eundem Christum antea factum Iohan. 1. Hunc itaque filio suo primogenito fecit Deus pater nuptias mirabiles, & singulares: quando eum copulauit matrimonialiter, atque inseparabiliter eum natura humana. Et de ipsis nuptiis scribit Apoc.

Venerant nuptię agni, i. filii Dei, & utor eius, scilicet, natura humana ab eo assumpta, præparauit se byssino splen-

denti, & candido. Per quod denotatur summa puritas, & munititia, quæ fuit in anima Christi. Huiusmodi autem nuptiae fuerunt, tanquam celebrandæ, de propinquis nunciatae per Gabrielem virgini Marię. Sed tunc primum celebrare sunt

de presenti, quando Maria dixit angelo. Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Aula aut regia, in qua sicutur celebratæ tales nuptiae diuinales, vterus fuit uirginea ipsi. O benedicta hora, in qua hę nuptię inchoata sunt, & consummata, quia tunc inchoata est redemptio nostra.

Vel dic, quod uxor agni est Ecclesia, quam Christus, qui est uteruſ agnus Dei patris, & qui uenit tollere peccata mundi, fiat desponsauit, quandoquidem cum eo coniuncta est Ecclesia federe semper. Harum nuptiarum sponsalia sunt contracta in incarnatione filii Dei. Solennitas autem celebrata est in passione eiusdem, tanquam per causam. Per esse sunt autem in Ascensione illius in celum. Modò uero coligitur, & introducitur in thalamum sponsi sui particulariter quo ad eos, qui uolant ad celum. Sed in fine seculi introducetur in dictum thalamum viuenter. Haec nuptiae figuratae sunt, & significatae Hester. 2. quando rex Assuerus coniuncta sibi Hester, requiem dedit viuenteris provincijs, ac dona largitus est iuxta magnificientiam principalem. Patet ergo, quomodo Deus pater fecit, quasi duas nuptias filio suo in sua incarnatione. Primas quidem cum natura humana, secundas uero cum Ecclesia.

S E C U N D O genitus Dei filius est Adam, qui specialiter, expressè uocatur filius Dei. Luc. 3. ubi resolutur genealogia saluatoris secundum ordinem sacerdotalem ab ipso Christo usque ad Adam, huic igitur secundo genito filio suo fecit Deus nuptias corporales, quandoquidem cōiunxit eū matrimonialiter cum Eva, ut patet Gen. 2. Ex quo patet dignitas huius sacramenti matrimonij, cum quia præcessit omnia alia sacramenta, cum quia institutum fuit in nobilissimo loco, quia in paradiso terrestri, cetera autem extra dictum locum, cum quia institutum fuit in nobilissimo statu, in statu innocentia, cetera autem sacramenta post lapsum instituta sunt.

V B aduertendum, quod hmoi nuptiae corporales sunt à Deo institutæ, & hominibus concessæ propter tria. Primo quidem propter peccatum uitandum. Propter quod Apost. j. ad Corint. 7. consultit, quod non potest continere, nubat, eo quod melius est nubere, quam uiri. Secundò propter mutuā amicitiam contrahendam inter hoēs. Nā ex matrimonio duorum, multi efficiuntur aduincem amici ex parte utriusq; Tertiò.

ad mundum propagandum. Nisi enim hoīes contaherent nuptias, necesse esset mundum statim capere finem, aut ipsos homines more brutorum adinuicem commisceri, quod nepharium est audire. Et ideo Apostolus. j.ad Tim. 4, reprehendit illos, qui prohibent nubere. Pater ergo, q[uod] licet e[st] nuptiae sunt hominibus concessae.

T R I genitus Dei filius est deuotus populus Christianus. Sed quomodo filius? Certè non unigenitus, neque coeternus, aut consubstantialis Deo patri, sicut filius in divinis, sed adoptivus, & per gratiā. De quo pōtē dicere p[ro] ille celestis illud. Luc. 3. Hic est filius meus dilectus. Huic autē filio fecit quodammodo nuptias in baptismo pater ille celestis. Nā tunc despontauit p[re]dilectionem Dei patris, scilicet fidem, promittens fē, nunquam ab ea discessurum, quamvis frequenter aliter fiat, saltem loquendo de fide formata. Et ha[n]uptiae fuerant p[re]figuratæ. Gen. 2.4, per Abraham, qui fecit nuptias filio suo Ilaac cūm Rebecca. Item per Thobiam iuniorum, qui despontauit Saram. Thob. 7. Et quia sep[tem]b[re] dictus sponsus factus adulst elongat se ab uxore sua, abiens in regionem longinquam more filii prodigi, ideo non cessat postea pius pater celestis eum reuocare, gratiōe, & benignè, ut iterum redeat ad primam uxorem, & reconcilietur ille, quod sit in sacramentali confessio[n]e, & itud optimè figuratur p[er] filium prodigum, quem pater nihil ei improperebat loq[ue]ntur suscepit. Luc. 15.

V A R T genitus Dei filius est quilibet pastor bonus, seu p[re]latus. Vnde de talibus pōtē generaliter dici illud ps. Vos filij excelsi oēs. Huic itaq[ue] filio facit quodammodo nuptias superior p[re]latus uice Dei, quando confugit ad illū cū sponsa Ecclesia parochiali, abbatiali, siue episcopali, committens illi curā eius, & quasi in urtate dicens illi, Custodi populum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro aī illius. 3. Reg. 20. Vnde in signum despontationis p[re]dictæ sollet dari annulus maioribus p[re]latis in die cōsecrationis eorum. Et sicut mulier debet esse unius uiri uxor, & ecōuerso, ita ēt Ecclesiæ plati debent esse contenti vna sponsa Ecclesia. Et hoc est, quod loquitur Apostolus. 1. ad Timot. 3, dicens. Oportet episcopum irreprehensibile esse, & unius uxoris uiri monogamū. Quod diligenter attendens quidam verberabilis

metabilis episcopus in Francia, qui etiam confessor erat regine, semel proposuit ei casum, de quadam habente simul duas uxores, scicitanas ab ea, quid de tali uiro fieri deberet: Ad quem illa: Certe, inquit, ille est dignus magna pena, ut uos ipse scitis pater mihi. Et ille: Certe domina mea, ego sum ille, qui habeo duas uxores, uidelicet, animam uestram, & ecclesiā meā episcopalem, nec possum, utriq[ue] commode int̄dere propter zelotypiam earum. Cum enim nobiscum sum, conqueritur alia sponsa, cui sum magis obligatus, de longa absentia mea. Quod si contingat me eam quandoq[ue] uisitare, statim destinatis nuntios, qui me reuocent. Ecce, quām prudenter loquebatur dictus bonus pastor, quem aliquid dū vidit. Itaque per hunc modum accepta licentia à Regita, declinatur ad dicectionem sibi cōmisiſum, exercens in propria persona, quæ erant officij sui. O quām pauci episcopi uellent taliter agere, quinimo multi ex illis ultrō uenient ad curias principiū, & sequuntur eas pro beneplacito suo, relatis suis uerbis inter manus luporum, id est, officiariorum, qui querunt lanam earum, Merito ergo hodie possumus dicere, cum Apostolo 1 ad Corint. 4. Iam queritur inter dispensatores ministeriorum Dei, ut fidelis, quis inueniatur.

Q V I T O G E N I T V S Dei filius est spiritus humanus, qui est filius eius, per creationem. Huic autem filio facit quodammodo Deus nuptias, quando coniungit eum cum carne, tanquam cum spōsa. Et ideo sicut in matrimonio carnali, sponsa debet subesse uiro, iuxta Dei ordinacionem, qui Gene. 3. ait, primæ mulieri loqueus. Sub uitæ p[re]festate eius, ita caro, seu sensualitas spiritui subesse debet, quantum patitur status p[re]sentis uitæ. Sed proh dolor, non sic fit, sed communiter p[re]dicta uxor, tanquam superbiissima, & stultissima rebellat, & insurget contra virum suum spiritum etiam in uiris perfectis, ita ut diceret diuus illle Paulus ad Roman. 17. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis mea. item ad Galat. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem: H[oc] enim sibi iniucem aduersantur. Quod si quis querat, cur dominus hanc pugnam permittit super filios suos, responderet, q[uod] hoc facit ad magnam corum utilitatem, ut, scilicet, exercitetur in bello spirituali, & accrescat eo

rum meritum. In cuius figuram legitur. Iudic. 2. quod filii Israel ingredientibus terram promissionis noluit Dominus totaliter delere gentes de dicta terra, & hoc ideo, ut in iphis exercitarentur dicti filii Israel, ut patet Iudic. 1. Vbi per gentes intelliguntur motus carnales primò primi, quos permittit Dominus in nos insurgere ad exercitium nostrum, & profectum. Secus autem de moribus secundò primis, qui sunt quodammodo voluntarij, & per consequens culpabiles.

S E X T O genitus Dei filius est, quilibet beatus, qui est filius eius per gratiam consummatam, & gloriam perfectam. De quo merito potest dicere Dominus illud, quod olim dixit de filio suo unigenito, & naturali. Hic est filius meus dilectus. Luc. 3. Huic igitur filio facit Deus Pater nuptias mirabiles, & ualde solennes, cum illa generosa domina gloria cœlesti, & hoc cum primum ingreditur celum. Nam sicut in nuptijs terrenis parentes, & amici sponsi letantur, & exultant, sic etiam tam angeli, quam ceteri sancti mirabiliter exultant in ascensiō spiritus humani in celum. Si enim gaudium est angelis Dei super uno peccatore penitentiā agente, ut dicit Christus Luc. 15. quanto magis gaudent dicti angelī, cum uident aliquem celum concidere.

A D V E R T E N D U M tamen, quod quicunq; cupiunt ad dictas nuptias intrare, debent primò humiliari in praesenti uita, prout pulchrit̄ in insinuauit Christus parabolice loquens Luc. 14. & dicens. Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te fuerit inuidus ab illo, & ueniens is, qui te, & illum uocauit, dicat tibi. Da huic locum. Et tunc incipias, cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum uocatus fueris, uade, & recumbe in non uissimo loco, ut cum uenerit, qui te inuitauit, dicat tibi: Amice ascendere superius. Et tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus, quia omnis, qui se exaltat, sicut in praesenti per superbiam, humiliabitur, scilicet, in futuro. Et contra, qui se humiliat, exaltabitur. Secundò debent in hac uita honestè indui, scilicet, exterioris religiosè conuerfando. Item gratiam, & charitatem, ceterasq; uirtutes interiorius gerendo, sive in articulo mortis ante conspectum aeterni regis, & iudicis apparendo. Quod si secus, quis fecerit, dicet illi rex id, quod

quod in fine presentis Euangelij dicitur: Amice quomodo uacuus intrasti non habens uelut nuptiale? Tertio tales debent in presenti parce uiuere, ut possint audiri, & delectabilis degustare in futuro illas celestes epulas, de quibus Ela. 73. item 1. ad Cor. 2. Oculus nō uidit, nec auris audiuit, & in cor hominis nō ascendit, quæ preparauit Deus diligenteribus se. Item ibi Psal. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te. Qui ergo cupiunt peruenire ad dictas nuptias, debent sobrie prandere in praesenti, ut melius epulentur in cena futuræ glorie. Da exemplum de inuitatis ad nuptias huius seculi, uel de illis, qui expectant optimam cenam. Tales nempe ante non solent se replere cibis, aut potibus, ita nec in proposito. Pater ergo de sex differentijs filiorum Dei, quibus uarias feceit nuptias pater ille cœlestis, qui pro eo, q; totus benignus est, & pius, uocatur homo rex in exordio presentis Euangelij, sicut aliquando dicitur Leo à ferocitate punitionis, aliquando uero ouis, & agnus à mansuetudine, & patientia. Nam ex magna benignitate, & charitate processit, q; Deus Pater fecit nuptias filio suo, id est, ipsum hominem fieri constituit, & ei Ecclesiam militante, tanquam sponsam copulauit, sive etiam naturam humanam sibi hypostaticè coniunxit.

M Y S T I C E ergo notandum, quod incarnatione filij Dei assimilatur matrimonio propter multa.

P R I M O quidem propter consensum. Sicut enim absque consensu libero partium non sit matrimonium, ut notatur extra de sponsalibus ea, tua nos, ita in proposito, cum filius Dei uoluit inire nuptias cum natura humana, angelus Gabriel, tanquam eius procurator requisuit cōsensum beatæ virginis uice totius humanæ nature, sine quo nunquam fuisse incarnatus Dei filius. Tunc autem ipsa expressit consensum tanquam procuratrix ipsius humanæ nature, cum respondit angelo dicens. Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c.

S E C U N D O propter amorem intensum. Sicut enim maritus propter intensum amorem ad suam uxorem relinquat aliquando patrem, & matrem, patriam, & parentes, & adhaeret uxori sua, interdum etiam exponit se morti pro tutitione sua uxoris, ita Dei filius descendit de celo in terram, ut habitares cum uxore sua, quæ est natura humana.

Dominica x x; post Trinit.

Et hoc est, quando in persona eius scribitur Hier. 12. Rel qui dominum meam, dimisi hereditatem meam. Item exposuit se morti pro sposa sua saluana, & redimenda. Ideo sequitur, ubi supra. Dedi dilectionem animam meam in manu inimicorum. Ex quo patet, qd amor filij Dei ad naturam humanam, excedit omnem alium amorem,

T E R T I Ó propter donaria. Nam sicut sponsus datus dona tia sponsae sua, ita, & Dei filius assumendo naturam humanam multa donaria illi dedit, iuxta illud Pet. 1. Per quem maxima, & preiosa nobis promissa dona donauit.

Q U A R T Ó propter nobilitatem. Nam sicut uir nobilis contrahens cum filia rustici nobilitat eam, ita Dei filius, cum sit nobilissimus, summam nobilitavit naturam huma nā, quantunq; pauperem, & inopem. Quem enim nobilitas maior esse potest, quam qd homo sit Deus? Vnde propter huiusmodi nobilitationē ex tunc renuncierunt Angelī ab hoībus adorari, ut patet Apoc. 22. ubi legit̄ qd iohannes uellet adorare Angelū, qd sibi appatuerat, ille prohibuit dicens, Vide, ne feceris, cōseruus n. tuus sum, & fratum tuorum. Ecce ergo, qd incarnatio filii Dei, & assumptio huma nā affluitat matrimonio. Bene ergo, & congruē dictum est, qd simile est regnum celorum i. ecclesia militans homini regi, qd fecit nuptias filio suo. Et si patet de primo principali

S E C U N D Ó principaliter in p̄senti euangelio sit meatio de negligentia humanae salutis, in hoc, s. qd cum homo ter predictus, i. Deus pater misisset seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, illi noblebant uenire. Qui cū postea misisset alios seruos dicens: Dicite inuitatis, Ecce prandium meum paratum, tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata, venite ad nuptias, illi neglexerūt, & abiérunt, aliis in uillā suā, aliis uero ad negotiorū suā. Reliqui uero tenerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Ecce quid dicit Christus parabolice loquens.

M Y S T I C E prandium est fides ecclesie, uel incarnationis filii Dei mysterium, sive gratia spiritus sancti. Ad quod quidem prandium olim uocauit Deus pater iudeos. Primo quidem per Prophetas suos, quos illi pro parte occiderunt, prout illis improporabat Christus Mat. 23. dicens, Hierusalem, Hierusalem, quē occidis prophetas, qui ad te, supple, vocādū ad au-

Sermo I I. de Euang.

292

ad nuptias agni, id est, ad credendum filij Dei unionem cū humana natura, misli sunt. Hoc idem etiam illis improporabat. Beatus Stephanus Act. 7. dicens, Quem Prophetae non sunt perfecuti patres uestrī? Ac si aperte diceret, quod illi omnes Prophetas perfecuti sunt. Secundū ad dictum prandium uocauit Deus iudeos per propriū filium, quem illi similiter occiderunt. Nota parabolam de homine patrefamilias, qui plantauit vineam. March. vigeſima op̄mo: Tertiū ad dictum prandium uocauit Deus iudeos per alios nuncios, uicē dicit, per Apostolos. Sed quia illi noluerunt uenire in Christū credēdo, ideo ipsi Apostoli transtulerunt se ad gentiles, qui libenter eos facti corū sequaces audiuerunt. Et hoc est, quod illis improporabat Paulus Act. 13. dicens. Vobis oportebat primū loqui regnum Dei, sed quoniam reperiliſſis illud, & indignos vos iudicatis aeternas uite, ecce convertemur ad gentes. Sequitur. Audientes autem gentes, super prædicationem Apostolorum gauis̄ sunt ualde, & glorificabant uerbum domini. Hac autem tempestate ualde paucū nuncios Dei inueniuntur, qui uocent ipsos iudeos ad fidem, & hoc pro parte agēte eorum obſtinatio, & perfidia magna,

M O R A L I T E R. Nuncios hominis regis sunt moderni predicatores, qui uocant homines ad nuptias ecclesiæ militantis, ut illi intrent per uitæ meritum, unde recesserūt per peccati, & similiter eos uocant ad nuptias celestes. Sed quid faciūt Dei nuncios uiri mundani, & peccatores? Profecto multū eorum negligunt ipflos audire, se occupantes circa terrenas diuitias, & de spiritu alibus nullo modo curantes. Alii uero apprehendunt eos, ui, & uiolentia, & in carcere recludunt, & presertim ubi contingit tales nuncios latrare contra uicia principum, & maiorum. Alij autem dicos nuncios dñi contumelijs affectos occidunt. Sde illis detrahendo, & peius, qd possunt de eis dicendo, in hoc similes Iudeis, qui cōtra sanctū dñi prophetā Hieremiam eos de suis peccatis increparunt, loquebantur dicentes, Venite, & cogitemus contra Hieremiam cogitationes. Venite, & percutiāmus eū lingua, & nō attendamus ad uniuersos sermones eius. Quod aut tales detrahorūt, patet per illud decretū de p̄. di. i. homicidiorū, ubi dicitur, quod homicidiorū tria sunt genera, scilicet, qui occidunt,

O o 4 qui

Dominica xx. post Trinit.

qui odiunt, & qui derrahunt. Ecce ergo, quam negligentes sunt homines mundani, & peccatores circa suam salutem. Et sic pater de secundo.

TERTIUS principaliter in presente euangelio fit mentio de iustitia diuinæ acquiratis, cū subditur. Rex autem cum audisset, sup. malitiam, & crudelitatem iudæorum quos ad nuptias gratiosè, & benignè inuitari fecerat, iratus est, & misis exercitibus suis sub Tito, & Vespasiano, perdidit homines illos, quosdam ciuiliter, redigendo eos in capiuitatis, & seruitutem, alios corporaliter, qui occisi sunt in captione ciuitatis Hierusalem, item qui perierunt in ea fame. Tandem omnes perdidit eternaliiter, dejiciendo eos in infernum. Et sic impleta fuit illa propheta Hie. 17. qui dicit, Induc, idest, induces super eos diē afflictionis, & duplīcē contritione cōter, idest, conteres eos dñe Deus noster, & ciuitatē illorū. s. Hierusalem succedit ad literam. Ex predictis ergo pater reprobatio iudæorum, que ēt aperte insinuatur, cū subditur. Nuptiæ quidē parate, sed qui inuitati erāt, nō fuerunt digni, sup ple, ad eas ingredi, & signanter propter eorum ingratitudinem. Ecce digna iudæorum reprobatio.

CONSEQUENTER fit mentio de uocatione gentilium, cū subditur. Tunc ait rex seruis suis. Ite ad exitus viarū, & quoque inuenientis, uocate ad nuptias. Ac si aperte diceret. Vocate homines cuiuscumq; conditionis ad fidem catholicam, quia (ut habetur ad Ro. 2.) non est acceptio personarū apud Deum. Patet ergo ex predictis verbis, q; dñs vult oēs homines saluos fieri, ut dicit Apostolus. 1. ad Timo 2. Sequitur. Et egressi serui regis in vias, congregauerunt omnes, quos inuenient, malos, & bonos, & impletæ sunt nuptiæ discubentium. Hoc autem maximè fiet in fine saeculi, quandoquidem fieri unum ouile, & unus pector. Io. 10. Esa. 10. Tunc reliqua Israël saluē fient. Item Ro. 11. Cum plenitudo gentium intraverit, tunc reliqua Israël saluē fient. Itud etiam possumus referre ad diem iudicij, ubi opera Angelorum congregabuntur mali, & boni recepturi suam mercedem, quia tunc reddet unicuique iuxta opera sua.

MORALITER iuxta illud congregauerunt oēs, quos inuenient, malos, & bonos, notādūm, q; triplex est locus, in quo hōes mansiōnem hīc p̄t. s. superior, inferior, medium.

Primus

Sermo II. de Euang. 293

Primus locus est celum, in quo soli boni habitant, quia (ut habetur Apo. 21.) Non intrabit in celestem Hierusalem aliquod coquinatum, aut abominationem faciens, sed tantum illi, qui sunt in libro uitæ agni. Secundus locus est infernum, & in hoc loco soli mali habitant, ut sunt homicidæ, latrones, adulteri, periuri, & huiusmodi. Nam oēs tales, ac similes illic de-structi Christus in die iudicij, dicens eis illud Mat. 25. Ite ma-ledicti in ignem eternum. Tertius locus est p̄fens mūsus, qui mediat inter celum, & infernum. Et in hoc loco simul habitant boni, & mali, & hoc ad utilitatē utrorūque. Primò quidē ad utilitatē bonorū, ut per uxationes, quas illis inferunt mali, purgetur à suis leuibus culpis, sine quibus nemo liber existit, aut certè, ut corū meritū per amplius cre-scat. Secundò uero ad utilitatē malorū, quatenus exemplo bonorum discant declinare à malo, & facere bonum.

ET notandum, q; de hac permixtione bonorū, cū malis in presente uita habemus triplex fidele testimoniu, uidelicet authoritatē figurā, similitudinē. Primi quidē authoritatem in decr. di. 47. quantumlibet. Vbi loquitur August. dicens. Quantumlibet uigilet disciplina domus meæ, homo sum, & inter homines uiuō, nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior sit, q; arca Noe, ubi tantum inter oēdo homines unus reprobus inuentus est. Aut melior sit, quam domus Abrahæ, cui dictū est. Eiice ancillā, & filiū eius. Aut melior sit, quam domus Isaac, cui de duobus geminis dictū est in Malachia, Jacob dixi. Eſau autem odio habui. Hæc ille. Secundò de hoc habemus figuram Gen. 7. de arca Noe, in qua erant animalia immitia cum miribus. Tertiò ad idem habemus similitudinem de grano cum palea. Item de Zizania in medio tri-tici, ut patet in parabola, quæ habetur Matth. 13. Item de li-lio, quod crecit inter spinas, similiter, & roſa. Ex quo Deus sic ordinavit, ut mali permiserent bonis, debent ipsi boni hanc Dei ordinationem patienter ferre, prout pulchre declarat Grego. hom. 38. ita dicens. Quousque hic uiuimus, necesse est, ut uitam presentis saeculi permixti peragamus in qua boni & quoniam mīter malos tolerare debent. Nam quisquis malos non tolerat, ipse sibi per intolerantiam suam testis est, quia bonus non est. Abel enim esse renuit a quem Cain malitia non exerceat. Sicut ergo in tritura-

arcg

arēe grana sub paleis permittuntur, & sicut flores inter spīnas oriuntur, & sicut rosa, quę redoleret, & crescit cum spina, quę pungit, sic boni in prēsentī permixti sunt malis. Hæc Greg. ubi supra,

N O T A N D V M insuper, iuxta illud uerbum. Rex autem cū audisset, iratus est, quod ille, qui est rex regum, & per quem reges regnant, irascitur contra sex genera hominum peccatorum, uidelicet, contra.

Negligentes iudices.

Carnales homines.

Gula vacantes.

Pœnitere differentes.

Iniusti mūrmurantes.

Fallaces mercatores.

P R I M ò igitur irascitur Dominus contra negligentes iudices, & superiores de eo, quod non puniunt culpas, & in sollicitudinibus suorum, & preferunt, ubi sunt notorii, & manifesti, cō quod inde natum est sequi scandalum in alijs. Et de huiusmodi ira legit Num. 25, ubi dicitur, quod cī filij Israel fornicati fuissent cum filiabus Moab, adorasse que Deos earum, iratus Dominus dixit ad Moysem, Tolle cī cōtōs principes populi, & suspēde eos in patibulis cōtra sole, ut auertatur furor meus ab Israel. Causa autem hmōi suspensionis principum fuit secundum Dominum Hugo. Card. cō quod non corripiuerent populum fornicantem, sumiliter legitur 1. Re. 2. de Heli fācerdote, quod corruit mortuus, cō quod non debitē correxisser insolentias duorum filiorum suorum. Studeant ergo principes, & iudices prælati, quique superiores sunt debitē punire delicta subditorum suorum, ne in eos sauiat ira Domini.

S E C U N D ò irascitur Dominus contra luxuriosos, & carnales homines, quia ut dicit Apo. ad Eph. 5. propter hoc super nephandissimum peccatum uenit ira Dei in filios differenti. i. hominum carnalium, de quorum salute diffidimus. Sed quando hoc factum est? Certe tempore diluvii, quod induxit super terrā in uindictā peccati carnis, ut patet Gen. 7. Itē dic de destructione Sodome, & Gomorrē. Gen. 19. Similiter idē dic de Gabaonitis, cōtra quos pugnantes filii Israel propter oppressionē uxoris hominis Leuitæ, ceciderunt die vñ.

22. milia

22. milia virorum, & die altero 18. milia, insuper diē tertio prostrati sunt 25. milia, ut pater Iudicum 19. & 20. cā. Nonne similiter iratus fuit dñs contra David propter adulteriū suum cum Bersabea uxore Vr̄ie Ethhei, ut diceret ei, Non receder gladius de domo tua in eternū. i. toto tempore ui- tē tuę, cō q̄ despixeris me, & tuleris uxorem Vr̄ie Ethei, ut esset uxor tua 2. Reg. 12. Nonne etiam iratus fuit Dominus cōrā Salomonem filium eiusdem David pp̄ eādem causam, ut patet 3. Re. 11. Et breuiter (ut dicit glo. super illo ea. flagitia 32. q. 7.) dñs pp̄ hoc uitii ad iracundia prouocatus inducit frequenter rēpestates, & pestilentias super terrā. Merito ergo, illi dicere possumus illud Abacuc. 3. Nūquid in fluminib. iratus es dñe? aut in fluminib. i. in viris luxuriosis furor tuus?

T E R T I ò irascitur dñs contra gulosos. Vnde in ps. legitur de filiis Israel, qui petierant carnes a dño, non contenti māna de celo ad eos missa, cō adhuc escæ erat in ore ipsorum, & ira Dei accessa est in eos. Ex quo patet, q̄ dñs nō distulit su mere uindictā de ingluviis iudicorū. Sequit̄: Et occidit pinguis eorum, i. druides, & potentes, cō q̄ tales magis solent offendere Deum p̄ ingluviis, quām pauperes, & inopes.. Vnde locus ille uocatus est usq; in prēsentē digm sepulchra cōcupiscentiæ, cō q̄ ibi sepulti sunt illi, qui desiderauerant carnes. Hanc autē historiā diffusè scriptā habes Num. 11. Nunquid etiam mirabiliter iratus est Dominus contra Adam pp̄ gulæ uitium, qñquidem propter hanc. cāusam solam eiecit eum de Paradiso deliciarum, ut patet Gen. 3. unde Ambr. & recitat̄ in decre. di. 3. 5. texto. Gula à Paradiso regnante expulit. Nonne deniq; propter eādem causam iratus est idem Deus, & dñs contra diuitem illū epulonem, qui epulo, ab epulis dictus est, cō q̄ epulabāt quotidie splendide, qñquidē de eo dī uoce Christi, q̄ sepultus est in inferno? Luc. 16. O terribilis ira. O secura uindicta. O durissima sepultura. Cauemus ergo charissimi gula, ne tādē ī nos simili ira desequiat.

Q U A R T ò irascitur dominus cōtra penitente differentes. Vnde Eccl. 5. Non tardes conuerti ad dominum, & ne discessas de die in diem, subito enim ueniet ira illius, & in tempore uindictā disperdet te. Vbi nota, quod tps uindictē est hora mortis cuiuslibet, uel hora indicij generalis, & in utroque tempore disperdet dominus illos, qui int̄m, & tādiū dif- ferunt.

ferunt penitere, quod de facto nunquam penitent. Et ideo qui prudentes sunt, penitere non differunt, postquam peccaverunt, sed more vulneratorum mox ad summum illum celestem medicum recurront. Vnde legitur in uitis partum de quadam fene, cui cum sua cogitatio diceret. Cras penite, respondebat dicens. Non cras, sed hodie. Craftina enim dies non est nostra, sed tantum hodierna, & praesens ad hoc nobis data est. Cras enim uoluntas Dei fieri. Hæc ille. O' igitur charissimi, hodie si uocem domini audieritis, nolite obdurate corda uestra, scilicet, dum tempus habetis, operemini bonū, ut dicit Apostolus ad Gal. 6.

Q u a r t o irascitur dominus contra iniustè murmurantes. Vnde legitur Num. 11. Quod ortū est murmur in populo contra dominum, quasi dolentī pro labore. Quod cum audister dñs, iratus est uehementer. Propter qđ misit ignem, qui deuorauit mediā partē castrorum. Similiter iniustè murmurauerunt dieti filij Israel contra dominū pp cibis, ut pater in codē ea. Et de hoc iam dictū est. Ira autē dñi contrainiustè murmurātes ostenditur ex pena, quę sequitur, qua perierunt. 14. milia hominum. Propter quod nos admonet Apostolus dictē ad Cor. 10. Neq; murmuraueritis, sicut quidā eorum murmurauerūt, & perierunt ab exterminatore, idest, Angelo executore diuinæ iustitiae.

Se x t o irascitur dominus contra fallaces mercatores, qui s. uendunt ad falsum pondus, & mensurā. Vnde Miche. 6. Mensura minor ira plena. Super quo dicit gl. interl, quod mensura minor prouocat iram Dñi. Tales etiam in signum irę Dei soleme excommunicati dominicis diebus in pronis parochialibus. Multum ergo habent timere de salute. Patent ergo sex hominem differentię, quibus irascitur dominus. Et hoc totum de tertio principali.

Q u a r t o principaliter in præsenti euangelio fit mentione de sententia rationabilis seueritatis, cum subditur. Intrauit autem rex, ut uidetur discubentes. i. ut uideri eos faceret, & uidit, idest, uideri fecit ibi hominem non uestitum ueste nuptriali, idest, fide formata, uel charitate, quę est illa uestis, quę operit multitudinem peccatorum, ut haberetur. P. tri. 4. Et ait illi amice, quomodo huic intraisti, scilicet, ante conspectum iudicis, & regis aeterni, non habens uestem nisi ptailem?

At ille obmutuit. Quod ideo dictum est, quia in illo districto iudicio tam euides erit uniuscuiusque reprobati damnationis causa, ut se excusare non ualeat. Tunc dicit Rex ministris. Legatis pedibus eius, & manibus mittite cum in tenebras exteriores, qui fui prius in tenebras interiores. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Fletus quidem propter calorē, stridor autē dentium propter frigus, quia ut haberetur Job. 24. Transibunt damnavi ad aquas niuium ad calorem niuum.

M O R A L I T E R notandum iuxta illud uerbum. Amice quō huic intraisti, qđ in die iudicij seuerus ille iudex Christus interrogabit quēlibet prælatū faciens illi tres quæstiones. Pri ma igitur quæstio erit. Amice quō intraisti ad prælaturā, idest, quis te ad cā introduxit, mūdus, uel Deus? Et ad qđ, ad onus, uel ad honores? Et per quā portā, siue ostiū? quia ego sum ostiū, & ideo bene scio, si per me transisti. i. si amore mei curā animarū suscepisti. Secunda quæstio erit. Amicē quō in prælatura vixisti, sicut episcopus, aut sicut rusticus? Sicut homo, uel sicut equus? Sicut pastor, aut sicut pecus? Tertia quæstio erit. Amice, quomodo rexisti populum tibi subditum. In quibus pauci populum tuū? Quomodo à lupis, & latronibus gregem tuum custodisti? Quantas uigilias, & quantos labores pro grege meo sustinuisti? O' quam malum responsum dabunt tunc summo regi multi prelati? Ceterū tunc multi laudabunt Deum, de eo quod non fuerint asumpti ad prælaturam.

TANDEM in fine Euangeliū concludit Christus terrible, & stupendum uerbum dicens. Multi sunt uocati, scilicet, ad celestem gloriam. Quinimum omnes uocantur ad illā sufficiēter, & uoluntate Dei antecedente, qui vult omnes homines saluos fieri, ut dicit Apostolus. 1. ad Tim. 2. Sed uoluntate consequente, quia ipse vult omnes in malis finaliter perseuerantes damnari, pauci eliguntur ad celestem gloriam, eō qđ maxima pars hominum uiuit, & perseuerat in peccato, ideo subditur. Pauci uero electi. Nam (ut dicit Orige, in glof. super librum Nu. 14.c.) timendum est christianis, ne eo modo introeant in regnū cœlorū, quo filij Israel in terram promissionis, s. duo tantum, præter sacerdotes. Propterea dicit Apostol. 1. ad Cor. 9. qđ qui in stadio currūt, oēs qđē currunt, fed uquas accipit brauiū. Solet etiam dari exemplum de electione

Dominica xx i. post Trinit.

he episcopi, ad quam omnes electores uocantur, nihil omnibus tantum unus eligitur, etiam si essent centum, aut milie uocati. Taliter ergo charissimi uiuamus in hoc seculo, ut mereamur ad celestem gloriam tandem efficaciter uocari, & eligi. Prastante Dño nostro Iesu Christo, qui cum patre, &c.

Dominica uigesima prima, post Trinitatem, sermo primus de Epistola.

NDVI TE uos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus, &c. ad Eph. 6. Inter substantias creatas, duas praecellunt in perfectione, scilicet Angelus, & homo. Quae quidem duæ substantiae, sic inter se differunt, quod una est merè spiritualis. Angelus, altera uero, scilicet, homo partim est spiritualis, uidelicet, ex parte animæ, partim etiam corporalis, uidelicet, ex parte corporis. Quantum uero ad primū cōuenit cū Angelo, quantum uero ad secundum cum pecudibus. Angelo igitur, cum sit merè spiritualis, fecit Deus unam armaturam spiritualem, ut possit stare. Armaturā, inquam, gratiarum, & uitrum. Homini uero fecit armaturam duplēcē. Vnam quidem protegen tē animam instar armaturæ angelicæ. Aliam uero protegentem corpus, scilicet, iustitiam originalem ante lapsum, quem melius cooperiebat, & conseruabat corpus, quām modō faciant omnes uestes totius mundi. Post lapsum uero fecit idem Deus aliam armaturam homini ad protegendum ipsius carnem, longè tamen in inferiore à iustitia originali, de qua Gen. 3. Fecit Deus Adæ, & uxori eius tunicas pelliccas, & induit eos. Dicit igitur armaturam fecit dñs Adæ, & Eue, aque posueris eorū; vt possint stare aduersus diaboli infidias, quem maxime insurgunt ex incauto aspectu partium pudendarum. Item, ut possint stare aduersus instantis frigus, partiter & aeris intemperiem. Ad primam igitur armaturam, quem spiritualis est, assūmedā super nos, salubriter, & charitatib[us] nos admonet Apost. in præsenti epistola, prout præmissum est dicens, Induite uos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus, &c.

IN præsenti ergo epistola Apostolus uidetur tenere mo dum

Sermo I. de Epist. 296

dum ducis aliquius exercitus, sive Capitanei armorum, qui inimicente bello, quatuor facit ad sibi subditos milites. Nā primò eos confortat, ut non timeant aggredi bellum. Se cunq[ue] monet eos assumere arma. Tertio necessitatem illis se armanti declarat, eō. s. q[uod] inimici eos aggredientes sunt fortis. Quartò docet eos modum se armanti, & quibus armis indigeant, simul ostendens. Sic & Apostolus, tanquam dux, & capitaneus militum militiae Christi, facit spiritualiter in præsenti epistola quatuor predicta. Primò nempe milites Christi confortat, in principio epistole. Secundò eos ad assumendum arma instigat, ibi, induite uos armaturam Dei. Tertio, cur necesse sit illis se armare declarat, ibi quoniam non, &c. Quartò ip[s]i, qualiter se armare debeant, insinuat, ibi, Propterea accipite, &c.

PRIMÒ igitur, capitaneus egregius ecclesie Paulus in principio epistolæ milites militiae christianæ, & Christi confortat, ut habent bonum animum in bello. Confortamini in domino, & in potentia iuris eius. Et nota, q[uod] non dicit Apostolus, Confortamini in propria iuritate, aut merito, sed in domino iuxilio Domini contra bellum Diaboli, ut dicit interl. & in potentia iuris eius, qui dat iuritatem & fortitudinem pugnare uolentibus, ut dicit eadem glossa.

PRO quo notandum, q[uod] sicut milites terreni, & huic seculi solent confortari propter tria. Primo quidem, quando militant sub potenti principi. Secundo, quando sperat bonum, & forte adiutorium. Tertio, quando expectant bonus salariū, sive bona stipendia. Sic & Christi milites debent confortari in bello spirituali, quod habent gerere contra militiam démonum, & hoc propter predicta.

PRIMÒ quidem, quia militant sub nobilissimo, & potenter principe Iesu Christo, qui est rex, regum, & dominus, dominantium. Et per consequens ceteri reges sunt eius uassali, & reguli respectu illius. Ceteri enim reges habent potestatem super terram, etiam tantum in determinata à parte illius. At uero iste loquens de potestate sua Matr. 2.8. ait. Dat a est mihi omnis potestas in celo, & in terra. Item de amplitudine potestatis illius prædictus Ps. cum ait. Dominabitur à mari, usque ad mare, & a flumine, usque ad terminos orbis terrarum. Et bene quidem merito sic ampliatur potestas,

Regnum prædicti regis æterni, quia Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & uniuersi, qui habitat in eo. Ecce quonodo milites Christi militat sub rege nobilissimo, & potentissimo, & ideo debent consolari, & fortiter animati in bello spirituali.

SE C V N D ò milites prædicti debent confortari in prædicto bello, eò quod indubie dicunt sperare potentissimum adiutorium à Domino. Nam sicut reges terreni solent milites suos deputatos ad custodiā alicuius fortalitij tripliciter confortare aduersus hostes illis iugiter insidiantes etiā die, ac nocte. Primo quidem prouidendo illis de annona, ne ob defectum uictualium cogantur se reddere aduersariis, quia ut dicit lex imperialis incipit repetita. C. de erogatione militaris annoꝝ milites imperij debet habere uite necessaria, quandiu sunt in expeditione. Secundò uero mittendo eis milites nouos, & recentes in adiutoriū. Tertiò autē ad adiutoriū eorū in propria persona accedēdo, & tunc maximē legitantur, & animantur dicti milites, atq; terrentur, & fugatur hostes. Ita in proposito portat rex ille celestis circa milites suos, qui militant in hoc seculo contra carnem, mundum, & diabolum, custodes castri corporis sui.

PRIMO nempe prouident illis de annona optima, & quam nulla meliori, ut pote, de optimo pane, & uino, qui sunt corpus, & sanguis ipsius, de quibus ipse met. Jo. 6. loquitur dicens. Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Et in psal. Panem Angelorum mandauit homo, popule, in sacramento altaris. Cibaria misit eis, scilicet populis Christianis in abundantia. Quod ideo dictum est, eò quod panis iste sacramentalis sumptus non consumitur.

SE C V N D ò iste rex mittit sepe duces fortes militibus suis, hoc est, Angelos in auxiliū eorum, qui arcent eorum ad aduentarios. i. dēmones. psal. Angelis suis Deus mandauit de te, ut custodian te in omnibus uisuis tuis. Vide Aug. ad fratres in erem. fo. 4. 6. qui intitulatur de Angelis, & hospitalitate, dicit, quod debemus ualde diligere sanctos Dei Angelos, quia ipsi sunt, qui pronobis contra demones pugnant, & uictoriā obtinent. In cuius figuram legitur. 4. Re. 6. quod cum rex Syriae misisset exercitū magnum ad capiendum uirū Dei Hælisēū, timuit ualde Giezi seruus eius.

Pro quo rogauit uir Dei, ut aperirent oculi eius, & vide-ret mysterium, quod uidebat. Cumq; aperi. essent eius oculi, mox uidit angelorum milia. Et ait illi Helisēus. Ecce uidet quomodo plures sunt pro nobis, quam contra nos. Applicatio est facilis.

TERTIÒ iste rex personaliter in propria persona uenit in adiutoriū militū suorū, ut eos protegat cōtra insidiantes hostes. Ipse enim assūtit fidelibus suis in omnibus tērationibus, & tribulationibus suis, iuxta illud ps. Cū ipso sum in tribulatione, i.e omni tentatione, qua tribulatur mens humana. Sequitur. Eripiam eū. s. hominem fidelē tentatū, & glorificabo eū, sup. i. celo, eò q; in p̄senti viriliter dimicauerit. Si enim bñ confidauerimus nostrā infirmitatem, & hostiū nostrorū spiritualium fortitudinem, meritò poterimus clamare ad dñm, ut dignetur nos in tantis angustijs iuare, dicentes cum Iosaphat rege. 2. Paralip. 20. In nobis non est tanta fortitudo, ut possimus huic multitudini resistere, que irruit super nos. Sed cum ignoremus, quid agete debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te dñe, qui sup. solus potes nos de manu inimicorum nostrorum spiritualium, & corporalium eripe. Non ergo desperemus charissimi de Dei adiutorio, cū tentamur à diabolo, quamvis fortissimo, sed dicamus dño cum illo sanctissimo Iob. 17. c. Pone me dñe iuxta te, & cuiusvis manus pugnat contra me. De quo etiam domino dicebat Apost. ad Philipp. 4. Omnia possum in eo, qui me confortat. Et Hie-tem. 20. ca. Dominus mecum est tanquam bellator fortis, ideo qui me persequuntur, scilicet demones, cadent, & inservi erunt. Confortamini igit̄ charissimi in domino, spe-rantes in omni potentia uirtutis eius. Quod ubi feceritis, dominus pugnabit pro uobis, ut olim dixit Moses filijs Israel Exo. 14. De quo etiam dicit psal. q; ipse dabit uirtutem, & fortitudinem plebi sui, idest, electis, ut ualeant resiste diabolo.

TERTIÒ milites Christi debent confortari, eò quod habent sperare magnum salarium, sive stipendium, quia oculus non uidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non ascendit, que preparauit Deus diligentibus se, ut habetur Esaï. 64. Item 1. ad Corinth. 2. Vnde Psal. Quā magna Ser. Do. G. Pep. Pars Actiū. pp multi-

multitudo dulcedinis tua domine, quam abscondisti timentibus te. Legitur enim de Alexandro magno, qd cum semel haberet pugnare contra quandam regem ditissimum, cuius etiam milites erant auro, & argento ornati, dixit militibus suis. Charissimi fortiter pugnemus aduersus istos, quia vincendo ditabimur in immensum. Sic & dominus animans milites suos ad pugnandum strenue contra hostem antiquum, & contra peccata, pollicetur illis maxima donaria post hanc uitam, dicens illud Apocal. 2. Vincenti dabo manna absonditum, id est, suauitatem dulcedinis aeternae, que pro nunc est abscondita ab oculis nostris. Debenimus ergo charissimi in praesenti uiriliter militare, ut tandem stipendia celestia mereamur percipere, quia ut dicitur. 2. ad Timothae. 2. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Patent ergo tria, propter quæ meritò debemus, tanquam veri milites Christi confortari in Domino. Et sic patet de primo principali.

S E C U N D O principaliter in praesenti epistola capitaneus ecclesie Paulus instigat, & incitat milites Christi assumere arma ad praelandum contra durissimos suos hostes demones, cū air. Induite vos armaturam Dei, globo, interl. virtutes, que em exercitium extra apparent. Nam exercitium virtutum ornat hominem interiorius, & exteriorius. Interiorius quo ad Deum, exteriorius quo ad homines. Propter quod apostolus ad Rom. 13. loquitur dicens, Abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Da exemplum de milite, qui cum uult se armare, primò abijcit priores uestes, quæ possent eum impeditre ab assumptione armorum, deinde assument ipsa arma, & sic uadit ad pugnam. Et de istis armis loquitur Apostolus. 2. ad Cor. 10. dicens. Arma militia nostra non sunt carnalia, sed parentia Deo, i. habent potentiam à Deo, ad destructionem munitionum, sup. diaboli. Induite ergo vos charissimi armaturam Dei, ut possitis stare, id est, resistere, & præualere aduersus infidias diaboli, quæ multæ sunt iuxta illud Ecclesiastic. 11. Multæ sunt infidiae Diaboli:

M O R A L I T E R. Notandum, qd triplex est armatura, scilicet, mundi, diaboli, Dei.

P R I M A armatura est corporalis, & materialis, quæ utuntur

eruntur milites huius seculi pro tuitione, & defensione reipublica. Et haec armatura soler penè infinitis malis implicari. Propter quod beatus Amb. postquam apud Mediolanum baptizauit Augustinum, inter cetera monuit eum, ut nunq. consuleret homini ite ad bellum, & hoc propter mala, quæ à militibus fieri solent.

S E C U N D A armatura est spiritualis, & criminalis, & haec est diabolica, qua induuntur homines peccatores. Est enim diabolus superbus, inuidus, iracundus. Qui ergo sunt superbi, inuidi, & iracundi, induunt se armatura diaboli, & effectu ostendunt se esse de militia eius, quibus ipse dat modica stipendia in praesenti, scilicet, delectiones mundanas, & nitiosas. In futuro autem dabit illis optima stipendia more suo, scilicet aeternam damnationem, quia ut habet ad Roman. 6. Stipendia peccati mors, sup. aeterna. Qui ergo cupiunt saluari, debent deponere armaturam diaboli, & induere se armatura Dei. In cuius figuram legitur. j. Reg. 17. quod cum David induisset arma Saul, quæ erant nimis grauia, non potuit sic incedere, & ideo ipsa expoliauit, arcus dimisit, & postea cum alijs armis simplicibus in nocte domini contra Goliam dimicavit, & eum uicit. Ad propositum, arma Saul sunt arma diaboli iniuritate plena, quæ sunt valde grauia, & ponderosa, intantum qd hominem deprimit usque ad infernum. Vnde psal. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauata sunt super me. Qui ergo talibus armis induuntur, non possunt debite incedere versus celum, neque contra diabolum dimicare, quia sunt de parte eius, restat ergo, ut abijciantur, &arma Dei assumantur. Et hoc est, qd loquitur Apostolus Rom. 13. dicens, Abijciamus opera tenebrarum, quæ sup. suas armas diaboli, & induamur arma lucis.

T E R T I A armatura est diuinialis, & uirtutialis, de qua loquitur Apostolus in praesenti Epistola dicens. Induite vos armaturam Dei. Hæc autem armatura non est aliud, quam uirtutes, gratia, merita, & sancta opera, quæ armant hostem contra diabolos. Hęc ergo arma sunt in triplici differentia. Quædam enim sunt inuisiva, ut sunt orationes, ieiunia, elemosynæ, & cetera iusta opera, per quæ iusti inuadunt Demones, & peccata, ut illa exterminent. Quædam sunt defensiva, ut

sunt virtutes, & dona quibus defendit se homo à diabolo, & ab omni tentatione. Quadam uero sunt protectiva. Et huiusmodi est gratia gratum faciens, qua immediate inhaeret anima ad eam protegendum ab infidibus diaboli. De qua armatura recte potest intelligi præsens uerbum Apost. dicentis. Induite uos armaturam Dei, i. gratiam Spissitudi, ut possitis stare aduersus infidias diaboli.

C I R C A quod iterum notandum, q̄ arma militiæ Christi habent multas pulchras proprietates, & conditiones.

P R I M O enim sunt lucida, sive clara, nitida, & polita. Propter quod uocat ea Apostolus arma lucis. Nam sicut arma aliqua dicuntur lucida à luce, eo q̄ lucem emittunt, sicut dicitur. 1. Machab. 6. q̄ refulgit sol in clypeos aureos, & resplenderunt montes ab eis, ita arma militiæ Christi, quæ non sunt aliud quam virtutes, & bona opera dicuntur merito lucida, eo q̄ lucent in oculis aliorum per bonam exclaritatem. Vnde Matth. 5. Ait luceat, inquit Christus, lux vestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificant patrem uestrum. In cuius figuram legitur. 1. Mach. 11. q̄ apparuit machabæus præcedens eques in veste candida, & armis aureis. Vbi ad propositum præcedens eques est quilibet bonus prælatus, qui alias præcedit, non tam officio, quam bone uitæ exemplo. Et hoc designatur per uitem candidam. Debet autem talis habere arma aurea, id est, sancta opera, ad quorum comparationem opera subditorum debent esse ferrea.

S E C U N D O arma militiæ Christi sunt nobilia, quia solis filiis regis æterni dantur etiam ab ipso solo rege. Omnia enim alia bona commisit Deus danda nobis per creaturas, ut soli lucere, igni calefacere, aquæ infrigidare, & huiusmodi. At uero ista arma, scilicet, virtutes, & dona referuant ad manum suam danda filii suis. Et hoc quod dicitur Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deservit est, descendens à patre lumen.

T E R T I O prædicta arma sunt distinctiua. Distinguunt enim inter filios regni, & gehennæ, inter milites Christi, & satellites diaboli, inter filios Dei, & seruos peccati. Et ideo sicut milites distinguuntur, & cognoscuntur ab iniucem per arma, sive scuta, quæ supra se in bello deferunt, ita

in propo-

in proposito.

Q V A R T O huiusmodi arma sunt ualde uirtuosa, eo q̄ defendant hominem ab omni uulnere peccati, etiam à morte eterna, quantu in se est. Vnde Boetius de cõs. li. i. profa. 2. Talia, inquit, tibi contuleramus arma, quæ nisi prius abiecisses, iniuncta te firmitate tuerentur.

Q V I N T O predicta arma sunt necessaria, alias non possemus resistere hostibus nostris, scilicet, démonibus. Et hanc necessitatem satis expressit Apostolus in predictis uerbis, cum ait. Induite uos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus infidias diaboli. Quemadmodum ergo fatuus est, & presumptuosus, qui inermis ingreditur bellum corporale, sic per amplius, qui absque armis spiritualibus, sed propria virtute præsumit ingredi bellum spirituale.

T E S T I D O principaliter in predicta epistola predictus capitaneus Ecclesiæ Paulus declarat, cur debeant milites Christi se armare armatura Dei, cum ait. Quoniam non est nobis collectatio aduersus carnem, & sanguinem, id est, non habemus pugnare contra homines, qui sunt debiles, & fragiles, sed aduersus principes, id est aduersus Démones, qui principiant super malos. Vnde, & Iohann. 14. dicit Christus. Venit princeps, id est, Diabolus, mundi huius, hominum mundanorum, & peccatorum, & in me non habet quicquam. Sequitur. Et potestates, id est, aduersus illos Démones, qui potestatē exercent super malos homines, tenentes eos in laqueis suis captiuos. Vnde de démons, & peccatore dicitur in Psalm. In laqueo suo humiliabit eū. Sequitur. Aduersus mundi rectores tenebrarum harum. Ac si aperte diceret Apostolus. Est nobis collectatio, sive pugna aduersus démones, qui regunt mundanos peccatores, qui habitant in tenebris peccatorum. De quibus dicitur Sap. 2. q̄ excecauit eos malitia eorum. Non est ergo sensus, q̄ ipsi démones principiant mundo, hoc est cœlo, & terra, quia domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & uiuersi, qui habitant in eo. Sed per mundum in proposito intelliguntur peccatores, qui nō uidentur cognoscere Deitatem prædictam eum super omnia diligendo, & precepta illius seruando. Et de tali mundo dicitur Iohann. 5. q̄ mundus eū, scilicet, Chum non cognovit. Et Iohann. 5. Totus mūdus in ma-

lignum positus est. Insuper est nobis colluctatio contra spiritualia nequitię in celestibus, idest, contra nequissimos illos spiritus, qui habitant in aere caliginoso, & qui permissione diuinę interdum procurant tempestates, & tonitrua. Insuper & usq; ad nos descendunt, ut nos tentent, & ad tentationē efficiaciter inducent. Hęc igitur est mirabilis colluctatio, idest, simili luctatio, quam habent iusti contra démones. Propter quod meritò dicunt induere se armaturam Dei, ut eos admodum Apostolus in presenti Epistola.

M O R A L I T E R. Notandum, q; meritò debemus nos armare, & timere prædictam colluctationē, seu pugnam, & hoc propter multa, que tangit Apostolus in prædicto textu.

P R A M O quidem propter traditionem, siue perditionē. Nam caro, quae deberet esse hominī amica, & fidelis, cum sit altera pars ipsius, eum quantum in se est, prodit, & in manus inimicōrum suorum démonū tradit, instar Iudei quo ad Christum. In cuius figurā legitur Iudic. 16. quod Dahlia, per quam intelligitur humana caro, siue sensualitas, tradidit proditoriū uirum suum Sansonem, per quem intelligitur humanus spiritus, in manus Philistinorum, idest, démōnū omni. Vnde Aug. ad fratres in eremo ser. 49. qui intitulatur de miseria carnis. **C a r o**, inquit, est, quæ animam prodit, caro est, quæ inimicum recipit cum uitij suis. Et post pauca. Caro inimica est animæ, quæ si inimica non esset, non utique huius seculi vanitatem diligenter, & uita uana nō frueretur. Hęc ille. Propterea Ambr. super Psal. Beati immaculati, exponens illum etiū. Paulominus consummaverunt me in terra, uocat ipsum carnem domesticum hostem hominis. Vnde Michee 7. Inimici hominis domestici eius. Et si dicitur in contrarium, quod iuxta uerbū Apostoli non est nobis colluctatio aduersus carnem, & per consequens non prodit nos, nec efficit nobis inimica. Respondetur, q; dictum Apostoli est intelligendum cum præcisione, scilicet, ad hunc sensum. Non est nobis colluctatio præcisè aduersus carnem, & sanguinem, sed etiam aduersus principes, &c.

S E C U N D O debemus timere colluctationem démonum propter ipsorum multitudinem, quia reuera sunt multi, ita ut dicat Iohann. Apoc. 12. quod draco, idest, lucifer traxit terram partem stellarum, idest, Angelorum. Et ideo sicut mil-

ges timent hostes, quando sunt in magna multitudine, ita in proposito.

T E R T I O debemus timere prædictam colluctationem spiritualem propter aduersiorum potestatem, qui hic uocantur principes, & potestates, respectu quorū sumus, quasi uermiculi de terra. Vnde de diabolo dicitur Job. 9. quod si fortitudo queritur, robustissimus est. Et ciudē. 4.1. Non est potestas super terram, quæ comparetur eius, qui factus est, ut nullum timeret. Vnde in figuram huius legitur. Num. 13. quod aliqui qui descenderant ad terrā promissionis de manu Moysi ad explorandum eam, multa bona retulerunt de ea. Alij uero dixerunt ad Moysem, nequaquam ualemus ad hunc populum ascendere, quia fortior nobis est. Nam populus, quem ibi uidimus, proceræ statuæ est. Ibi uidimus monstra quædam filiorum Enach de genere giganteo, quibus comparati, quasi locustæ uidebamur. Ad propositum filij Enach de genere giganteo sunt démones, quibus comparati homines uidentur quasi locustæ. Et ideo meritò debemus timere inire bellum contra eos, & præsertim nisi Dominus adiuverit nos.

Q U A R T O debemus timere prædictam colluctationem propter eorundem malignorum spirituum confederationem. Sunt enim confederati cum malis hominibus, & ipsi mali homines cum eis, respectu quorum dicuntur rectores, cum ait Apostolus. Est sup. nobis colluctatio aduersus mundi rectores, idest, aduersus démones, qui sunt rectores mundi, idest, mundanorum hominum, seu peccatorum ambulantium in tenebris. Et bene dicuntur démones mundi rectores, idest, hominum peccatorum, quia obediunt eis, & faciunt, quæ placita sunt eis semper, quinimo, quæ ipsi démones in propria persona facere nequeunt, procurant fieri per malos homines, quos regunt. Da exemplum de homicidio, adulterio, prædictione, furto, & huiusmodi.

Q U I N T O debemus timere sepe dictam colluctationem propter ipsorum principum, idest, démonum caliditatem. Sunt enim spirituales substantię, quæ minimè uideri possunt oculis corporeis, & ideo minus præcaueri possunt. Da exemplum de militibus, qui quandoq; se abscondunt in nemoribus, aut uallibus, ut sic cauti uaderet possint hostes suos.

Dominica xxi. post Trinit.

Ita in proposito . Et hoc notauit Apostolus,cum addidi, contra spiritualia nequit, est nobis, sup. colluctatio, idest, contra dēmones, qui sunt spiritus nequissimi, sive nequaerit, & ini quitate pleni . Et uerē nequissimi, quia nō cessant ex inuidia qua pleni sunt, nostrā impēdīre salutem, & procurare eternā mortem , sicut ab initio mundi semper fecerunt, iuxta illud Sap.3. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum .

S E X T O debemus timere prædictam colluctationē propter impēditionē . Nutuntur enim impēdīre, quantū possunt ascensum nostrum in cēlum, præcludentes nobis viam, quantum in eis est . Et hoc tangit Apostolus, cum subdit, in celestibus . Ac si apertē diceret, quod huismodi principes, & potestates tenebrarū harum, siue nequissimi spiritus habitat in cēlestibus pro parte, idest, in aere caliginoso . Notandum enim quod non omnes descenderunt in infernum, sed aliqui qui misericordia peccauerūt, remanserunt in aere caliginoso, ut sic impēdīre ualeant ascensum iustorū, & electorū in cēlum empyreum, sicut de multis sanctis patribus legitur . Vnde August.lib.8. de ciuitate Dei ca. 22. de iphis demonibus loquēs dicit, quod sunt spiritus ad nocendū cupidissimi , à iustitia penitus alieni, superbia tumidi, iniuidientia liuidi, fallacia callidi, qui in hoc aere habitant, quia de cœli superioris sublimitate cieisti merito irregressibilis transgressionis in hoc sibi congruo uelut carcere damnati sunt . Hac ille . Patet ergo, quod propter sex rationes debemus timere colluctationem aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores, &c.

DE I N D E Apostolus, ut nos cautores reddat circa spiritualiē militiam, quam docuit esse timendā propter prædictas rationes, repetit eandem sententia, quam prius dixerat, cum ait. Propterea , id, propter sex mala prædicta, accipite armaturā Dei, idest, gratiam, & charitatem, cum ceteris uirtutibus ad salutem necessariis . In cuius figuram legitur.1. Mach.3. quod Judas Machabeus induit se loriam, sicut gigas, & succinxit se arma bellica . Rationem autē cur Apostolus præcipit nobis assumere prædictam armaturam, assignat cum subdit, ut possitis resistere, sup. aduersarijs uestris spiritualibus in die malo , idest, in hac mortali uita, quandiu durat, quæ tota plena est tentationibus, iuxta illud Job.7. Militia(uel secundum aliam literam tentatio) est uita hominis

Sermo 1. de Epif. - 301

Mis super terrā . Non ergo dies in se ma li sunt, maximē cum illos fecerit Deus, ut patet Gen.1. Vnde Psal. Tuus est dies, & tua est nox . Et alibi, hæc dies, quam fecit Dominus . Dicuntur ergo dies mali proper malitiam hominū in eis regnantiū, alijs dies quantum pertinet ad spatiā horarū, sunt boni, ut pote à Deo ordinati . Assumamus ergo charissimū armaturam Dei, idest, uirtutes, ut possimus resistere diabolo, & omnibus tentationib⁹ eius in die malo, idest, quandiu durat uita præsens, & in omnibus perfecti stare, scilicet, in bono uirtutis: Cuius contrarium faciunt duo genera hominum . Primi sunt, qui uolunt esse perfecti in uno genere uirtutis, sed non in omnibus . Secundi sunt, qui incipiunt quidem bene facere, sed non stant in bono perseverando . Contra primos ergo dicit Apostolus: In omnibus perfecti . Contra secundos uero subdit: State.

M O R A L I T E R ergo notandum, iuxta armaturam uitatum, quod contingit homines uario modo se habere conformiter ad armaturam corporalem .

PRIMI sunt, qui nunquam assumunt armaturam Dei, ut sunt illi, qui continuè perseverant in peccatis . Et tales pro certo sunt ualde fatui . Nunquid ualde fatuus reputaretur, qui haberet arma in camera, aut qua ad uoluntatem amicus eius ueller sibi dare, & tamen nunquam illa assumebat, etiam quantumcumq; conuersaretur continuè inter hostes crudelissimos non querentes aliud, nisi qualiter eum occidant, matcent, & perdat . Sic est autem, quod continuè conuersamur inter hostes illos saeuissimos dēmones, quorum totus iste aer plenus est, & qui nō querunt aliud, quam nos perdere . Cum igitur arma sint parata, scilicet, auxilium diuinum super nos, insuper & gratia Dei, quam indubie nobis dabit Dominus, si modō corde cōtrito illam petierimus, ualde fatui sumus, & miserri, si inertes inter tot, & tales hostes manferimus . Dicamus ergo ad Dominum illud Psal. Apprehende arma, & scutum, & exurge in adiutorium mihi . Effunde frameam, &c.

SE CUNDI sunt, qui assumunt quidē arma, sed illa sunt illis nimis ponderosa, & grauia pro ipsis, & ideo illa abiiciunt, Et de hoc habemus historiam.1. Reg.17. De David, quem cum Saul induisset lorica, & posuisset galeam æreana super

Dominica xx i. post Trinit.

Super caput eius, ut pugnaret cōtra Philisteum, tentauit, an armatus posset incedere. Non habebat enim cōfūtudinem deferendi arma. Propter quod statim dixit ad Saul. Non possum sic incedere. Er̄ ideo de pugnis armis Saul, induit se pīo rībus uelutibus, atq; cum talibus vicit Philisteum. Ad propositum. David inexpertus in pugna spirituali, ut pote, in penitētia, in austerritate religionis, in uita solitaria, in uigiliis multis, in assiduitate orationis, & hīmōri. Talis ergo principiū sīc conuersationis nō debet prīmū aggredi ardua, ne succumbat, cō q; non habet adhuc pugnandi cū talibus armis cōfūtudinem. Debet ergo prīmū se affūfacere in leuitibus, & postmodum aggredi grauiora. Vnde & triplex gradus hominū bonorū, & iustorū distingui solet, videlicet, incipientiū, proficiētū, & perfectoriū. Nemo enim repente fit summus, nt ait. Iuuenialis Poeta. Propterea ab ordine prefectū spūlis hominū loquē ps. ait. Ibunt de uirtute in uirtutē, de uitute imperfecta in uitute perfectā, & tādē uidebit ab eis Deus Deorū in sion, i. in celo. Qui aut̄ aliter faciūt, & cōter, & in breui deficiunt, descendentes de mirabilia usque ad defectū.

T E R T I I sunt, qui armant se ex una parte corporis, alterā relinquent inermē, cū tamē fortē indigeat maiori armatura, ut est caput, pectus, facies & huiusmodi. Sic in bello spirituali, qđ habēdūm est cōtra dēmones, & peccata, aliqui satis bene se armant ex una parte, ex qua forsan minus tentantur à Diabolo. Relinquunt aut̄ illā partē inermē, ex qua sunt debiliores, & ex qua illū imminet grātius periculum, id est, ex qua sunt ad peccatum procliviores, nō attendentes afluatiā dēmonū, qui more pugnantū contra aliquod fortalitiū, semper ipsos homines inuadūt, & oppugnant ex debiliōrī. Nā ut dicit Gre.li.14.moral.c.6. Existunt qualitates morum, quæ certis uitijs sunt uicīne. Mores enim asperi, aut crudeli tati, aut superbiæ solent esse coniuncti. Mores autem blādi, & quām decet paulo amplius lētiores, nonnunquām luxuriæ, & dissolūtiōnē sunt propinquiōres. Intuetur ergo inimicus generis humani uniuersūiusque mores, & cui uictio sint propinquiōres considerat. Illa ergo opponit ante faciem, ad quē facilius cognoscit inclinari humanam mentem, ut blandis, ac lētis moribus sape luxuriam, nonnunquām uanam gloriam, asperis uero mentibus iram, siue superbiam, aut crudeli-

Sermo i. de Epiph. 302

crudelitātē proponat. Ibi ergo mōrē pugnare possunt potius, ubi semitam mentis esse coniuncti. Haec Greg. ubi loquitur. Isid.li. 3. de summo bono. c. 5. Diabolus, inquit, quando decipere quemque querit, omnis naturam uirūs quālique intentit, & inde se applicat, unde aptūm hominem ad peccandum inspicerit. Nam, & qui aquam altūcū deducit, no tam per aliam partem mittit, nisi ubi imperium eius intenderit. Hæc ille. Pater ergo, quōd maximē debent homines se armare ad pugnandum contra diabolū ex ea parte, qua sunt debiliores, & inertiores.

Q U A R T I sunt, qui tunc prīmū se armare uolunt, qñ pugnam adesse sentiunt, ut pote, quando inimici iam sunt intra ciuitatem, aut castrū. Et tales communiter decipiuntur, quia non permititur eis se armare, sed de facili iugulan tur. Sic, qui non preueniunt tentationes, carnis, mundi, & diaboli, siue debitas abstinentias faciendo, siue per deuotā orationem Deo se commendando, sed expectant horam con fidūs, tales communiter uincuntur, & superantur. Optimum igitur remedium est præuenire tempus, & horam colūctationis, iuxta illud Psalm. Præueni eum, & supplantā eum, scilicet, diabolū, aut carnalem motum. Da exemplū de militibus custodientibus aliquod castrū, qui quā doque faciunt unum insultum, siue cursum, Italicē una scaramuccia, super aduersarios suos, ut sic eos terreat. Quinti sunt, qui deferunt arma rubigine plena, cō quōd non utuntur eis frequenter, sed raro, & ideo de facili contrahunt rubiginem. Sic multi sunt, qui habent multa Dei dona, ut pote donum uerbi, donum scientiæ, donum consilij, & huius modi. Et tamen hēc arma quandoque sunt rubiginosa, & non lucida, & hoc propter defectūm boni usus, & exercitij.

S E X T I sunt, qui negligunt claudere portas, & uias, per quas inimici possunt de facili ingredi castrū, seu ciuitatem. Sic spiritualiter, qui negligunt claudere portas oculorum suorum, pariter & aurium, citò adesse sentiunt inimicos suos dēmones intra corda sua, ita ut meritō dicere possint illud Hier. 9. Ascendit mors per fenestras nostraras, ingressa est domos nostras. Pater ergo, quomodo possunt homines deficere uariis modis circa militiam spiritualem, & corporalem. Et sic patet diffusē de tertio principali.

Dominica xxi. post Trinit.

QUARTÒ principaliter in præsentia Epistola egregius ille ecclesiae Christi Capitaneus Apostolus Paulus ostendit qualiter milites Christi se armare debeat, cum ait. State ergo succincti, &c. In quibus uestibus ostendit, qua facere debet.

PRIMÒ igitur dicti milites debent succingere lumbos suos in uestitate per castitatem, prout eos admonet Christus Luc. 12. dicens. Sint lumbi uestri præcincti. Notanter autem dicit Apostolus, quod lumbi debent succingi in uestitate, id est, realiter, & non ficte, sicut multi Hypocrite, qui fingunt exterritus, quod sint casti, cum tamē in occulto sint magni ribaldi.

SECONDÒ milites Christi debent iuxta uestibū Apostoli indui lorica iustitiae, id est, debent inducere iustitiam loco lorice, Italice corazza. Nam sicut lorica operis corpus hominis ex oī parte, ita & iustitia undiq; p̄tegit hominem, q̄o ornatū eū ad superiorē, ad equalē, ad inferiorem. Vnde de uiro iusto dicitur Esa. 59. Quod inductus est iustitia, ut lorica.

TERTIÒ debent esse calciati pedes in præparationem euāgeliū pacis. Et istud præcipue tangit prædicatores diuinī uestib; qui debent habere pedes, id est, affectus calciatos, ne terrenus quæstus eos ledat, & ut sint præparati hincide discurrere, annunciantes euāgeliū pacis, id est, per cuius obseruantiam perueniatur ad pacem eternam.

QVARTÒ debent in omnibus sumere scutū fidei, id est, semper tenere rectam fidem, quæ recte vocatur scutū. Nam sicut scutum est unum, & habet tres angulos, ita fides est de uno Deo in essentia, & trino in personis. Quantum autem profit homini huiusmodi scutum, id est, recta fides, pater per id, qd̄ subditur. In quo positis omnia tela nequissimi ignea extingue, id est, omnes tentationes diaboli, que perdūcunt in ignem eternum, superare.

QVINTÒ debent assumere Galeam salutis, per quam intellegitur uera spes, que ad modū Galæ protegit hominem contra desperationem de uenia, & de Dei misericordia. Et per quam salus æterna acquiritur. Vnde spes est certa expectatio futura beatitudinis, &c.

SEXTÒ debet assumere gladiū spiritus, quod est uestib; Dei, inquit Apostolus. Dicitur autem notanter uestib; Dei gladiū spiritus, quia ipsum dat spiritus sanctus, iuxta illud Christi uestib; Mat. 10. Non uos elis, qui loquimini, sed sp̄titus

Sermo II. de Euang.

303

rieus patris uestri, qui &c. De isto ēt gladio loquitur Apo. ad Heb. 4. dicēs. Viuus est sermō Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Præctica, q̄o cum isto gladio nos prædicatores debemus percutere carnem, mundum, diabolum id est, luxuriam, auaritiam, & superbiam, detestando, & reprobando. Ecce ergo, quomodo Christi milites debent se in præsenti armare, si tandem cupiunt uiuctores cœlum descendere. Quod nobis prestare dignetur ille, qui, &c.

Dominica vigesima prima post Trinitatem, Sermo secundus de Euangelio.

Is i signa, & prodigia uideritis, nō creditis, Io. 4. Pro introductione præsentis sermonis mouetur quæstio talis.

VTRVM regulus, de quo agitur in presenti euāgeliū, fuerit de incredulitate sua cōuenienter reprehensus à Christo.

PRO solutione questionis præmittendū est, qualiter, & aliter reprehendēdi sunt homines circa fidē errantes, aut deficiētes. Et ut istud magis elucescat, & paceat, hic inseram aliq̄as uestites per ordinem.

PRIMA igitur uestitas. Inter oīs homines totius mundi à fide deuiciates nullus est, dū modo sit doli capax, qui nō sit dignus reprehēsione, & aeterna damnatione. Probatio. Nā fides catholica fuit sufficiēter per Apostolos, & eorū sequaces ubique terrarū promulgata. Quā quidē promulgationē mādauit Christus per eosdē. Apost. fieri, qn̄ quidē eo in celū ascē dēte, locutus est eis dices. Eūtes in mundū uniuersū p̄dicate euāgeliū oī creature, i.e. oī homini. Mar. ult. & Mat. vlt. Euntes docete oīs gentes. Itē Act. 1. Eritis mihi testes in Hierusalē, & in omni Iudea, & Samaria, & usq; ad ultimū terræ. Ecce quomodo Christus præcepit Apostolis suis, ut promulgaret legem euāgelicā, & fidem catholicam ubique terrarū. Quod utique illi fecerunt, prout dicitur Marci ulti. in fine. Illi autē profecti prædicauerunt ubiq; domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Similiter de tali promulgatione loquēs Apostolus ad Rom. 10. cū premissis sit dices. Quomodo p̄dicabunt nisi mittantur? mox subiun-

xit dicens: Et quidem in omnem terrā, exiit sonus eorum, & in fines orbis terrae uerba eorum, supple, Apostolorum. Ecce, quomodo Apostoli sufficienter, tam per se, quam per successores suos promulgauerūt ubique fidem catholicam. Ex quo ergo, sic est, conseq̄ens est dicere, quod illi, qui dic̄at fidem ignorantis, laborant ignorantiā caſta, & per conſeq̄ens sunt digni reprehensione, & eterna damnatione, quod erat probandum.

S E C U N D A ueritas. Iudei sunt magis reprehensibiles de incredulitate sua, quam Gentiles, & Pagani. Probatio. Olim enim illi habuerunt prophetas, qui eos instruxerunt de credendis, & signanter de aduentu Christi, quam illi multipliceiter prædixerūt. Et quod uerbo, & ore annunciauerunt, hoc scripto posteris reliquerunt, ut nullus posset prætendere ignorantia. Insuper Christus in propria persona uiderit mira facientes, & audierunt frequenter mirabilia prædicantem, & se esse: Dei filium afferentem: Et quod ore affirmabat, iuxta illud Ioha. 9. Opera, qua ego facio, ipsa testimoniū perhibent de me. Et breuiter, ut dicit Ps. Non fecit Christus taliter omni nationi, sicut, supple, fecit nationi iudeorum, pro qua etiam se principaliter uenisse testatur Math. 15. dicens: Non sum missus nisi ad oves, que perierunt dominus Israhel, Gentiles autem, nec prophetas habuerunt (nisi forsan Job) qui annunciant adūtem filii Dei. Nec similiter Christus ex his processit, sed ex iudeis est, ut dicit ipse Christus Iohann. 4. Similiter miracula sua, & sermones communiter in Iudea, aut Galilaea fecit, & non apud Gentiles. Et tamen his omnibus non obstantibus, illi credere noluerunt, quinimo ipsum Christum usque ad mortem persecuti sunt, prout illis improprietatibus beatus Stephanus Actuum. 7. Ex quibus omnibus patet, quod ipsi Iudei sunt magis reprehensibiles de incredulitate sua, quam Gentiles. Et ideo de hoc ſepe reprehendit eos ipse Christus in facto euangelio, & signanter Iohan. 15. ubi ait, Si non uenifsem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent, ſupple, tantum. Nunc autem excufationem non habent de peccato suo, glo. interl. de peccato infidelibus.

T E R T I A ueritas. Christiani mali, utpote, heretici, & secta fide deuia ntes sunt ceteris infidelibus de sua incredu-

sitate magis reprehensibiles. Pater hæc ueritas per illud 2. Pet. 2. Melius erat illis, scilicet, hereticis, non cognoscere iustitiam, quam post agnitonem retrosum couerti. Hanc etiam ueritatem ponit beatus Tho. 2. 2. q. 10. artic. 6. quam probat tali ratione. Qui renititur fidei suscep̄ta grauius peccat, quam qui renititur fidei nondum suscep̄ta, sicut gratia uis peccat, qui non impleri, quod promisit, quam si non impletat, quod nunquam promisit. Sic est aut̄, quod heretici renititur fidei etiam euangelicæ, iam suscep̄ta in baptismo, cum corrū pentes, Iudei aut̄, nunquam fidē euangelij suscep̄terunt saltē explicitē, sed tamen sub figura ueteris legis, quā malē interpretantur. Gentiles uero, neq; explicitē, neq; implicitē fidem euangelicam suscep̄terunt. Sequitur ergo, quod heretici à recta fide deuiantes sunt ceteris infidelibus de sua perfidia, & incredulitate magis reprehensibiles.

Q U A R T A ueritas, & responsua ad quæſitum est talis, Regulus, de quo agitur in prefenti euangelio, iuſtè fuit de sua incredulitate reprehensus à Christo: Pro quo notandū, quod aliter trahuntur ad fidem infideles, & aliter fideles. In fideles enim ad eā non possunt trahi per authoritatem sacre scripture, eō quod eā non recipiunt. Nec similiter per rōnem naturalem, quia ea, que sunt fidei, naturalem rōnē excedunt. Sunt ergo inducendi per miracula. Propter quod Apostolus 1. ad Cor. 1. 4. dicit, quod signa data sunt infidelibus, nō fideliib. Fideles aut̄, illi, qui semel fidem suscep̄terunt, ducent sunt ad ipsam non per miracula, sed per authoritatem sacre scripture, cui credere tenent. Merito ergo iste regulus à Christo redarguit, quia cum esset nutritus inter Iudeos, & lege instructus, nihil minus nō uolebat credere pp. sacre scripture authoritatem, sed signa quærebant forsan de celo. Propterea quod dixit illi uerba thème praemissa. Nisi (inquit) signa, & prodigia uiderint, non creditis,

In prefenti ergo euangelio de trib. principaliter fit mentio, uidelicet.

De filio grauiter egrotante, in principio euangelij.

De patre humiliter supplicante, ibi, domine descendē, &c.

De Christo misericorditer subueniente, ibi, Vade, filius, &c.

P R I M O igit̄ fit mentio de grauiter egrotante, cum dī in principio euangelij. Erat quidam regulus, cuius filius in-

firma-

firmabatur Capharnaum. Est autem Capharnaum civitas magna, utpote, Metropolis Galileæ. Ad hanc ciuitatem frequenter Christus veniebat, & illic multa signa faciebat, & quod habitatores illius eum libenter recipiebant, & audiebant. De isto autem regulo diuersi diuerfimodè loquuntur. Quidam enim dicunt hunc esse Centurionem, de quo habetur Matth. 8. Sed hoc reprobat Chrysostomus. per hoc, qd iste dixit Christo. Domine descend, sup. in domum meam, priusquam moriatur filius meus. Ille autem dixit ei, Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Item hoc idem reprobat ex parte infirmitatis uariæ in isto, & in illo. Iste enim detinebatur febre, ille autem paralyssi. Alij autem dicunt, quod iste homo dicebatur regulus, & quod esset de genere regali, aut quia habebat aliquam dignitatem priuipatus ita uocatum. Alij uero dicunt, quod dicebatur regulus, & quod hoc esset nomen illius. Vel dicitur regulus propter parutatem fidei, ut dicit interlin.

Q V A E R I T V R circa huc textum, unde est, quod cõmuniter filij nobilium, & potentum citius agrotant, & infirmantur, quam filij rusticorum, & pauperum. Ad hoc potest assignari uaria ratio.

P R I M A est teneritas complexionis. Cum enim nobiles, & generose personæ delicate nutritantur, generant cõmuniter teneram prolem, maximè cum generatio fiat ex superfluo alimenti. Secus autem de rusticis, qui grossis cibi vetrici, & ideo comiter generant robustam prolem, quam etiam à iuuentute assuefaciunt labori. Insuper dicti filii nobilium delicate enutriuntur, & ideo modica occasione habita defecili egrotant. Secus autem de filiis rusticorum, qui grossi pane, & modico lardo cum potu aquæ pascuntur. Et hic est, quod sunt saniores alijs, atque diuinius uiuant.

S E C U N D A ratio est ordinatio diuina, que ita disponit omnia in presenti, ut omnibus prosperitatem, ne solet nimium eleuerit in superbiam. Si enim diuites, & potentes semper haberent prolem pulchram, & sanam, forsan inde nimis gloriarentur, & plus iusto ea diligerent. Iusto ergo Dei iudicio semper aliquid deest homini prosperitati in aliquo. Quod per pulchritudinem declarat Boetius de conf. lib. 2. profa. 4. ita dicens. **Quis est tam composite felicitas**, ut non aliqua ex

parte

parte cum status sui qualiter rixetur? Anxia enim res est humana conditionis horum. Huic census exuberat, &c. Ibi ergo probat Boetius intentum suum inductiū secundū omnes ferē modos, quibus aliqui possunt reputari felices in presenti. Quidam, inquit, sunt valde diuites, sed deest eis generis nobilitas. Alij diuerso. habent generis nobilitatem, sed quia habent multam familiam regendant, nec possunt omnibus prouidere, nec grōfam domum, iuxta desiderium suum tenere, inde ualde tristantur. Alij habent utrumque, sed fortè deflent, quod sunt clerici, & quod non possunt intrare matrimonium, sive ut fruantur delicijs carnalibus, sive quia uident hereditatem paternam tandem transiit, ad alienos propter defectum proprij hæreditis de gente suo. Alij habent tria prædicta, uidelicet diuitiarum copiam, generis nobilitatem, uxorem pulchram, & nobilem, sed unū illis deest, scilicet proles, & ideo tristantur. Alij uero habent quatuor prædicta, sed sive deflent sive prolixi malitia, maledictentes horā, in qua generunt eam, & sic de singulis. Rationabiliter ergo permittit Dominus nobiliū, & diuitum filios agrotare, sicut docet Euangelij hodierni historia.

T R I T I A ratio est promootio ipsorum nobilium, & diuitum ad bonum. Solent enim frequenter tales esse tenaces ad pauperes, item indeuti, & Dei, ac sanctorum eius neglectores, similiter de spirituali salute filiorum suorum quandiu sunt fani, quasi in nullo curantes. Permittit ergo Dominus quandog; natos suos infirmari, vt sic largiantur de bonis suis egenis, & pauperibus, atq; locis sacris, & maximè religiosis, ut sic implorent orationes, & suffragia Deo ibi famulantium pro incolumentate dictorum filiorum. Item ipsi semper orant Dominum, & sanctos eius pro eadem causa. Ceterū aduocat viros Ecclesiasticos, & religiosos, qui visitent dictos infirmos, & de sua salute admonescant, maximè autem ubi uident periculum mortis imminere. Nam tunc faciunt illos cōfitteri, & sacramentis Ecclesiasticis præmuniri. Hæc autem, & similia bona plerūq; nobiles huius seculi non facerent, si non contingeret filios suos infirmari. Et sic patet solutio ad questus.

M O R A L I T E R per filium reguli, qui infirmabatur corporaliter, intelligitur quilibet peccator, qui infirmatur spiritualiter. Circa quod notandum, quod tria sunt, quæ capiuntur. Ser. Do. G. P. P. Pars Actin. Q. sauf

Sunt infirmitatem istam spiritualem.

PRIMV est abundantia temporalium. Communione enim, qui plus abundat bonis temporalibus sunt ceteris de- teriores, iuxta illud Psal. Prodijt, quasi ex adipe iniq[ue]itas eorum, transierunt in affectu cordis, idest, opere adimpleverunt desideria sua prava. Ecce infirmitas spiritualis. Itē Deut. 12. Incrastatus est dilectus, & recalctravit, incrastatus, impinguatus, dilatatus. Ecce temporalium abundantia. Sequitur: Dereliquit Deum factorē suum, & recessit à Deo salutari suo. Ecce spiritualis infirmitas. Itē Ezech. 16. Hac fuit iniq[ue]itas, idest, causa iniq[ue]itatis sutoris sua Sodomę, abundantia panis, idest, temporaliū bonorū, quæ nomine panis designantur. Hinc etiā Eccl. 1. 1. dicitur. Si diues fucris, nō eris immunitas a peccato, & Proue. 1. Prosperitas flutorū, idest, peccatorum, perdet eos. Legitur etiam ad propositum. 2. Patr. 11. quod cum regnū Roboam fuisset roboratū, scilicet, temporalibus diuitijs à mundana potentia, ipse dereliquit legē Domini, & omnis Israel cū eo. Similiter legitur, ubi supra ca. 26. quod cum roboratū fuisset regnū Oz̄ regis, sup. in diuitijs temporalibus, elevatū est cor eius in interiorū suum, & neglexit Dominū suum. Bene ergo locutus est Beda super Esdram, cum ait: Familiaris res est humanū cor opibus, ac libertate dissolui, eruminis uero, ac paupertate ad semetipsum recolligi. Cum igitur temporaliū abundantia sit tam periculosa, mirū est, quod illa tam ardenter fermè ab oībus amantur, procurantur, cōseruantur, cum tñ in hoc nihil magis uidēant, deliderare, quā mortiferū periculi suū, & eterni ignis incendiū. Ecce primū, quod causat spiritualē infirmitatē in hominibus.

SECVNDV M, quod causat prædictā infirmitatē spiritualem, est altitudo status. Et istud rectè figuratur per filium reguli, qui infirmabatur, ut hic dicitur: Cōmuniter enim altitudo generis, aut officij publici, seu dignitatis superbiam, atq; multa alia uitia inducit. Vnde Esa. 24. Infirmitas est altitudo populi terræ. Ac si aperte diceretur, quod illi, qui sunt in populo maiores, & nobiliores, sunt cōmuniter infirmi spiritualiter, per superbiam, & ambitionē. Vnde de hoc habemus historiā in Hester de Aman, qui cum uideret se primū post regem Asluerum, in tantā superbia, & arrogantiā elevatū est cor eius, vt faceret se ab omnibus flexis genibus adorari, cum tamen

camen assumptus fuisset de infirma, & satis abiecta plebe. Sic & hodie multi egeni suscitati de puluere, & de stercore pauperes erecti, ut sedcauit cum principib⁹, & solium gloriæ teneant per assumptionē officiorum publicorum, quæ caro precio ab ipsis principib⁹ sibi cōparat, in tantam superbiam postmodum extolluntur, quod uix recognoscere uolunt socios suos priores, aut qui fuerat eis aliquando superiores, sed quā docq; neq; consanguineos, aut parentes, iuxta illud Deut. 3. 2. Et generatio, quæ dicit patri suo, & mari suę, nō noui uos. Non sic autē extulit se sanctus ille Patriarcha Ioseph, qui factus gubernator, & rector domus Pharaonis, atq; totius terra Aegypti, non despexit pauperes fratres suos, quāuis ab eis prius uenedit, sed eos humaniter recognovit, quos ante conspicuum regis Pharaonis adduxit, similiter & patrem, quamvis senio confectum, quibus omnibus de vite necessariis prouidit, vt patet Gen. 47. Profectò sanctus iste paucos sibi pares post se reliquit.

TERTIM, quod causat infirmitatem spiritualem, est immoderatus amor terrenorū, iuxta illud Eccl. 5. Est & alia infirmitas pessima, quam uidi sub sole. Diuitiae cōseruantur in malum Domini sui, uidelicet, cum cōseruantur, ubi deberent merito erogari. De diuite enim epulone nō legitur, quod aliena rapuerit, sed quod sua erogate mendico Lazaro neglexit, idcirco damnationē incurrit. Hac autē infirmitas figurata fuit Luc. 13. in illa muliere, quæ habebat spiritū infirmitatis: 18. annis, & erat inclinata, nec poterat sursum respicere: Sic & homines aurari sunt adeo spiritualiter infirmi, quod nō possunt respicere cœlestia, nec illa appetere, sed habent semper cor ad temporalia, & terrena semper de talibus cogitantes. Vnde Amb. & recitatut di. 4. 7. sicut hi. Sicut, inquit, hi qui per infiam mentem translatis sunt, non iam res ipsas, sed phantasias passionis suę uident, ita etiam mens aurari semel uinculis cupiditatis astricta, semper aurū, semper argentū uidet, semper redditus cōputat. Hac ibi. Patet ergo de tribus, quæ causant infirmitatē spiritualē, & per cōsequens de primo principali.

SECVNDOD, principaliter in praesenti Euangelio fit mentio de patre humiliter apud Christum pro filio supplicante, de quo dicitur, quod cum audisset Christum aduenisse de Iudea in Galileam abiit ad eum, & rogauit eum, ut dignaretur.

descendere in dominum suam, & sanare filium eius, qui incipiebat mori. Ex quo patet, quod iste regulus, qui petebat Christum secundum presentiam corporalem descendere in dominum suam, non credebat eum esse verum Deum, qui est ubique iuxta illud. Psal. Si ascenderem in columnam, tu illic es, si descendero in infernum, ades, &c. Et nota, quod iste regulus multa audierat de fama, & de miraculis Christi hincinde factis. Et ideo quamvis esset gentilis, nihilominus iam incipiebat aliquantulum credere in Christum. Propter quod rogauit eum, ut descendere, &c. Quem redarguit Christus dicens: Nisi signa, id est, minora miracula, & prodigia, id est, maiora uideritis, non creditis.

M y s t i c e' iste regulus est genus humanum, quod ante lapsum erat rex, quandoquidem dixit Dominus primis parentibus illud Gen. 1. Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subiecite eam, & dominabitur piscibus mari, & uolatilibus celi, & uniuersis animalibus, quae mouentur super terram. Item de dominio istius regis loquitur Psal. dicens ad Dominum: Omnia subiecisti sub pedibus eius (scilicet hominis) oues, & boues, &c. Sed in mala hora iste rex, qui tenebat regnum paradisi terrestris, quasi in feendum ab illo summo Imperatore omnipotente Deo, cuius erat in imperium sine fine permanet, & qui erat nassallus eius, rebellauit contra suum superiorem, quandoquidem contra Dei mandatum comedit de ligno uerito. Propter quod dictus superior priuauit eum regno praedicto, & relegauit eum in exilium praesentis habitationis. Nec tamen reliquit eum sim pliciter absque prouisione, sed loco illius optimi regni paradisi terrestris affignauit sibi hanc uallem miserie, quae spinas, & tribulos illi afferit. Et hoc est, quod dicitur Gen. 3. Emisit Adam Dominus Deus de paradiſo uoluptatis, ut operaretur terram, de qua sumptus est. Vnde ex tunc merito, qui prius appellabatur rex, regulus dictus est. Cuius quidem reguli tunc filius infirmatus est, quandoquidem omnes descendentes ab Adam in eo peccauerunt, & egerint gratia Dei, ut dicit Apostol ad Romam. 3. Nec certe dicti filii Adam portuerunt ab infirmitate culpe plenè curari, quoaduisque descendit Dei filius ab altitudine celi in domum uteri uirginalis, & per consequens in hunc mundum.

V. 3. notandum, quod tria fecerunt eum illuc descendere. Primum fuit patris immensa charitas. Vnde Iohann. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Item Apost. Rom. 5. Commendat charitatem suam Deus, super Paterem in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Et eiusdem. 8. proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Secundum fuit humana necessitas. Non enim poteramus in celum ascendere, si non prius inde ad nos descendisset Dei filius, secundum illud Iohann. 3. Nemo ascendit in celum nisi, super eum, qui descendit de celo filius hominis, qui est in celo. Tertium fuit patrum in limbo existentium pietas: Et de istis duobus summo loquens Psalmus. In persona filii Dei ait. Propter misericordiam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, scilicet, carnem assumendo, & de utero virgineo produndo. Vel dic, quod per gemitum pauperum intelliguntur feruentia desideria sanctorum patrum talem descensum filij Dei in hunc mundum petentium, uno dicentes. Vt in am disrumpentes celos, & descendentes. Alio dicentes. Inclina celos tuos, & descendere. Alio iterum dicente. Veni Domine, & noli tardare, relaxa facinora, &c. Et sic pater de sensu mystico reguli, & filii eius infirmi, &c.

M O R A L I T E R. *Iste regulus recte designat, quemlibet peccatorem, qui dicitur non rex, sed regulus diminutus, et quod deficit in regimine suipius, quia non insequitur iudicium recte rationis. Huius autem reguli filius infirmatur, quando appetitus sensitivus aduersatur spiritui, sive recte rationi. Nam talis appetitus debet obedire rationi, sicut filius patritus haberet. 1. Eth. Cum autem homo per rationem Christum habenter deprecetur, sive dictus filius per virtutem Christi sanatur, motus sensitivus recte rationi subdit. Et sic patet de secundo.*

TERTIUS principaliter in hoc Euangelio fit mentio de Christo misericorditer subueniente filio regulis cum aie illis. Wade, filius tuus uiuit. Credidit ergo ille uerbo Christi, & descendit in domum suam: Quo descendente occurserunt ei servi sui dicentes, quod filius suus uiueret, id est, quod sanatus esset, & quod heri hora septima reliquisset eum febris. Quo auditu cognovit ille, quia illa hora erat, in qua dixerat Iesus, filius tuus uiuit. Propter quod credidit perfecte in Christum, & dominus eius tota.

MYSTICE filius reguli est genus humanum, quod incurrit febribus mortalibus ex confectione unius pomii: Hora septima est ultima ætas mundi, in qua sivebus. Hoc ergo septem sunt septem mundi aetates. Prima hora fuit ab Adam usque ad Noe, & in hac prima hora non fuit sanatus filius reguli, quia oblationes, quæ tunc sivebant Domino, & quæ incepserunt ab Abel, non iustificabant. Secunda hora fuit à Noe usque ad Abraham. Et similiter in hac secunda hora non receperunt sanitatem plenam dictus filius, quia holocausta, que incepserunt à Noe non iustificabant. Tertia hora fuit ab Abraham usque ad Moysen. Et similiter in hac hora non fuit sanatus dictus filius, quia circuncisio, quæ incepit ab Abraham, non iustificabat ex opere operato. Quarta hora fuit à Moysi usque ad Dauid. Et similiter in hac hora non fuit sanatus filius reguli, quia lex neminem ad perfectum adducit. Quinta hora fuit à Deo usque ad transmigrationem Babylonis. Et similiter in hac hora non fuit sanatus puer propter captivitatem populi Israelitici, cui non permettebatur uacare diuinis. Sexta hora fuit à transmigratione usque ad Christum. Et similiter in hac hora non fuit sanatus filius reguli propter ingruentia bella, sicut maximè patuit tempore Machabeorum. Hora septima est totum tempus legis gratiarum, quod durat usque ad finem seculi. De quo dicit Apostolus. 1. ad Cor. 10. Nos sumus, in quos fines seculorum deuenerunt. De hac etiam septima hora dicit Iohannes in sua prima canonica cap. 2. Filiali hora nouissima est. In hac igitur hora sanatus est puer, id est genus humanum, quia ad nos descendit de celo magnus ille medicus Christus, cù quod per totum mundum magnus iaceret egrotus: Attulit autem nobis summam medicinam, id est precium nostræ redemptionis. Similiter reliquit nobis in suo recessu aliam optimam medicinam, id est sacramenta Ecclesiastica, per quæ sanatur à febre peccati. Bene ergo in figuram huius dictum est de filio reguli, quod hora septima reliquit eum febris. Et sic paferet de sensu mystico prioris clausule.

MORALITER filius reguli febricitans est quilibet peccator, qui patitur febrem letalem peccati, quia ut habetur Ezech. 18. Anima, quæ peccaverit, ipsa morietur. Et de hac febre uidenda sunt tria, quæ sunt:

Differentia, Tempus, Modus.

PRIMÒ igitur uidendum est de differentia febris spiritualis, quæ sumitur ex differentia febris corporalis. Quemadmodum ergo est triplex differentia (quantum ad propositorum sufficit) febris corporalis, nam quædam est frigida, quædam calida, quædam lenta, ita & in proposito.

PRIMA igitur species febris spiritualis dicitur febris frigida. Communiter enim qui patiuntur febre, prius patiuntur frigidam, deinde calidam. Hanc igitur febrem frigidam patiuntur homines intuti, in quibus refrigerescit charitas, & dilectio ad proximos suos, ita ut non cōpatiantur necessitatibus eorum. Et reuerā hodie multi patiuntur hanc febrem, quia pauci sunt, qui uelint succurrere propter Deum, & ex charitate necessitati alienæ. Nec qui uelint proximis suis aliquid mutuare, nisi sub bono uado. Vnde ex hoc possumus concludere, quod de proximo instat finis seculi, prout predixit Christus Matth. vigesimoquarto. Dicens, quod circa consummationem seculi abundabit iniurias, id est, iniuria, & refrigerescit charitas multorum, id est, ualde parua, aut nulla erit.

SECONDA species febris spiritualis dicitur febris calida. Et hanc patiuntur cōmuniter homines cholericæ, & iracundi. Vnde ira secundum Aristo. lib. 1. de anima, est accensio, sive ebullitio sanguinis circa cor. Nihilominus, sicut aliqui diutius effuant febre corporali, & alij minus, ita in proprio aliqui diutius seruant iram suam, & alij minus. Sunt etiam aliqui, qui difficulter, & tardè irascuntur, sed ex quo sunt semel irati, diu seruant iram suam. Da exemplum de ferro circa ignitionem. Et de tali ira potest intelligi illud Prouerb. vigesimosecundo. Ira, non habet misericordiam. Quod ideo dictum est, quia tales semel irati uix possunt induci ad indulgendum. Vnde ira talium uocatur ira amara, seu grauis. Sunt autem alij, qui econtrario citò irascuntur, & citò placantur. Et horum ira uocatur acuta, quia citò in surgit. De qua potest intelligi illud ad Eph. 4. Sol non occidat super iracundiam uestram. De utriusque ergo ira simili loquens August. in régula de communione ultra clericorum ait. Moliores, qui quamvis sepe tententur, ramen impegnare festinat, ut sub dimittat, cui se ferociter agnoscat inimicorum.

Dominica xxi. post Trinit.

riam, quām qui tardius irascitur, & ad ueniam petendam tardius inclinatur. Hac ille,

T E R T I A species febris spiritualis dicitur febris lenta. Sicut enim nonnulli patiuntur corporaliter febrem lentam, ita etiam contingit spiritualiter. Vnde hanc febrem patiunt homines pigri, & lenti ad bonum, qui nisi more afflitionum percutiantur, & pungantur flagellis, & aduerteritisibus uarijs à domino, nunquam uelociter incident. De quibus in psal. Multiplicata sunt infirmitates eorum, postea acceleruerunt, sup. currere ad dominum. Et Grego. Mala, que nos hic premunt, ad Deum ire compellunt. Hęc autem febris lenta difficulter curatur, etiam difficilius, quām frigida, aut calida, ita ut de illo, qui patitur huiusmodi febrem, dicat de minus Apoc. 3. Vtūā calidus es, aut frigidus, id est, aper- tē malus, aut aperte bonus. Sed quia tepidus es, id est, ab ho- num remissus, incipiam te euomere de ore meo, te sup, reprobando per æternam damnationem. Et nota, quōd sicut ille, qui patitur febrem lentam, solet alijs dicere. Per Dei gratiam ego non sentio magnam alterationem, nec magnum, seu acutum accessum febris, sed tantum lentum, & remis- sum, non intelligens, quōd talis febris, lenta tandem per- duet eum ad mortem, ita & multi lenti ad bonum dicite solent cum Phariseo. Per Dei gratiam ego non sum latro, homicida, adulter, aut huiusmodi, quo ad peccata manife- sta, non intelligentes, quōd cum tepiditate, & pusillanimitate sua uadunt ad infernum. Ecce quid operatur febris lenta in interiori homine. Et sic patet de triplici febre.

S E C U N D O uidendum est de tempore, siue de hora, in qua dereminatur febris spiritualis relinquit hominem, quia tantum hoc fit hora septima. Vbi notandum, quōd circa transmissionem febris spiritualis possumus describere septem horas in hunc modum.

P R I M A nempe hora est abstinentia à peccato proprio ho- torem inferni. Multi enim peccatores animaduertentes, quām horrendum sit incidere in manus Dei uiuentium in inferno, ut dicit Apostolus Hebreo. 10. item, quomodo ibi nullus est ordo, sed sempiternus horror inhabitat, ut habe- tur Iob. 10. tunc abstinent à peccato, ne damuentur. Sed nota propterea relinquit eos febris peccati.

Sermo 11: de Euang. 309

S E C U N D A hora est cessare à peccato timore diuini iudicij. Multi n. considerantes, q̄ oportet eos cōparere in districto Dei iudicio, in quo libri conscientiarū aperientur, & iudica- buntur homines mali ex his, qua scripta erunt in libris, ut habetur Apoc. 20. tunc deficiunt peccare. Sed non propte- rea relinquit eos febris peccati, quia talis timor, sicut & pre- cedens potest stare eum peccato.

T E R T I A hora est cessare à peccato pp mortis. in certitudi- ne. Multi n. cōsiderantes, q̄ nihil certius morte, sed nihil in- certius hora mortis, pp quod ait Christus Mat. 24. Vigilate, quia nescitis die, neq; horā. Itē, q̄ in quali statu uniusquisque reperiatur, in tali perpetuo iudicabitur, ex hac consideratio- ne abstinent à peccato. Sed non propterea relinquit eos fe- bris peccati, quia non propter Deum abstinent ab eo.

Q U A R T A hora est cessare à peccato timore scandali. Multi n. plus timentes scandalū hominū, quām Dei offendit, & cōfundit corā honoriōbus in præsentia, q̄ rotam Deo, & Angelis tam boatis, quām malis, pariter & corā oībus. ho- minibus in die iudicij, abstinent à multis peccatis, & signan- ter notorij. Sed non propterea relinquit eos febris peccati, sed q̄ talis timor est seruicii, sicut & præcedentes.

Q V I N T A hora est cessare à peccato timore egritudinis in currende. Multi enim haec tempestate timent accedere ad me- trices, ne incurvant infirmitatem, quā Neapolitanā appellat, de qua rectè pō dici illud Gal. 5. Manifesta sunt opera car- nis, quia tanta egritudine priori consumpti sunt, ut non po- sint ulterius huiusmodi peccato operam dare, quod m̄ illis ualde displaceat. Non ergo relinquit eos febris peccati.

S E X T A hora est cessare à peccato propter consuptionē rei familiaris. Multi enim uidentes, q̄ habent multa exponēre, ut uacent suis uoluptatibus, & delicijs, sape & talibus se subtrahunt. Et hos similes non relinquit febris peccati, sal- tēm quantum ad affectum.

S E P T I M A hora est cessare à peccato principaliter propter Deum summē dilectionis, ita f. q̄ ubi quis esset certus, q̄ nunquam debet dānari pp tale, vel tale peccatum, aut etiam non puniri in præsenti, nihilominus vult ab eo abstinerre propter Deum. Qui ergo taliter cessat à peccato, uerum est de eo dicere, quōd hora septima relinquit eum febris. Patet ergo

Dominica XXI. post Trinit.

Tertiō incitat dictos filios suos ad bonorum abundātiām, ibi Repleti, &c.

PRIMÒ. Igitur Apostolus exprimit magnam, & firmam confidentiam, quam habet de profectu filiorum suorū spiritualium, quos genuerat Christo uerbo predicationis in Philippis, sive alias apud Maccedoniam. Quibus dicere poterat illud, quod aliquis Corinthiis locutus est dicens, In Christo Iesu per euangelium uos genui 1. ad Cor. 4. Ipse igitur Christianus, qui erat in Maccedonia, loquens ait, Confidimus in dño, cui timor Iesu, cui amor, quia qui cepit in uobis opus bonū. s. Deus, ipsum operādo, perficit cooperando, qđ operando incepit, ut dicit inscrip. Et hoc uisque in diem Iesu Christi, i. usq; ad finem uirg. quo Christus reuelabitur cui libet electo, per apertam visionem suę diuinitatis, & glorificatę humanitatis. Nam quandiu iusti, & electi uiuant, perficit in eis dñs bonum, qđ incepit in eis, usq; ad iudicium particulae cuiuslibet. Sed usq; ad diem iudicij generalis, perficiet in ecclesia, scilicet, per successionem posterorum, bonum, quod inchoatum est. Et tunc ueniet Christus ad iudicium, qui remunerabit singulos, iuxta illud Apost. 2. ad Tim. ulti. In reliquo reposita est mihi corona iustitie, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex.

CIRCA autem hanc primam partem epistole presentis notanda sunt principaliter tria.

PRIMÒ. Igitur notandum, iuxta illud primum uerbum, Confidimus in domino Iesu, quod debemus confidere in ipso domino Iesu, quo ad hac, scilicet

Quo ad peccatorum remissionem.

Quo ad periculorum evasione.

Quo ad petitionum exauditionem.

Quo ad temporalium subuentio-

Quo ad inferni evasione.

Quo ad beatitudinis consecutionem.

PRIMÒ. Igitur debemus cōfideſcere in dño Iesu, quo ad peccatorū remissionē. Ipse nō ē est, qđ ait paralytico Mat. 9. Cōfideſcere fili, remittunt tibi peccata tua. Qđ intelligēs peccata tua illa Magdalena acesſit ad eū cū oī fiducia de peccatorū suo remissione. Propter qđ meruit audire ab eo illud uerbum. Mulier, remittunt tibi peccata tua. Lucc. 7.

Sermo I. de Epist. 311

SECUNDÒ. debemus confidere in domino Iesu, quo ad petitionū exauditionem. Ipse nō ē est, qui ait. Mar. 11. Quæcumq; orates peritis, credite, quia accipietis, & fieri uobis. Itē 10. 6. ait, petite, & accipietis. Aduertendū tamē, qđ antequam petitiones nostrae exaudiantur a Christo, necesse est, ut pīc. i. utī fter, & perseueranter petamus. Itē, ut simus absq; peccato. Propter qđ dicebat Psal. Iniquitatem si al per sonū corde meo non exaudiens dominus. Et cœus illuminatus dicitur. Sōhant 9. Deus peccatores non audit.

TERTIÒ. debemus confidere in dño Iesu, quo ad periculorum evasione. In cuius rei testimonium legē Marci 6. qđ eum semel Apostoli esset in medio mari, & natis operī fluctibus, eō qđ esset illis uentus contrarius, rādē uenit ad eos Christus ambulans supra mare. Ad quem edī clamassent pro auxilio, locutus est eis dicens. Confidite, ego sum, nolite timere. Quandocumq; ergo cōtingit nos in periculo aliquo, i. quantūcumq; gravi cōſtrītur, debemus ad Christum recurrere pro auxilio. Qđ ubi fecerimus, indubitate liberabimur, & aut aliiquid melius conferet nobis. Si enim in necessitate probat amicus huius mundi, quanto magis Christus, qui est uerus, & non fictus, aut uerborū amicus, probat in omni necessitate ab his, qui fiducialiter inuocant eum auxilium?

QUARTO. debemus confidere in dño Iesu, quo ad temporiū subuentio-

nē, & qđ nō deficiunt nobis in necessarijs uitē, dūmodo boni emulatores nominis sui futerimus. In cuius rei signum ipse de paucis panibus, & pīscib⁹ pauit quinque milia hominum. Ioh. 6. Vnde Ps. Oculi omnium in te sperat dñe, & tu das escā illis in tpe opportuno. & alibi. Dat escā omni carni, & pullis coruorū inuocantibus tē. Sed forsū dices. Ego seruo Deo, & mandata illius seruo, & ramen vix habeo panem ad saturitatē. Frustra ergo sperabo in eum, quo ad uitē necessitatē. Sed audi, quid dicat Mar. 6. Querite, inquit, primum regnum Dei, i. qualiter illuc peruenientum est, & iustitiam eius, & hec omnia adjicentur uobis. Quia ergo plus sollicitaris de temporalibus, quām de spiritualibus, & eternis, utrisque merito priuaris.

QVINTO. debemus cōfideſcere in dño Iesu, quo ad inferni evasione, & qđ post hā misera uitā non cōtinget nos illiū descendere, ubi nullus ordo, sed sempitensis horrōr inhabitat.

scilicet domini preueniet me. De secundo autem illud eiusdem ps. Misericordia eius subsequetur me. Dicitur ergo dominus principium, & finis boni operis, quia sicut ab eo procedit, ita ad ipsum tandem, & finaliter referri debet. Da ex plenum de aquis eternis, de quibus dicitur Eccle. j. Ad locum unde exerunt, flumina reuertuntur. Sic enim precipit Apostolus esse faciendum: ad Cor. i. b. &c. Omnia in laudem Dei facite. Patet ergo, quomodo opus bonum est a Deo tribus modis. Bene ergo locutas est Apostolus in principio huius epistole, cum ait. Confidimus in domino Iesu, quia q uod cepit in nobis opus bonum, perficiet, sup. ipsum, in nobis. Hoc autem de nobis sperare debemus. Ideo subdit Apostolus, Sicut est mihi iustum, id est, rationabile.

B R T I ò iuxta id, quod sequitur in prima parte patris epistole, cum dicit. Perficiet, sup. dñs, opus bonum in nobis usque in diem Iesu Christi, iudicium eius ad iudicium, sciendum; q uod est duplex dies, scilicet laboris, & retributionis. Primus dies est totum tempus, quod currit, ex quo Adam peccauit usq; ad diem iudicij. Et in hoc die dñs perficit in electis opus bonum faciendo eos proficie in gratia, & charitate, atq; ut ex merito, propter quod Apostolus ad Gal. 6. ait. Dum tempus habemus, opere maturum bonum. Ecce dies operis, & laboris. Secundus dies dicit tribulationis, & ille est dies aduentus Iesu Christi ad iudicium, q uoniam reddet unicuique iuxta opera sua. Tunc enim uocabit operarios, & reddet illis mercedem, ut parabolice dicit Matt. 20. Tunc ergo non erit amplius quæstio de profectu spirituali, ut pote, de ad implantis operibus pietatis, de maceratione carnis per ieiunia, & alia sancta exercitia, de confitendo peccata sua, & satisfaciendo pro commissis delictis, & hinc, sicut in presenti tempore facere possumus. Et ad hunc sensum intelligitur illud uerbum Io. Apoc. 10: Angelus iuravit per uidentem in secula seculorum, qui creauit celum, & terram, mare, & omnia, que in eis sunt, quia tempus non erit amplius, scilicet ad merendū. Nā sicut post diem iudicij cessabit tempus, prout est mensura motus primi mobilis, si firmans tibi, iuxta illud Abac. 3. sol, & Luna steterit. i. tunc stabunt in habitaculo silo, i. in loco, in quo primum creata sunt, ita etiam cessabit tempus, prout importat opportunitatem meritorum agendi. Ecce quomodo non erit tempus amplius. Quod si bene

ebene, & diligenter pensaremus, profecto cum omni diligentia, & solicitudine uacaremus die, ac nocte bonis, & saepe operibus, quamdiu in hac brevi, & exigua uita manent. Et sic patet de prima parte praesentis epistolæ.

S E C V N D O principaliter Apostolus in hodierna epistola insinuat ingentem charitatem, quam gerit de salute spirituali filiorum suorum spiritualium, qui erant Philipenses, quos ad fidem prius traxerat, ut dictum est. Huicmodi ergo charitatem ad ipsos Philipenses insinuat Apo. tribus modis, uidelicet.

Corde, Operc, Ore.

P R I M O quidem corde, cum ait. Eò quid habeam uos in corde. Quia enim Philipenses poterant interrogare Paulum, cur in tantum optat profectum spiritualium eorum, de quibus etiam dicit. Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus uobis, id est, mihi licet sperare uestram salutem. Ideo ipse sui desiderij aperit motuum, & causam, cum ait. Eò quid habeam uos in corde, id est, in intimo affectu charitatis, ut dicit interli. Non diligebat ergo eos solo ore, siue labijs, sicut solent homines mundani alias diligere, sed sincero corde. Vnde etiam subdit. Testis mihi Deus, quomodo capiam uos omnes in uisceribus Iesu Christi.

S E C V N D O Apo. insinuat suam charitatem Philipensibus opere, eò q uod occasione coru multa mala perpessus fuisset. Nā propter ueritatem euangelij, quā illis predicauerat, fuerat incarceratus, & in vinculis ferreis detentus. Q uo non obstante nō cessabat eos diligere, atq; ipsorum salutem optare. Et hoc est, quod subdit dicens. Et in vinculis meis. Ac si aperte diceret. Non solū diligo uos in corde, uerū etiam in opere, quia propter doctrinam euangelicam, quam prædicauit uobis, & quam uerbo, & opere defendo, hac uincula patior.

T E R T I ò idem Apo. insinuat Philipensibus suam charitatem ore pro ipsis orando, cū ait. Et hoc oro, ut charitas uestra magis, ac magis abundet in scientia quo ad intellectū, & in omni sensu quo ad effectum, ut probetis potiora. i. meliora bona, illa opere, & facto prosequendo, & hoc totū, ut sitis fyncri, quo ad uosipso interius, & in conscientia, & sine offensa, quo ad proximos uestrós exterius in diē Christi, id est, in die iudicij, quod celebrabit Christus iuxta il-

Iud Ioh. 5. Pater non iudicat quemque, sed omnes iudicium dedit filio.

M O R A L I T E R ad exemplum Apostoli debemus uare re charitatem ad proximos nostros predicatis tribus modis.

P R I M ò quidem corde, sine fictione, aut simulatione. In cuius rei figuram legitur Exo. 27. qd̄ dñs præcepit filiis Israël, ut semper arderet lucerna in tabernaculo testimoniij. Vbi per tabernaculum intelligit cor humanum, infra qd̄ semp̄ debet ardere lucerna charitatis. Item ad idem figuratur et legitur Leuit. 6. vbi sic dñ. Ignis in altari semper ardebit. Vbi per altare significatur cor humanum, in quo iugiter debet ardere ignis charitatis. Ad quod etiam faciendum nos inducere debent exempla genitilium, si moraliter exponant. Refert enim Valerius lib. j. ca. j. de Romanis, qui olim colebant Deam Vestam, in cuius templo seruabatur ignis continuus. Ad cuius etiā continuationē statuebāt aliqua uirgo prædictę Deę Veste dedicata. Vno quidē die una, & alio alia, que viginando diligenter obseruaret, ne aliquo casu dictus ignis extingueretur. Semel ergo accidit, qd̄ una somno oppresa permisit dictum ignem extingui. Quod cum pontifici Deorum nunciatum fuisset, flagellis fermè tota confecta est. Ad propositum, ignis in templo semper continuandus designat charitatem semper in templo cordis nostri continuandam, ut dictum est. Quod si quis per odium proximi sui permisit huiusmodi ignem extingui in corde suo, tunc profecto gravissimè punietur à Deo in inferno.

S E C U N D ò debemus habere charitatem ad proximos nostros ore, s. pro ipsis tēpore, & loco orādo, ut si boni sint, conseruet eos dñs in bono, quod habent, dādo et illis incrementū uirtutis, & gratiae. Si uero mali existant, orandum est pro emendatione eorum, etiam dato, qd̄ nobis aduerserint. Sic enim præcipit nobis dñs Mat. 5. dicens. Orate pro perseguientibus, &c. Et hoc est, quod ait Augustinus ad fratres in epistola Ser. 42. qui intitulatur de uita, & morib⁹ clericorum. Orando, inquit, petere debemus pro benē, & malē uiuentibus, ut boni persuerent, & mali conuertantur.

T E R T I ò debemus habere charitatem ad proximos nostros opere, s. necessitatibus earum pro posse subueniendo, quia ut dicit Grego. in quadam homī. Probatio dilectio-

nis exhibitio est operis. Hinc j. Ioha. 3. dicit, Filioli mei non diligamus verbo, neq; lingua, sed opere, & ueritate. Opere, inquam. i. rei exhibitione. Et ueritate, idest, non fictione, sed taliter, quod mens, & lingua sibi correspōndant. Et hoc est contra illos mundanos homines, qui lingua ostendunt se alios diligere, dicentes. Ecce unus homo totus uester. Sed hoc est totum, quia in effectu nihil faciunt, etiam quantumcumque abundant, & illi deficiant. Tales ergo nō diligunt proximos suos opere, & ueritate. Vnde Io. vbi sup. Qui, inquit, habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necessitatem habere, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Quasi dicat, qd̄ non manet in eo?

N O T A N D V M est autem, qd̄ non solum debemus habere charitatem prædictis tribus modis ad proximos nobis amicitiā iunctos, uerum etiam ad inimicos, prout expressit Christus Matt. 5. Primum igitur debemus eos diligere corde. ideo ait Christus, ubi sup. Diligite inimicos vestros. Secundū ope re, ideo addidit. Benefacite his, qui oderunt uos. Tertiū ore, ideo subdit. Et orate pro persecutibus, &c. Et sic patet de secundo principio.

P E R T I ò principaliter Apostolus in præsenti epist. incitat filios suos Philippenses, & in ipsis omnēs fidèles ad bonorum operum abundantiam, cum ait. Repleti fructu iustitiae, supple factis, i. bonis operibus, quae sunt fructus iustitiae, quia ut habetur Sapien. 4. Bonorum operum gloriōsus est fructus. Et nota, quod hic capitulū iustitia generaliter, ut est omnis uirtus;

N O T A N D V M est autem circa prædictum ueibum. Repleti fructu iustitiae, quod circa hoc se habent homines, in multiplici differentia.

P R I M ò enim aliqui sunt sine fructu, ut ociosi. Et tales designantur per illam fūcum, de qua parabolice loquens Christus, Luc. 13. ait. Homo quidam habebat arborem fici plantatam in uinea sua. Et uenit querens fructum in illa, & non inuenit. Sicque expectauit per annos tres, nec tamē fructum attulit. Propter quod iussit eam abscondi, dicens. Ut quid terram occupat? Ad propositum. Ficulnea est homo, quem dominus primò in horto paradisi terrestris plāta-

Dominica xx I I . post Trinit.

uerat, ut operaretur ibi fructum obedientie. Sed in mala ho-
ra feci fructum inobedientie. Propter quod eradicauit eum
dominus de predicto horto, & transplantauit ipsum in deser-
to huius exilij, ut operaretur fructum boni operis, agendo
penitentiam de commissis peccatis. Tres anni, in quibus ex-
pectat dominus fructum ex hac arbore, sunt contrito, confessio,
satisfactio. Ipsi sunt fructus iustitiae. Cum ergo uider dominus
peccatores obstinatum, & steriles, i.e. ab aliis predicto tri-
plici fructu iustitiae, tunc iubet iuxta succidi per mortem, &
tunc una pars illius remanet in terra, s. cadaver, altera autem
scilicet anima detrudit in ignem inferni. O ignis charissimi
ab arbore fisci discite parabolam, ut ait Christus, Mar. 11. Non
ne scitis, qd dñs maledixit siculnear, in qua non inuenit fructum, ut legitur Matth. 21. item Mar. 11. Videte ergo, ne sis
arbores steriles, & infuctuose. Audite, quid dicat dñs.
Math. 11. Nam (inquit) securis ad radicem arboris posita
est. Omnis ergo arbor, quae non facit fructum bonum, ex-
cidetur, & in ignem mittetur. Cauete, ne hoc de uo-
bis aliquando uerificetur. Facite ergo fructus dignas
penitentias.

S E C V N D O aliqui faciunt quidem fructum, sed malum,
& amarum, seu agrestem, ut sunt peccatores, qui in eo, qd
peccatores, semper fructus malos faciunt, ut sunt mendacio-
ria, periuria, blasphemia, furta, adulteria, detractiones, mo-
nopolia, & huiusmodi. Et de talibus dicitur Matth. 7. Arbor
mala fructus malos facit, id est homo malus, in quantum hu-
iusmodi, vel mala uoluntas facit mala opera. Sicut ergo non
potest arbor bona fructus bonos facere, sic nec arbor mala
fructus bonos facere potest. Vnde dat ibi Christus similitu-
dinem, dicens. Nunquid colligunt, supponentes homines de spinis
uinas, aut de tribulis siccis? quasi diceret non. Sic nec a ma-
lis hominibus expectanda sunt bona opera, quia (ut dicit
Christus Matth. 12.) bonus homo de bono thesauro pro-
fert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala.
& Sapientia 4. Fructus eorum inutiles, & acerbi ad mandu-
candum. Et quemadmodum de aliqua arbore facile cognoscitur,
qualis sit, a fructu illius, ita etiam ex operibus exterioribus
ribus uniuscuiusque cognosci potest, an bonus sit, sine ma-
lus, iuxta illud Matth. 7. A fructibus eorum cognoscet eos.

Sermo I I . de Euang.

T E R T I O aliqui faciunt iustitiam, scilicet tamen absq; fructu illius. Et huius generis sunt hypocrita, qui faciunt opera multa de genere bonorum, ut sunt ieunia, eleemosyna, orationes, & siqua sunt similia, & hoc principaliter, ut uideantur ab hominibus, & inde laudentur, & reputentur iusti, boni, & sancti, iuxta illud Matth. 33. Omnia opera sua faciunt, ut uideantur ab hominibus. Tales ergo non reportabant fructum in celo ex omnibus operibus suis bonis, quia teste salvatore Matth. 6. receperunt mercedem suam, in presenti, s. humanam laudem quam praetendebant, & sperabat. Vel dic, qd illi faciunt iustitiam absq; fructu illius, qui faciunt opera iustitiae in peccato mortali, ut pote, eleemosynas dando, ieunando, peregrinando, & huiusmodi. Tales enim faciunt iustitiam, scilicet non iustit, quoad esse meriti.

Q U A R T O aliqui faciunt iustitiam, & fructum illius, sed tamen temisse, & ideo non replent fructu illius. Et huius generis sunt incipientes, qui propter assuefactionem in malo, & defectum assuefactionis in bono, inueniunt se remisfos in bene agendo. Debent tamen tales conari ad bonum, quantum possunt.

Q U I N T O aliqui faciunt iustitiam, & fructum illius, ita feruenter, qd replent huiusmodi fructu, cuiusmodi sunt proficients, sicut perfecti. Et de talibus potest uerificari uerbum apostoli dicentis in presenti epis. Repleti fructu iustitiae. Tali ergo fructu studeamus replere animas nostras in pnti, quatenus repleri ualeant fructu glorie in futuro. Præstante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre, &c.

Dominica vigesima secunda post Trinitatem, Sermo secundus, de Euangelio.



R A T Y S Dñs tradidit seruum tortoribus, quod adusque redderet, v.d. Matth. 18. Pro introductione præsentis sermonis mouet qd talis. Vtrum propter ingratitudinem hominis redeat semel remissa culpa mortalis. Videat quod sic, & hoc ex textu præsentis euangelii, ubi dicitur, quod dñs tradidit seruum suum propter suam ingratiudinem tortoribus, quo adusque redderet uniuersum de-

bitum. Ergo Dominus debitum, quod semel dimisit servum, iterum, propter suā ingratitudinem exigit ab eo. Pro fibi tione huius dubij ponam aliquas ueritates conformiter ad doctrinam beati Tho. 4 parte. q. 88. per totum.

P R I M A igit̄ ueritas. Peccata semel à Deo dimissa nunquam per sequens peccatum absoluuntur, simpliciter, & in se rediunt. **P**robatio. Quia si rediret, aut hoc esset à Deo, aut à Diabolo, aut ab Homine peccante. Sed à nullo istorum tristis rediret in se, & absoluatur. Non primò à Deo, quia tunc Deo auctore fieret homo deterior, ut manifestum est. Hoc autem est blasphemum, impium, & hereticum dicere. Igitur. Dicit etiam Apo. Ro. 6. quod sine penitentia sunt dona Dei. Si dimissio peccatorum est spirituale donum Dei. Ergo quantum est ex parte Dei peccata semel dimissa non rediunt. Nō secundò à Diabolo, quia & si ille possit homini suggestere peccatum ipsum tentando, non tamen peccatum in se cauſando alij homo posset habere aliquid peccatum, cuius nul lo modo esset cauſa saltem, postquam semel illi est dimissum. Insuper solus Deus potest reparare, quid semel corruptum est, sive annihilatum, & hoc quo ad identitatem numeralē, igitur, &c. Non etiam terribiliter ab homine, quia ut dicit beatus Thom. ubi supra arg. 1.) opus Dei non potest irritari, per opus hominis, alias homo esset fortior Deo. Sic est autem, quod remissio peccati est singulare opus Dei, ut pote, procedens ab immensa bonitate, & infinita misericordia illius. Igitur non potest irritari ab homine peccante, sine persequens peccatum ipsius, secundum illud ad Ro. 4. Nunquid incredulitatis illorum fidem dei euacuavit. Pater ergo, quod peccata semel, & realiter dimissa nunquam redeunt in animam, quo ad penam, sic. S. quod homo sustinet tantam penā, pro illis, tanquam si nunquam fuissent dimissa. Et sic patet prima ueritas.

S E C U N D A ueritas. In homine recidivante redeunt di missa peccata non in se, sed per aggrauationem sequēti cul pœ, que redditur grauior propter ingratitudinem recidiuitatis. Ista ueritas probatur ex verbis B. Tho. ubi supra ar. 2. di centis, quod peccata dimissa redeunt, in quantum reatus eorum ratione ingratitudinis uitrialiter continentur in peccato sequenti, hoc autem est redire secundum quid, scilicet secundum

secundum quandam effectum aggrauationis propter illam circumstantiam ingratitudinis. Nā culpa recidivi habet quādam grauitatem propter hominis ingratitudinem, quam nō haberet, si præcedēt beneficium remissionis culpe prioris nō præcessisset. **D**icit exemplum de illo, qui recipit remissionem à domino suo temporali super excessu perpetrato contra eū. Quid si iterum illum offendat, tunc secundus excessus redditur ceteris paribus grauior ratione ingratitudinis, & efficitur maiori pena dignus, ita in propólio. Hoc autem confirmatur auctoritate Gratiani in decreto suo. de pe. di. 4. §. uerum, ita dicentis. Illa peccata dimissa redire dicuntur, quia quisquis post acceptam remissionem ad uomitum redierit, tanto grauius punietur, quanto Dei benignitate abusus, singulorum remissioni accepte ingratus exitit. **H**ec ibi. Si milititer secundum iura civilia seruus à seruitute semel liberatus, propter ingratitudinem commissam in Dominū suū, iterum in seruitutem redigitur. Insuper dicit Greg. in mora. li. 18. cap. 19. quod preconium gloriæ præcedēt auger reatum culpe sequenti.

T E R T I A ueritas. Quomodo quis non teneatur peccata semel debet confessa iterum confiteri, ille tamen, qui in simili recidivauit, debet dicere se alias in similia incidisse. **P**roba tio. Ut enim patet ex præcedenti ueritate, qui recidivat, grauius peccat ratione maioris ingratitudinis. Ergo, ut confessor possit, & ualeat perpendere, hanc aggrauationē, & salubriorē imponere penitentia, debet confites dictam circumstāti confiteri, ita n. sentiunt esse dicendū multi doctores.

Q U A R T A ueritas. Non est necesse, quod recidivans in peccatum incurrit tantum reatum ratione sue ingratitudinis, quantum fuit reatus peccatorum primus dimissorum, sed aliquando sic, & aliquando non, hanc ueritatem ponit beatus Thom. 4. parte. q. 88. art. 4. quiam sic probat. Reatus enim præcedentium peccatorum non redit per peccatum sequens, in quantum, nequebatur ex actibus præteritorum peccatorum, sed in quantum consequit ut actu sequentiis peccati. Ergo oportet, quod quantitas reatus redeuntis sit secundum grauitatem sequentiis peccati. Potest autem cōtingere, quod grauitas peccati sequentiis adēqueat grauitati omniū peccatorū præcedentiū, uel sit multo minor, sive loquimur de gra

uitate, quam habet ex sua spe, quia potest contingere quod peccatum sequens sit precisè simplex fornicatio, ubi tamen peccata præcedentia potuerunt esse adulteria, stupra, sacrilegia, & huiusmodi, sive etiam loquuntur de gratuitate, quam habet ipsum peccatum sequens propter ingratitudinem annexam. Non n. oportet, quod quætitas ingratitudinis sit absolute equalis quantitati beneficij suscepiti, cuius quantitas attendit secundum quantitatē peccatorū prius dimissorū, qui contingit, & circa beneficium vnu est magis ingratus, & aliis minus, quia forsitan ille magis cōtēnit ipsius beneficium, sive benefactorē, & iste minus. Nō ergo necesse est, ut sit adequatio quætitatis ipsius ingratitudinis ad beneficium prius suscepit, sed semper est adæquatio proportionis, uidelicet ad hunc sensum, quod qui ex equali conatu contemnit maius beneficium, grauius peccat ratione maioris ingratitudinis. Pater ergo, quod est necessarie, quod ratione ingratitudinis recidivantis semper redatur per peccatum sequens rātus reatus, quantum fuit reatus oīum præcedentiū, & iā dimissorū peccatorū. Sed tñ sp est ibi propria ad sensum datū. Et sic patet predicta ueritas probata.

VI N T A veritas. Christianus post gratiam baptismalem, sine post penitentiam salutare peccatis incurrit maiore reatu ceteris paribus, quod infidelis, sive Indeūs. Proba hęc ueritas. Talis n. est magis ingratus apud Deum, à quo suscepit maius beneficium, quod (teste Ps.) nō feci taliter Deus oī nationi, sicut, sup. nationi christianorū. Non n. est alia natio tā gradis, quod habeat Deus appropinquantes sibi, sicut Deus noster addit nobis, sup. christianis, Deut. 4. Propertea ad propositū dicit Apo. ad Heb. 10. illū mereri deteriora supplicia, quod filii Dei cōculauerit, & sanguinē eius pollucū duxerit, in quo sancti fixatus est, & spiritui grę cōtumeliam fecerit, qualis est, sup. malus Christianus. Ad quod est propositū facit illud exēplū, quod legit in vita patrū de caluaria, quę adiurata à quodā sancto patre dixit, scilicet in uita fuisse caluariā cuiusdam pāpani, cuius aīa erat in inferno, ualde profundè, profundiū tñ erat iudei, & sub oīibus erā mali Christiani. Insuper inter malos christianos illi incurredit maiore reatu, qui alias præcellit dignitate, ut plati, officio, ut rectores populi, professione, & statu, ut religiosis, ordine, ut ecclesiastici, quod (ut h̄ 12. q. scimus) grauius puniuntur, qui uotū fecerunt, aut fidem perceperunt, & uotū no-

perfecerunt, aut in malis uitam finierunt, quā illi, quod si ne uotō, aut fide mortui sunt, & tamen bona opera egerunt. Hęc ibi. Et sic patet intentum.

SEXTA, & vlt. ueritas. Peccator in foro Dei debitor, potest hęc tantā cōtritionē, & tā uehemētē, quod oī debitū tā culpe, quod penitentia totaliter à Deo sibi dimittit. Probatio. Deus pl̄ affectat cordis affectū piū, & bonū, quod exteriorē actū. Nō. n. acceptat exteriorē actū, nisi pp interiorē affectū, iuxta illud Gen. 4. Respexit dñs ad Abel, & munera eius. Primò ergo respexit Deus ad interiorē actū ipsius Abel, deinde ad exteriorē. Sed per exteriorē actū bonos, cuiusmodi sūt eleemosyna, ieiuniū, peregrinatio, & h̄mōi, hō frequenter absolvitur à culpa, & pena. Vn Nabuchodonosor dictū est p. Daniele. Peccata tua eleemosynis redime. Dan. 3. Igitur p. uehemētē cordis cōtritionē pōt pētōr absolui aī debito tā culpe, quod penit. Et de hoc habemus historiā de bono latrone, cuius Chrs uidentur uehemētē cōtritionē dimisit illi uniuersū debitū, tā culpe, quod pētē dicens illi. Hodie meū eris in paradiso. Luc. 23. Similiter habemus ad idē exēplū de Magdalena flente uberrimē ad pēdes dñi, cui tandem ait Chrs. Remittitur tibi peccata. Lu. 7. Patet ergo, quod peccata semel dimissa redeat ī recidivā, & quod nō. Nō. n. redeat in se, sed in suo effectu, pūt pulchre innuit Christus parabolice loquens in præsenti euangelio.

IN hoc ergo euang. de tribus principaliter fit mentio, uidelicet. De magna Dei clementia, in principio euangelij. De humana malitia, ibi. Egressus autem seruus illi, &c.

De seuera Dei iustitia, ibi. Tunc uocauit illū dñs suis, &c. **P**RIMÙ d̄ igitur fit méto de magna Dei clementia, quę describitur à Christo sub similitudine, seu parabola hoīis regis, qui uoluit rōnē ponere cū seruis suis, sive receptoriib⁹ eratiorū publicorū illius. Quos cū ad se uocāri iussisset, & illi comparuissent, oblatus est ei unus multa debens. Qui cū uidisset, quod non posset tunc satisfacere domino suo regi de recepta facta per eum, rogauit illum, ut haberet patientiam de eo ad tempus, & quod interim faceret diligentiam se acquitandi apud eum, eriam in breui. Cui compatiens rex donauit illi uniuersū debitum.

ALLÉGORIC⁹, iste rex est Christus, qui est rex regum, & dñs dominantiū. Qui ē iuxta dictū ps. dominatur à mari usque ad mar-

ad mare, & à flumine, ad terminos orbis terrarum. Attingit ēt iste rex à fine usq; ad finē fortiter, & disponit omnia suauiter, ut h̄ Sap. 8. hic ergo rex habet multos seruos, quorū aliqui sunt boni, & fideles ei, alij uero pessimi, & infideles. Et iō in die iudicij tā generalis, quām particularis ponet rationē cum eis, sc̄ciscitans rationē de multis, uidelicet

- De bonis temporalibus.
- De bonis naturalibus.
- De bonis spiritualibus.
- De commissis iniquitatibus.
- De commissis operibus.
- De subditis omnibꝫ.

P R I M O igitur iste rex in iudicio exiget rationē ab hominibus de bonis temporalibus, quomodo s. diuities, & abundantes in seculo obtinuerent, an perphas, aut nephias, itē quomodo eas retinuerunt, an superflū, uel moderatē. Item quomodo eas amauerūt, an circa Deum, & salutem aīę sue, ut plus. Item quomodo eas distribuerunt, an ad usuram, & iniquitatē perpetrandam, siue pp. Deum dando in elemosynā, & opera pietatis. De his ergo oībus rationē exiget rex Christus in die iudicij à diuinitibus huius mundi, p̄i parabolice in nūtūr Luc. 16. per illum uillicūm, qui diffamatus fuit apud dñm suum, quasi disipasset bona illius. Propter quod diuinus dñs uocauit eum ad se, ait illi. Quid hoc atūdī de te? Redde rationē uilicationis tuę. Mala ergo ratione de talibus tunc reddent, qui ea superflū seruauerunt. Sed peiorē, qui ea prodigē, & in uanitatibus huius seculi expenderunt. Pessimam autem, qui alienam rapuerunt, siue qui sua ad usum præstī terunt.

S E C U N D O rex Christus in die iudicij exiget rationem de bonis naturalibus. Sunt autem bona naturalia, intellectus, uoluntas, memorīa, liberum arbitrium. Sub quibus etiam quantum ad praefens comprehenduntur bona corporis, ut sunt sanitas, formositas, fortitudo, pulchritudo, & siqua similia. Hac tamen bona non equaliter conferuntur à Deo hominibus, sed secundūm magis, & minus, iuxta suum beneplacitum. Quod etiam innuitur figuratiū per talenta plura, uel pauciora concessa à domino seruis suis ad laetificiendum, ut innuitur parabolice Matth. 15. Nam uni dedit

uedit, quinque talenta alij autem duo, alij uero unū. In die ergo iudicij exiget dominus ab illis, quibus commisit dicta talenta, quantum quisque lucratus fuerit per bonum uolum dictorum talentorum. Maius ergo lucrum exigetur tunc ab his, qui fuerint poti oribus donis naturalibus, aut corporalibus dotati. Præctica, quomodo tunc seuerē reprehendentur illi, qui absconderunt talentum domini sui, eo non bene utendo.

T E R T I O rex Christus in iudicio exiget rationem de bonis spiritualibus. Bona autem spiritualia sunt gratia gratiæ datae, quæ sunt numero nouem, quas enumerat Apostolus 1. ad Cor. 12. cum ait. Diuisiones gratiarum sunt, &c. Hę autem gratia rārō dantur uni omnes, sed èm p̄ uult dñs. Ab his ergo, qui eas in toto, uel in parte habuerunt, exigetur tūc ratio, quomodo illi usi fuerint. Præctica de sermone sapientiæ, au scientiæ. Item de genere linguarum. Similiter de interpretatione sermonum, & huiusmodi. Inter etiam bona spiritualia maximis comparatæ gratia gratum faciens, quæ est potissimum, preciosissimum, atq; utilissimum bonum, de qua etiam oporebit tūc reddi rationē à quolibet iusto, non quidē solum si couseruauit cā diligenter, uerumē si illam, quantū in se fuit, augmentauit per laudabile exercitiū uirtutū. Propter qđ dicebat Apo. 2. Cor. 6. Fratres hortaimur uos, ne in uacuum gratiam Dei recipiatis. Ille autem in uacuum gratiā Dei recipit. i. si uaktra, qui in ea se non exercet diligenter. Et talis meretur apud dñm hmōi gratiam ab eo auferri. In cuius figuram legiſ Mat. 25. de illo, qui unum talentum accepérat à dño suo, & illud absconderat, p̄ iratus dñs eius iussit ab eo auferri hmōi talentum. Ecce ergo, quō Christus in die iudicij exiget rationem de donis spiritualibus, s. de gratijs gratis datis, similiter, & de gratia gratum faciente. Præctica etiam, quō tunc quilibet reddet rōnem de bonis cogitationibus, & affectionibus, quas frequenter menti illius immisit dñs. Item de remissione peccatorum, de qua malā rationem reddent illi, qui redierunt ad uomitum, & huiusmodi.

Q U A R T O rex Christus in iudicio generali exiget rationē de commissis iniquitatibus. Primò quidē de malis cogitationibus. Nám ut habetur Sap. 1. tunc in cogitationibus impij interrogatio erit. Præcipue autem de mortalibus, cō p̄ tales

Ies separant animam à Deo, ut habetur ibidem. Secundò dō malis locutionibus, etiam usque ad verba ociosi, quia ut habetur Mat. 12. de omni uerbo ocioso reddent homines rationē in die iudicij. Multo magis ergo reddent rationē tunc de uerbis, maledictis, detractorijs, mendacijs, periuratorijs, ut piloquijs, & huiusmodi. Tertiò de malis operibus, quia ut habetur Eccl. vi. Cuncta, quae sunt adducet dñs in iudicium. Et breuerit, ut dicit Gre. li. 2. i. moral. c. 5. sic dñs unicuique: vias considerat, sic etiam gressus dinumerat, ut nē minuitissime, quidē cogitationes, ac uerba tenuissima, quę apud nos usū uiuerunt, eius iudicio indiscutiblē remaneant. Hæc ille.

QVINĀT̄ dō dictus rex Christus in die iudicij exiget rationē nē de omissione operibus bonis, quę sunt p̄nē innumerā. Propter quod p̄ admiratiū loquitur dīcēs. Delicta quis intelligit? q.d. nullus. Dicuntur autem peccata omissionis delicta, quasi derelicta, scilicet bona, qua debebant fieri, & non fuerunt facta. Tunc ergo exiget Christus rationē ab unoquoc; de omissione circa dilectionem Dei, & p̄ oximi. Item de omissione festorum. Item de omissione penitentiarum, uotorum, missarum, prædicationum, orationum, iejuniorum, elemo synarum, boni exempli, correctionis fraternæ. Item de amicione, sive perditione temporis. Nam, ut dicit Ber. Omne tempus nobis impensum, a nobis exigetur, qualiter fuerit expensum. Et tñ ut dicit idē Ber. li. de perfecta cōuersione regularum. c. 45. transiunt dies salutis, & nemo recognitat, nē mo sibi non reditura momenta perire cœatur. Item de omissione operum misericordie, ut patet Matth. 25. De prædictis ergo, ac similibus omissionibus honorum, quę non fecimus, & quę facere potuimus, & debuimus, exiget a nobis dīcēt̄ rationēm dñs noster Iesus Christus in die iudicij.

SEXT̄ dō ipse idem tunc exiget rationēm de subditis oībus ab illis. s. qui eis præfuerunt, ut pote, à parentibus de defectibus filiorū suorū, & signanter quos perpetrarū per negligentiam eorū. Vnde propter hanc cauſam Heli fuit grāi morte multatus, eo qđ non correxit insolentiā filiorū suorū. 1. Reg. 4. Similiter exiget rationēm à prælatis de subditis suis. Vnde postquā Apostolus Heb. xl. locutus est subditis monēdo eos ad uerā, & promptam obedientiam, dicens. Subdit̄ testore præpositis uestris, mox subiunxit dicens. Ipsi enim p̄ vigilant

vigilant, quasi rationē reddituri protanimabūs uestris. Insuper exiget rationēm à principibus, iudicibus, & rectoribus cōtitū, de oībus insolētijs, excessijs, & defectijs, qui comiſsi sunt in republica p̄p defēctū, & negligentiam eorū. Item de grauamine subditortiſuorū per immoderatas tallias, galbellas, & impositiones uarias. Et breuerit iudiciū durissimum fieri his, qđ p̄funt, ut h̄ Sap. 6. Durū nē p̄fet talibus, si non bñ rexerint ſeipſos. Durius, si nō bñ rexerint familiā ſuā. Durissimum uero si non bene rexerint rempublicam. Pater ergo quibus, & à quibus exiget rationēm districtus iudex Christus in die iudicij, & ideo timendus.

SE D Quid est, qđ rex misertus serui ſuī dicētis. Patientiā habe in me, & oīa reddā tibi, dimisit eū cū uniuersi debito? Nūquid peccatores poterūt se acquirare apud Deū post diē iudicij? Aut nunquid ipſe dñs dimittet illis debitu uniuersum, qđ contraxerunt peccando? uidetur quod sic ex dīctis.

RESPONSO. Certè non sic fieri. Nā tunc iudex erit inflexibilis, adeo qđ non acquiescerit cuiusquā p̄cībus, nec fulci p̄ter pro redētione donis plurima, ut habetur Proverb. 6.

NO T A N D Y M ergo, quod rex Christus duobus modis ponit rationēm cum seruis ſuis.

VN O modo in foro misericordie, qđ fit in p̄fenti uita, & hoc per meritorū examinationē, qđ fit, cū insipiat peccatori, ut cogite ad factū ſuum, in qua cōſideratione uidet ſe peccator dignū eterna cōdenatione, eo qđ eſt debitor decem milii talentorū forſan per transgressionē dīcē mandatorū decalogi. Nec habet ex ſe, unde ſatisfaciat Deo, p̄ tot, & tā iſ trāſgressionibus. Cū uero considerat Deū ſummē misericordem, tunc refugit ad eū petens humiliiter eū ſibi misererit, & parcere dando ſibi tempus, & ſpatiū penitendi, proponēs in futurum uita comite ſatisfacere de malis ſuis, quantum erit ſibi poffibile. Ad quam compunctionem, & propositum ſubī tō Deus liberat eum à priori debito, scilicet, damnationis eternæ. Ex quo patet, quod ſemper Deus plus dat, quam ab eo petatur, eo quod eſt ſummē liberalis.

ALIO modo rex Christus ponit rationēm, cum seruis ſuis in foro iustitiae. Et hoc fieri in die iudicij. Tunc enim ministerio Angelorum adducentur ad eum in uallis Iofaphat medio oēs reprobi, quos statuet à ſuīstris. Inter quos aliqui

aliqui inuenientur maximè debitores, alij autem minus, & hoc pro uarietate culparum. Nullus tamen poterit tunc se acquitare. Et quia commune prouerbiū est, quod qui non habet, unde satisfaciat, luat in corpore, ideo omnes tales debitores condemnabit Christus ad perpetuos carcera inferni, dicens eis illud March. 25. Ite maledicti in ignem eternum. Quod si aliquis de numero illorum dixerit Regi Christo. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi, profectō talis supplicatio ei non proderit, quia ut supra allegatum est ex prouerbijs. Non acquiesceret cuiuscumque precibus. Ecce, q̄ seuerus erit tunc iudex Christus. Quale igitur remedium charissimi, ut euadamus tantam seueritatem, qui in multis peccauimus omnes? Profectō aliud non video, nisi quod recurramus ad ipsum Christum cum Magdalena, quamdiu tēpus misericordia eius durat, idest, quamdiu sumus adhuc in hac mortali uita. Quod ubi fecerimus, indubie dimittet nobis uniuersum debitum. Et sic patet de prima parte principia presentis euangelij.

S E C V N D O principaliter in presenti euangelio sit mentio de humana malitia, quae non vult dimittere leuem, & parum offendam in se commissam cum tamen perat à domino grauissimam offendam in eum commissam, sibi remitti, ut patet ex dictis. Nam tanta est unaquaque offensa, quantum est ille, in quem committitur. Da exemplum de offensa commissa in regem, quæ ceteris partibus est grauior, quam similis commissa in unum de seruis suis, ita in proprio. Dicit ergo Euangelista. Egressus autem seruus illius, idest, de capituitate regis liberatus, innenit unum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum dicens. Redde, quod debes. Vbi Remigius. Iste cōseruus centum denariorum debitor erat, quem de aliquibus offensis in proximum commissis satisfacere oportebat. Alteri tamen eū suffocare, aut uindictam in eum exercere non licebat. Et procidens forsan ad pedes eius conseruus eius rogabat eum dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi, idest, la tisfaciam tibi de offensa secundum iudicium ecclesie, ut cōsilium uirorum bonorum. Ille autem noluit, sed misit eum in carcерem, scilicet, dirę tribulationis. Ecce humana crudelitas, & inhumanitas in fratre suum. Videntes autem confusi

conserpi eius, quæ siebant, contristati iunt ualde, & uenerunt, & narrauerunt domino suo omnia, quæ facta fuerant. Iti conserui sunt Angeli Dei, uel cæteri sancti, quibus disipli cet grauamen, quod infertur iniustè bonis, & pauperibus hominibus. Prædictorum autem narratio ad regem Christum de malis, quæ fiunt in hoc mundo, est ipſorum conquerus de iniustis oppressoribus, & oratio pro afflictis pauperibus.

N O T A N D V M est autem circa illud prædictum uerbum, Redde, quod debes, quod sumus multis, & cuilibet in multis obligati, & ideo vnicuique reddere debemus, quod illi debemus. Hi ergo sunt.

Deus, Proximus, Anima, Corpus.

P R I M O igitur debemus Deo gratiarum actiones, reddere de omnibus bonis, ab eo nobis commisis, & concessis, scilicet, gratuitis, naturalibus, corporalibus, & temporalibus, de quibus prius dictum est. Inter autem beneficia gratuita, quæ à Deo accepimus, computādum est beneficiū creationis, cōfervacionis, iustificationis, prescrutionis, sup. à multis malis redemptionis, sustentationis corporalis. Infūper reprobavit nobis hæreditatem cœlestem, quæ est infinitum beneficium his, quæ possunt ad eam peruenire. Nonne, ergo pro tot, & tantis beneficijs debemus Deo ingētes gratiarum actiones. Qd̄ si condignas illi refundere non possumus, saltem illas reddamus, quas pro nostra fragilitate ualemus. Sed præter hæc cōmunia beneficia omnipotentis Dei non est tam pauper homo super terram, cui non dentur aliqua specialia, pro quibus etiam speciales gratiarum actiones refundere tenetur. Ad hoc enim agendum nos admonet Chry. homil. 72. dicens. Si fieri potest, rogo, ut quilibet nostrum per singulos dies intra se computet non tantum communia beneficia, ue rum, & propriè sibi collata, non promulgata, & omnibus manifesta, sed etiam peculiaria, & multos latentia. Sic enim continuum gratiarum actionem domino poterit exhibere. Hæc ille.

S E C U N D O ób debemus Deo satisfactionem pro peccatis à nobis commisis, iuxta illud i. Reg. 6. Quod debetis pro peccato, redite. Nam postquam redditum rationem de peccatis suis in confessione, restat emenda, & satisfactio. Quæ quidē facta-

Dominica xxii. i. post Trinit.

satisfactio debet esse maior, aut minor secundum exigentiam
grauitatis culpe, iuxta illud Deu. 25: Pro mensura peccati
erit & plagarum modus. Illi ergo turpiter se decipiunt, qui
pro paucis psalmis, aut alijs brevibus orationibus in sacra-
mental confessione in satisfactionem pro grauibus delictis
sibi impositis credunt se apud Deum omnino liberari, ita ut
sic morientes euolent ad celos. Quod certè tardò accidit,
nisi forsitan uehementia contritionis residuum penè suppletat.
Et ideo ultra pœnitentiam à confessore impositam debet pe-
nitens alia opera satisfactoria superadde.

T R T i. d debemus Deo reddere uota nostra, siquæ no-
uerimus, eriam quânto cius, iuxta illud Deut. 23. Cum uot-
um uoueris domino Deo tuo, non tardabis reddere. Et Eccl. 5. Si quid uouissi Deo, ne moreris reddere. Causa autem
accelerationis uoti est incertitudo temporis, & uitæ, atque
oportunitatis bonæ. Multi enim differunt implere uota sua
per dies, menses, & annos plutimos, expectantes semper me-
liorem oportunitatem, sed quanto plus differunt, tanto de-
teriorem eorum iudicio inteniuunt, ita ut qui non est hodie,
eras minus aptus sit, ut Ouidio placet. Et Sene. de uerborum
copia: Quotidie, inquit, est deterior posterior dies. Et brevi-
ter multi circa dilationem adimpletionis uotorum suorum
ad eo turpiter se decipiunt, quod frequenter præueniuntur
morte, priuinquâm illa opere adimpleant, non sine animarum
suarum, atque sue salutis graui iactura. Et ideo quânto
cius sunt adimplenda. Hæc sunt ergo, quæ debemus Deo
reddere.

S E C V N D d sumus debitores proximis nostris, quibus
pro eorū uaria conditione debemus uaria reddere beneficia.

P R I M d igitur debemus reddere parentibus honorem,
insuper & obsequia pro loco, & tempore, iuxta illud i. ad
Thi. 5. Vidua discat mutuam uicem reddere parentibus. Iu-
stum enim est, & rationi consonum, ut ipsis parentibus ob-
sequia impendamus, maximè cum ab ipsis communiter tria
magna beneficia habeamus, uidelicet esse, nutrimentum,
documentum. Sunt nonnulli, qui dicunt se ipsos fecisse ta-
les, quales sunt, & quod in nullo tenentur suis parentibus.
Sed profectò tales mentiuntur, quia ad minus habent sum-
esse ab ipsis parentibus, iuxta illud Eccl. 7. Fili honorata paté-
tuus,

Sermo ii. de Euang.

321

tuum, & gemitus matris tuae ne obliuiscaris: Memento quo-
niā non nisi per illos fuisses, & retribue illis, quomodo &
illi tibi. Vis ergo ò homo agnoscere, quantum bonum sit ip-
sum esse, quod habes à parentibus? Considera, quantum pre-
cium uelles dare, si thesauri mundi essent in tua potestate, ut
ipsum esse redimeres si co priuari meruisses, & tunc perpen-
des, quam bonū sit ipsum esse: Ergo exhibe obsequium, & be-
neficiū parentibus, à quibus saltem tantum bonū habes.

S E C V N D d debemus reddere pauperibus debitū misericordie, iuxta illud Eccl. 4. Declina pauperi sine tristitia au-
tem tuam, & redde debitum tuum. Sed profectò multi diui-
tes hoc non credunt, scilicet, quod dare pauperibus sit debi-
tum, & quod ad hoc tenentur de necessitate, & ex præce-
pto, sed quod potius sit actus liber, ad hunc sensum, q̄ dat,
qui uult. Sed intelligat tales, quod ubi quis habet superflua,
quibus, scilicet, carere potest sine dispendio sui, aut suorum,
sue sui status decentis, tunc tenetur sub poena peccati mor-
talis dare huiusmodi superflua pauperibus, & prefertim ex-
tremam necessitatē parentibus. Quinimo debet aliquantulū
sibi subtrahere, & suum statum aliquantulū diminuere,
ut pacif pauperes Christi, sicut tempore famis contingere
solet. Qui autem aliter facit, fur est, & latro, utpote, detinens
rem pauperum. Insuper est homicida eorū, qui per eius au-
aritiam pereunt fame. Et ad hunc sensum intelligitur illud uer-
bum Amb. lib. de officijs, & similiter recitatū dist. 8.6. paſce,
paſce, inquit, fame morient, quisquis enim paſcendo homi-
nem seruare poteris, si nō paueris, fame occidisti, & August.
ad fratres in eremo serm. 3.1. cui intitularit de fallacia mun-
di. Pauperibus, inquit, non dare, tulisse est. Et post pauca.
Cum quis, inquit, potest esurientibus subuenire, si nō pacit,
uita extinguit, & eos mori permittit. Hæc ille. Itē Eccl. 3.4.
Panis egentium uita pauperis est, qui defraudat illum, homo
sanguinis est. Nouerint ergo tales, q̄ tot mortibus in con-
spectu Domini digni sunt, quot pauperes fame perire per suā
auaritiam permiserunt. Insuper in iudicio tot accusatores
contra se habebūt, quot pauperibus eleemosynā negauerint.
Et breviter tandem sepelientur in inferno cum magno pa-
tre suo dinte epulone, qui micas mensē suā denegauit men-
dico Lazaro. Luc. 15. Studeant ergo diuites huīns seculi redi-
ser. Ser. Do. G. Pep. Pars Aſciū. 88 derq.

Dominica xxii. post Trinit.

dere pauperibus debatum misericordie, ne cum praedicto di-
uite sepe lanctur.

TERTIUS debemus reddere mercedem his, qui in quo-
cunq; negocio, aut arte pro nobis laborauerunt, secundum
quod scriptum est, & mandatū nobis Deut. 24. Non negabis
mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, si aduenit,
qui tecum moratur in terra tua, & intra portas tuas est, sed
eadem die reddes ei premium laboris sui ante solis occasum,
quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam, ne clamet
contra te ad Dominū, & reputetur tibi in peccatum. Similiter.
Matt. 10. Legitur, quod cum seiō factum esset, praecepit pa-
terfami procuratori suo dicens. Voca operarios, & redde il-
lis mercedem. Qui autē fecus faciunt, sunt in maximo peri-
culo aeternæ damnationis; eo maximē, quod talis mercedis,
& laboris iniusta, & violenta retentio est unū de illis horri-
bilibus, & gratissimis peccatis clamantibus vindictā in co-
lum, iuxta illud Iaco. 5. Ecce merces operariorū nestrorum,
qui mesuerunt regiones uestras, quæ fraudata est à uobis,
Slamat, & clamor eoru in aures Domini sabbaoth introiit,
cuper quo dicit glo. interl. quod etsi ipsi pauperes patienter
omnia ferentes non clament, merces tamen retenta clamat.
Non otanter etiam dictum est, quod clamor prædictorū introi-
tu in aures Domini sabbaoth, ut scilicet, per hoc detur intel-
ligi, quod ipsi pauperes habent potentissimum tutorem, & de-
fensorem, scilicet, Dominum sabbaoth, sive Dominum exer-
cituum. Et ideo istud debet incutere terrorem his, qui pradi-
cis laboratoribus negant mercedem suam. Ecce ergo, quæ
debemus reddere proximis nostris.

TERTIUS sumus debitores animabus nostris, quibus
debemus reddere tria.

PRIMUM munditiam, & hoc propter tria. Primo propter
Dei præsentiā, qui in animas sanctas se transfert, ut dicitur
Sap. 7. Secundū propter meritoram operationē. Nam sicut
riuulus non potest esse mundus, nisi fons à quo oritur, sicut
mundus, ita neque operatio humana potest esse munda co-
ram Deo, & vita aeternæ meritioria, nisi radix, à qua procedit,
scilicet, conscientia, sicut munda per gratiam. Tertiū pro-
pter celestem gloriam adipiscendam, iuxta illud Matth. 5.
Beati mundo corde, quoniam, &c.

Sermo ii. de Euang.

322

SECUNDŪ debemus animabus nostris diligenter cu-
todiā, iuxta illud Deut. 4. Custodi temetipsum, & animam
tuam sollicitè serua. Si enim nobiles huius seculi, & uiri ho-
nesti diligenter custodiunt filias suas, ne quid in honesti pa-
tiantur, quanto magis debemus cum omni diligentia custo-
dire animas nostras, quæ sunt filii Dei, ut pote, ad imaginem
eius facte, ne turpitudinem peccati incurant?

TERTIUS debemus animabus nostris pabulum uerbi
diuini, quia ut habetur Deut. 8. Non in solo pane uiuit ho-
mo, sed in omni, &c.

QUARTUS sumus debitores corpori nostro, cui redde-
re debemus tria.

PRIMUM quidem tenue nutrimentum, ne per ingluviem
insolecat, & insurgat contra spiritum more equi habentis
pabuli abundantiam. Vnde Ecl. 29. Initium uitæ hominis,
scilicet, post lapsum usq; ad diluvium, aqua, & panis. Post di-
luvium autem homines dederunt se ingluisci, & uoluptati,
præparantes sibi delicata cibaria, quæ potius corpus gra-
uant, & ad libidinem prouocant, quæ sustentant. Propter
quod dicit humana caro. Si bene fueru pasta, non ero casta.

SECUNDŪ debemus corpori disciplinam, sive castiga-
tionē per ieiunia, abstinentias, & discretas uigilias. Sic enim
faciebat Ecclesiæ doctor Paulus, prout de seipso loquens ait:
Castigo corpus meum, & in seruitute redigo, ne cum, &c. 1.
ad Cor. 9. Sicut enim duo sunt necessaria seruo, scilicet, pa-
nis, & disciplina, iuxta illud Ecl. 3. Panis, & disciplina, &
opus seruo, ita & corpori nostro debemus nutrimentum me-
diocre, ut dictum est, & similiter castigationem.

TERTIUS debemus eidem corpori subiectiōnem, sup. ad
spiritum, sive rationem, & hoc quantum patitur humana fra-
gilitas pro statu præsenti. Vnde Gen. 4. Subter te erit appeti-
tus tuus, & tu dominaberis illius. Et August. ad fratres in
eremo. ser. 50. qui intitulatur de salute animæ. Caro, inquit,
nostra de limo terra formata est, anima uero ad Dei imagi-
nem creata. Nunquid iustum est, ut limus terræ imagini Dei
præponatur? Quasi dicat non. Vnde subdit. Caro enim de-
bet seruire, & anima imperare. Ista debet exercere imperiū,
& illa subiecta seruitum. In omnibus bonis Christianis ani-
ma dominatur, & caro seruire compellitur. In peccatoribus
secundū

Dominica XXII. post Trinit.

uerò & huius mudi amatoribus inuerso, imo peruerso ordine caro erigitur, & anima humiliatur illa delicijs pacit, & ista tamen torquetur. Hac ille. Hec sunt ergo tria, quæ reddere debemus corpori nostro. Et per consequens de secundo principali.

TERTIUS principaliter in praesenti Euangelio sit mentione de severa Dei iustitia, cum subdatur. Tunc uocavit illum Dominus suus, &c. Totus iste textus sequens exponitur ad literam de finali iudicio, ad quod uocabit rex Christus ministerio angelorum bonos, & malos. Quibus congregatis, loquetur ad malos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Principuē autem arguer eos de hoc, quod noluerunt bono, & integro corde remittere offensas sibi iniuriantibus, siue nocentibus, quamvis huiusmodi offensæ essent, quasi nullæ respectu carum, quas ipsimet in Deum commiserunt. Propter quod contra unumquemq; tales iratus Dominus tradet eum tortoribus, idest, ministris tartareis, quoadusque reddat uniuersum debitum. Non quidem illud, quod iam condonatum est, sed potius misericordiam, quam alijs impendere debuit pro eo, quod misericordiam acceperat, ut dicit glo. ideo sequitur. Sic & Pater meus celestis faciet uobis, idest, repetet à uobis dimissa, si nō remiferitis unusquisque fratri suo de cordibus uestris, non solum de ore. Ex his ergo omnibus manifestè pater, quantum Deo displiceat cor impium, idest, non pius, sed omni pietate vacuum.

NOTANDVM est autem circa illud uerbū: Itratus Dominus, &c. quod Dominus Deus in seipso non irascitur, scilicet, quantum ad affectū, nec mutatur propter quamecumq; rem, quæ accidat. Sed dicitur irasci, quantum ad effectū. Cum enim puniri aliquem, dicitur irasci, idest, ad modū irasci se habere, & signanter, quando peccatorē in peccato mortali descendenter tradit tortoribus inferni, idest, demonibus, ut torqueant eū in penis inferni, & hoc donec reddat uniuersum debitum, idest, donec soluat emendam pro peccatis suis. Et quia illam emendā nō poterit soluere in inferno, eo q; non est ibi locus misericordie, ideo nunquā liberabitur de manibus cōtradictorū tortorū. Dicitur ergo irasci Dominus, nedum quo ad damnatos, uerū etiā respectu peccatorū adhuc in humanis uitam agentium. Principuē autē contra.

Inobe-

Sermo II. de Euang.

323

Inobedientes.

Immundè uiuentes.

Beneficiorum immemores.

Obstinatos, & duros corde.

PRIMO igitur irascitur Dominus cōtra inobedientes, idest, contra illos, qui nolunt obediēre præceptis eius, illa seruando, cuiusmodi sunt pagani, Iudei, & mali Christiani. Cum enim ipse sit uniuersalis Dominus omniū, tum ratione creationis, tum ratione redēptionis, saltem quantum in se fuit, tum ratione gubernationis, non mitius si irascitur contra inobedientes mandatis suis. Quis enim princeps, aut Dominus non uehementer irascitur cōtra inobedientem, & rebellē seruum, cui multa cōtulit beneficia? De talibus ergo loquitur Dominus per Psal. dicens. Ipsi non cognoverunt, sup. practicē vias meas, idest, mandata, quæ sunt viē ducentes ad uitam, iuxta illud. Matt. 19. Si uia ad uitam ingredi, serua mandata. Sequitur. Quibus iurauit in ira mea, si introibuent, si pro non, in requiem meā. Sed inde expellentur tanquā excommunicati à consortio fidelium, tanquā leprosi à consortio sanctorum, & tanquā schismatici à consortio pacificorum. In cuius etiam figura legitur Gen. 3. q; ipse Dominus iratus contra primos parentes de eo, quod fuerant suo præcepto inobedientes, ciecit eos irreuocabiliter à paradise terrestri. Ecce quomodo Dominus irascitur contra inobedientes.

SECUNDÒ irascitur cōtra immundè uiuentes, sicut homo nobilis irascitur contra seruum suum, qui uult illi ministrare manibus immundis, & pollutis. Sicut ergo sponsus uehementer irascitur cōtra sponsam suam, quando uidet eam ipso spredo adulterari cum lenone suo, qui nō est, nisi unus russianus, ita in proposito Dominus ualde irascitur, quando uidet animam rationalē, quam despousauit in baptismo per fidem, adulterari per culpā mortaliē, cum spiritu immundo, idest, diabolo. Et sicut sponsus cōmuniter percudit sponsam suam adulterantē ex uehementi impetu ire sue, ita & Dominus sepe ostendit iram suā contra peccatores puniendo ipsos in praesenti temporaliter, & tandem aeternaliter, præsertim si nō puniant scipios in praesenti per condignā satisfactionem. Et de huiusmodi ira omnipotentis Dei aduersus immundè uiuentes habemus historiā Gen. 7. de diluvio, quod inundarō

Si fecit

fecit ipse Dominus super terrā propter immunditiam carnis, ita ut tantū euaserint octo personae. Item propter immunditiam carnis subuerit idē Dominus Sodomā, & Gomorram, pluendo de cælo sulphur, & ignem Gen. 19. Vnde Apostolus Ephe. 5. dicit, quod propter hoc uitium uenit ira Dei in filios diffidit, id est, in eos, de quorum salute diffidimus.

T E R T I Ó irascitur contra beneficiorum suorum imme mores, & signanter contra illos, quos dilatauit diuitijs, delicijs, & honoribus, qui tamen præ ceteris tanquā ingrati contra ipsum recalctrant, & male uiuunt o ipsum, quantum in eis est ad iracundiam propiore non cessant. Et de talibus con queritur per Moysen Deut. 32. dicens. Intransfatus est dilectus, & recalctravit, intransfatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum. Sequitur. Vedit Dominus, & ad iracundiam concitatus est, quia prouocauerunt eum filii sui, & filie, & ait. Abscondam faciem meam ab eis, id est, nunquam uidebunt faciem meam in cælo, in quam tamen desiderant angeli conspicere. Insper considerabo nouissima eorum tradendo eos damnationi perpetui: ò utinam bene, & diligenter notarent ista diuities huius seculi, qui cum præ ceteris deberent Deo esse magis grati, sunt præ ceteris magis ingrati, & minus Deo deuoti. Et ideo non mirum si quandoque turpiter ruant, rota fortunæ se contra eos uertente.

Q V A R T Ó irascitur Dominus cōtra obstinatos, & duros corde. Nam multi sunt ita indurati, & obstinati in peccatis suis, quod nulla exhortatione, nulla cōminatōne, nulla flagellatione possunt ad pœnitentiam emolliri, sed semper congregant contra se thesaurū iræ. Vnde contra quemlibet tales loquitur Apostolus ad Roma. 2. dicens. Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. Secundum duritiam autem tuam, & cor impenitens thesau rizas tibi iram in die ire, & reuelationis iusti iudicij Dei. Exemplū habemus in iudeis, qui proenrauerunt Christū crucifigi, quos per quadraginta annos ad pœnitētiā expectatos, & impenitentes ipse Christus, tanq; vehementer iratus obse dit, & destruxit per Titū, & Vespasianū Romanos Imperato res, atq; per diuersas mūdi partes venditos mercatoribus dis persit, preter illos penè infinitos, q; gladio, & fami perierunt.

Caucamus

Caucamus ergo charissimi ne similiter nřis exigentibus pec catis flexuat ira dei in nos, & tandem tradat tortoribus infernalibus. A quibus nos præseruare dignetur ille, qui in trinitate perfecta uiuit, &c.

Dominica vigesimateria post Trinitatem, Sermo pri mus de Epistola.



R A T R E S imitatores mei estote, & obseruate eos, qui, &c. ad Philip. 3.

S I C V T sunt post hanc uitam in alio seculo duo termini, sive ciuitates duas, una scilicet malorum, que infernus dicitur, ubi tādē cōgregabūtur oēs reprobi, & alia bonorum, que ciuitas Dei in sacra scriptura appellatur, ubi similiter tandem congregabuntur oēs electi, ita etiam sunt duæ uitæ perueniendi ad dictos duos terminos, sive polluta, & immunda, per quam ambulant mali, iuxta illud psalmi de peccatoribus loquentis. Inquit natūre sunt uitæ illius in omni tpe. Itē uitæ munda, per quam ambulant iusti, de qua in psalmi. Nouit dominus viam iustorum. Nouit, inquit, approbaudo. Et de ipsis duabus uitæ similiter loquendis Mat. 7. ait. Spatiova est una, que ducit ad perditiōnēs, & multa sunt, qui intrant per eā. Arcta autem uitæ, que ducit ad uitæ, & pauci sunt, qui inuenient eam. Qui ergo ambulant per uitæ immundæ peccati, nituntur tanquā cooperatores diaboli alios secū trahere in infernum, dicentes illud Sap. 2. Venite, fruatur bonis, q; sunt. Sed talium iniunctio periculosa pariter, & societas damna est uitanda, prout sapiens admonet esse faciendum. Prover. 1. dicens. Fili mi, si te laetauerint peccatores, ne acquescas eis. Si dixerint, ueni nobiscum, fili mi, ne ambules cum eis. Prohibe pedem tuum à semitis eorum. Pedes enim eorum ad malum currunt, id est, ad malum culpe in presenti, & poenitentiā in futuro. Imitatio ergo, & societas talium est summopere vitanda. Qui uero econtra ambulat per uitam mundam gratia, & uitritus, nituntur tanquā cooperatores Dei alios secū trahere in celum, & hoc tam verbo salutaris doctrina, quām exemplo bona uitæ. Primo modo nitebatur regius propheta Dauid, alios secū trahere in celum, cum dicebat. Venite filii audite me, timorem

domini docebo uos. Secundo modo autem nitebatur Christus omnes post se in celum trahere, cum dicebat Iohann. 8. Ego sum lux mundi, scilicet, per totius sancte uitę exempla ritatem. Et ideo me sequimini, quia qui sequitur me, non ambulat in tenebris, id est, culpe, aut ignorantie, seu gehennę, eò quod ego sum uia, ueritas, & uita. Iohann. 1.4. Via, inquam, contra tenebras culpe. Veritas cōtra tenebras ignorantie. Vita contra tenebras gehennę. Taliter etiam nitebatur Paulus alios post se trahere in celum. Ipse enim optimè uocerat uiam illuc peruenienti, eò q̄ iam eam fecerat, q̄nq̄uidem in suo raptu illuc ascēderat, & deinceps inde descendērat. Propter quod in principio epistolę presentis Philippensibus, & in eis omnibus Christianis loquens ait, imitatores mei estote, &c.

In prēsenti ergo epistola idem Apostolus quatuor principaliiter facit.

P R I M Ó omnes Christi fideles ad sui, & sibi similiū imitationem attrahit, in principio epistolę.

S E C U N D Ó eosdem ab imitatione malorum retrahit, ibi, Multi enim ambulant, &c.

T E R T I Ó ad spem futurę glorificationis corporum allicit, ibi, Nostra conuersatio in celis est.

Q U A R T Ó ad perseuerandum firmiter in bono inducit, ibi, Itaque fratres mei, &c.

P R I M Ó igitur Apostolus omnes Christi fideles attrahit gratiōlā imitatione sua ad suā, & sanctorū uirorum imitationem, dicens. Imitatores mei estote, & obseruate eos, q̄ ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Quandiu enim Apost. agebat uitam in terris, erat imago, & exemplar uiuū totius uirtutis. Postquam uero prēsentem mundum deseruit, reliquit nobis tot exemplaria, quod bonos discipulos, quos obseruare, siue intueri debemus, haurientes ab eis similiiter exemplum bonę uitę conformiter ad formam siue uiuēdi p̄ modum ipsius Apostoli. Vnde ad hoc facit exemplum, quod habetur in principio primi libri rhetorice Aristotelis, ubi narratur de quadam perito pictore, ad quem cum quidam venirent petentes pulchram imaginem sibi fieri, ipse aspiciebat multos transeuntes ante dominum suā, ab uno sumens exemplar pulchri nasi, ab alio exemplar pulchro-

pulchrotum oculorum, & sic de alijs, ex quibus omnibus formabat pulchram imaginem. Sic, & nos debemus à diversis iustis, & bonis haurire diuersa exempla uirtutum, ut potestate, charitatis ab uno, humilitatis ab alio, liberalitatis ab alio, & sic de alijs, & ex omnibus illis exemplaribus formare in conscientijs nostris unam pulchram imaginem gratiae, & uirtutis. In cuius figurā dixit dominus ad Moyſen Exo. 12. Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte mōstratum est. Vbi per montem, qui alteri terre adiaceat preminet, designatur quilibet uirtuosus, ad cuius exemplar debet operari quilibet imperfectus, & qui ad perfectionē uult tendere. vnde Senec. epif. 9. Opus, inquit, est aliquo ad quem mores nostri se erigant. Nisi enim ad regulam praua non corriges. Hęc ille.

N O T A N D V M ergo, quod debemus facere secundū exemplar, quod in monte, id est, in beato Apostolo Paulo nobis monstratum est, & hoc imitando eum, prout ipsem nos in prēsenti epistola admonet. Precepū autem in his, que sequuntur, uidelicet.

In humilitate, In mansuetudine, In fide,
In spe, In charitate, In zelositate.

P R I M Ó igitur debemus uincuri Paulum in humiliata. De humilitate quidem ipsius ipsem loquens. 1. ad Corinthios. 15. ubi agit de multis apparitionibus Christi post suam resurrectionem, dicit sic. Nouissime autem omnium tanquam abortiuo uisus est, & mihi. Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus uocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei. In quibus uerbis ter ostendit suam ingentem humilitatem. Primo quidem uocando se abortiuum. Secundo uero assertendo se minimum Apostolorum. Tertio autem affirmando se indignum uocari Apostolum, eò q̄ persecutus fuerat Dei ecclesiam. Ecce triplex testimonium humilitatis Apostoli Pauli. In hac igitur humilitate debemus eum imitari iutribus predictis. Primo quidem reputando nos abortiuos, eò quod nascendo corporaliter, uenimus super terrā mortui spiritualiter, scilicet, per culpam originalem. Secundò reputando nos ceteris inferiores, & si. non semper statu, aut officio, saltem uite merito, iuxta illud Ecclesiast. 3.

Dominica xxi. post Trinit.

Quanto magnus es, humilia te in omnibus, id est, sub omnibus, reputando alios te meliores, quia ut dicit Augustinus de uestib; Apostoli, Serm. 21. astimare debes nullum esse ho minem, qui non possit habere aliquid boni, quod tu non habes, etiam lateat, in quo sine dubio possit te esse superior, quæ cogitatio ad contundendam superbiæ multum ualeat. Et hoc est, quod dicit Apost. Philip. 2. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humiliitate mentis alter alterum existimantes superiorum sibi. Hec ibi. Tertius reputando nos indignos uocabulo Christianorum, eo quod persecuti sumus Christum peccando, à quo Christiani dicuntur, qui sunt de sorte, & familia Christi. Ecce ergo quomodo debemus imitari Apostolum Paulum in humiliitate tribus modis prædictis.

S E V N D O debemus imitari apostol. ih mansuetudine. Ipse enim fuit valde crudelis, durus, & auferens ante suam conuerzionem in persequendo Christians, ut patet Act. 9, ubi sic de eo legitur. Saulus adhuc spirans minarum, & cœdis in discipulos domini, accessit ad principem sacerdotium, & petiit ab eo epistolas in Damascum ad synagogas, ut si quos inuenierit huius uia tuiros, ac mulieres, unicos perderet in Hierusalē. Ecce eius crudelitas antea conuerzionem. At uero post conuerzionem suam, qui antea erat velut lupus sequiens in oues Christi, factus est tanquam ouis mansuetissima, & obedientissima, cum ait pastori suo Christo. Domine, quid me uis facere? Ecce quomodo crudelitas lupi mutata est in mansuetudinem ouis. Profecto hæc mutatio fuit opus singulare dexteræ excelsi, id est, Christi iam sedentis, ad dexteram Dei patris. In hac igitur mansuetudine debemus imitari Apostolum Christi. Quod sit si non irascimus ad iniurias, & opprobria aliorum, maximè cum dicat Arist. lib. 1. suæ rhetori, quod mansuetudo est depresso, & sedatio iræ. Ut enim dicit Bet. Ser. 2. de conuersione beati Pauli. Triplici arte mansuetudo nostra pulsatur, uidelicet, uerborum iniurijs, rerum damnis, lesione corporis. In his enim tribus omnis exhibiti patientia, & omnis exercitatio mansuetudinis inuenitur. Illa autem uirtus, & mansuetudo, seu patientia probata est, quam nihil horum triū uidetur concutere potuisse. Hac Ber. Sed profectò, ut di-

Sermo 1. de Epist. 326

cit idem Ber. super Cant. Sunt quidam mansueti, & miti, secundum quamdiu nihil eis dicitur, uel nihil agitur, nisi pro eorum arbitrio. Patebit autem quam longè sint à uera mansuetudine, si leuis oriatur occasio. Notandum tamē circa hoc conformiter ad beatum Gregor. lib. 19. mora. q. circa huiusmodi mansuetudinem contigit duplíciter peccare, uidelicet, per excessum, & defectum. Per excessum quidē per nimiam seueritatem, per defectum vero per nimiam puerilianitatem. Vnde dicit sic. Sunt nonnulli, ita districti, ut omnem mansuetudinem benignitatis amittant. Et sunt nonnulli ita mansueti, ut iura districti regiminis perdant. Vnde cunctis rectoribus virtuæ summopere sunt tenenda, ut nec in uigore disciplinae benignitatem mansuetudinis, nec rursum in mansuetudine districti discretionem deseruant disciplinæ. Hec ille. Nota quomodo hæc duo fuerunt figurata in arca Moysi, in qua erant hæc duo, uidelicet uirga, & manna, ut dicit Apostolus ad Heb. 9. Habeamus ergo charissimissimi mansuetudinem discretam, quæ tandem nos faciet hæredes terræ cœlestis, quia scriptum est in psal. q. mansueti hereditabunt terram, supple egletem.

T E R T I O debemus imitari Apostolum in fide. De fide enim illius ipsemet loquens. 2. ad Timoth. 4. ait. Eadem seruauit, scilicet, à principio conuersionis. mæs usque ad finem uitæ. Vnde immediatè, ante prædictum uerbum præmisit dicens, Cursum, supple, humanæ uite) consummaui. deinde adiecit. Eadem seruauit. Quanta autem fuerit fides ipsius, patet ex his, quæ de ea scriptis in plerisque locis suarum epistolarum, ita ut in hoc excederit ceteros Apostolos, qui scripserunt. Et ideo meritò dicere poterat cum psalm. Credidi, propter quod locutus sum, supp. de ipsa fide in laudem ipsius scribendo. Quanta etiam fuerit eius fides à principio sue conuersionis, patet per hoc, quod quamprimum fuit ab Anania baptizatus, & per remotionem squamarum ob oculis eius illuminatus, continuè ingressus in synagogas prædicabat Iesum illis Iudeis, qui erant Damasci, affirmans, quia hic est Christus, ut legitur Act. 9. Ecce quanta fuit fides Apostoli Christi Pauli. In hac igitur fide debemus cum imitari, habentes fidem in tribus locis, uidelicet, in corde, in ore, in opere. In corde qui-

de quidem firmiter eredendo ; quæ sunt credenda, protinus tenemur, & obligamur, quia (ut habetur ad Rom. 10.) corde creditur ad iustitiam. In ore uero loco, & tempore nomen Christi confitendo, & symbolum fidei soluendo. Vnde sequitur, ubi supra. Ore autem confessio fit ad salutem. Vnde de ipso Symbolo loquens August. homil. 43. dicit sic. Quotidie symbolum dicit, præcipue ipsum sol ute, quando surgitis, & q[uod] ad somnum nos collocatis commandantes uos ipsos domino. Nec piceat ipsum repetere. Bona est enim illius repetitio, nec subrepate obliuio. Nec dicatis, ipsum dixi heri, dixi, & hodie, illud quotidie dico, illud bene teneo. Commemora fidem tuam, illud sepe repetendo, hec ille. Ecce quo anodo debemus habere fidem in ore. In opere similiiter fidem habere debemus, quia teste Apostolo Iacobo, fides sine operibus mortua est. Eiusdem. 2. unde Chrysost. homil. 8. in escudam Epistolam ad Timotheum, dicit, quod si des sine operibus recte comparatur pulchro, & uenusto corpori uitrite destituto, seu etiam pulchre figure, seu picture.

QUARTO debemus imitari apostolum in spe. Quante enim spei ipse fuerit, patet per illud, quod habet. 2. ad Tim. 4. In reliquo (inquit) reposita est mihi corona iustitiae, quam redder mihi dominus in illa die iustus index. Item ad Titum. 3. hæredes (inquit) sumus secundum spem uita æterna. Sic & nos debemus uiuere, in spe perueniendi ad cœlestem gloriam, supponita gratia diuinæ, & proprijs meritis, quia secundum magistrum sentent. lib. 3. spes est certa expectatio futura beatitudinis, ex meritis, & gratia proueniens. Qui autem ad ipsam beatitudinem aspirat, nec tamen uult bene operari, sed solum fiduciam suam ponit in Dei misericordia talis non ueraciter sperat, sed magis præsumit de diuina misericordia. Nam ut dicit Aug. de uerbis domini sermo. 47. homines periclitantur duobus modis, uidelicet sperando, & desperando. Sperando quidem decipitur, qui dicit, Benignus est Deus, misericors est Deus, faciam, quod mihi placet, lachabo habenas cupiditatibus meis, & implobo desideria animæ meæ. Quare hoc? quia misericors est Deus, benignus, & mansuetus est Deus. Spe isti periclitantur. Desperatio autem illi periclitantur, qui cum incidet in gravius peccata,

cata, putantes, iam sibi non posse ignosci, dicunt apud seip-sos. Iam damnati sumus, quare non, quod uolumus, facimus? Itos itaque desperatio necat, illos uero spes nimia. Hæc ille.

QVINTO debemus imitari Apostolum Paulum in charitate. Habuit nempe ingentem charitatem ad Chrm., & ad proximum. Ad Chrm. aut ostendit se habere charitatem mirabilem dupliciter, uidelicet, uerbo, & facto. Verbo quidem, ut patet ad Ro. 8. ubi ait. Quis nos separabit à charitate Chrii, tribulatio, an angustia, an famæ, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius. Ac si aperit dicat, q[uod] nihil horum eum poterat separare à charitate Christi. Facto est ostendit suam charitatem ad Christum, quandoquidem penè infinita mala pro nominis sui defensione perpessus est. Pro quo etiam finaliter gladio occubuit. Sic enim de eo prædicterat ipse Christus Ananias dicens. Ego illi ostendam, quanta oporteat eum pro nomihe meo pati. Act. 9. Ecce quomodo dupliciter Paulus ostendit suam charitatem ad magistrum suum Christum. Similiter habuit insignem charitatem ad proximos suos, & præcipue ad consanguineos, pro quibus optabat ana thema esse à Christo, ut haberetur ad Rom. 9. Nam horum salvatorem, & ad fidem Christi conuersationem tanto desiderio optabat, ut dicit gl. ord. ibidem, q[uod] libenter uoluissest ad tempus separari à Christo, siue in presenti, siue in futuro, per retardationem à gloria, absq[ue] tñ culpa ipsius, ut in Christum illi cederent. ò ingens, & ardēs charitas Pauli ad proximos suos, qui nō uidebatur curare de seipso, dummodo fratres eius ad fidem traherentur, & tandem saluarentur. Similiter de ingenti charitate ipsius ad proximum loquens Chrysost. in sermone de laudibus eiusdem, dicit unum mirabile uerbum, uidelicet, q[uod] nullus tanto affectu deflet propria peccata, quanto ille deflebat aliena. Dicit etiam, q[uod] p[ro] maiora pietatis foementa adhibebat illis, à quibus affligebatur. Sepe nanque pro illis, qui eum quinque uulnerauerant, & eius sanguinem stiebant, lachrimabatur, & uehementer dolebat, atque pro eis ardenter orabat. Vehementer quoque mordebat, ac p[ro]enitus dissecabatur, cum eos percutentes uidebat. Et breuiter sicut ferrum in ignem copiosum missum totum efficitur ignitum, ita & Paulus taliter chris-

charitate Dei, & proximi fuit accusatus, quod totus resolutus est in charitatem. Hic, & nos exemplo illius debemus habere charitatem ad Deum super omnia, & consequenter ad proximum. Ad Deum quidem, qui ipse fecit nos, & non ipsi nos. Nec quidem solum nos fecit, uerum etiam per gratiam suam refecit. Insuper homo factus nos redemit, atque sydereas mansiones preparauit, si modò mandata eius seruare voluerimus, atque ipsum super omnia diligere studuerimus. Similiter, & proximum propter ipsum, qui cum creauit, atque proprio sanguine redemit, diligere debemus oportantes illi simile bonum sicut, & nobis.

S E X T O debemus imitari Apostolum Christi Paulum in zelositate. Fuit enim dictus Apostolus magni zeli ante conuersationem, quam post. Et quidem de zelo suo ante conuersationem loquitur ad Gal. in hunc modum dicens. Audistis nos sup. Iudei, qui habitatis in Galatia, conuersationem meam in iudaismo, idest, dum adhuc iudaice uiuere, quoniam supra modum persequebatur ecclesiam Dci, idest, christianos, & expugnabam illam, idest, penitus illos affligebam, & proficiebam in iudaismo supra multos coetaneos meos, abundatius emulator. i. zelator existens paternarum mearum traditionum. i. ceremoniarum à patribus meis traditarum, & instruatarum. Super quo dicit glo. or. quod ipse Paulus habuit zelum bonum, sed non èm scientiam. Credebat enim bene agere, sed tamen errabat per ignorantiam. Vnde Deus, qui vidit eum tamen fidelē in minimo, præuenit eum uocando, ut constanter esset in maximo. Ecce quanti zeli fuit ante conuersationē suam Apostolus Paulus. Similiter post suam conuersationē fuit maximus zeli, sicut patuit de illo Corinthio, quem tradidit Sathanæ corporaliter uexandum in detestationem facinoris sui, cum sua nouerca, & patet. i. ad Cor. 5. Item tanto zelo duciebatur ad Dei honorē, quod nihil poterat tolerare, qd aduerseretur diuinę legi. Vnde de eo legitur. i. ad Timo. quod tradidit Sathanę quosdam, qui Deum blasphemauerant. Super quo dicit glo. ordi. quod ipse tantę potestatis, & meriti erat apud Deum, ut recedentes à fide solo uero tradiceret diabolο. In hoc itaque tam sancto, & pio zelo debemus imitari diūtum Apostolum, ita ut proposte nostro defendamus Dei honorē, ut meritō dicere possumus cum psalm. zelus domus

tuz comedit me. Quod expones August. super Iohan. tractatu. 10. dicit, quod ille comeditur zelo domus Dei, qui omnia peruersa, quæ ibi uidet, fatagit emēdarī, cupit corrigi, nec quietescit. Quod si illa emendare non possit, tolerat, & genuit. Hac ille. Hac sunt ergo in quibus debemus imitari diuum Christi Apostolum Paulum, si uelutus esse eius ueri discipuli, uel etiam Christi. Nam ipsum imitando, imitatur Christum, quem & ipse perfecte imitatus est. Propterea. i. ad Corinth. 4. loquitur dicens. Rogo uos fratres imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Et sic patet de primo principali.

SE C V N D O principaliter Apostolus nos retrahit in presenti epistola ab imitatione malorum, cum ait. Multi n. sup. mali, qui rectè dicuntur multi, quia stultorum infinitus, est numerus, ut habentur Eccl. 7. Isti inquam multi ambulant, s. proficiendo dietim in peius, quos sæpe dicebam uobis, dum scilicet, apud nos eram præsens corpore, nunc autem, & flens, interli. tum propter illorum perditionem, tum propter bonorum, & signanter simplicium subuersiōnem. Dico inimicos crucis Christi, sup. esse, quorum finis interitus, idest, damnatio eterna.

MO R A L I T E R circa hoc notandum, quod propter crux Christi intelligitur penitentia, & aperitas uitę pñtis, in qua semper fuit Christus affixus, quamdiu manifit in hoc saeculo, ne quam. De qua ēt loquebatur ipse Christus Lu. 9. dicens. Si quis vult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucē suā quotidie, & sequatur me. Hec aut̄ etiū penitentię habet multos inimicos, & signanter quatuor. Primi sunt, qui uitriū ipsius crucis penitentię cōtēnunt, & derident, ut sunt multi truphatores, qui derident eos, qui sæpe confiteantur, sine qui se ieiunant, aut qui alia sancta opera facere satagent. Secundi sunt, qui crucis penitentię imitatores persequantur, & affligunt, quia (ut dicit Apostolus. 2. Tim. 3.) omnes qui piē uolunt uiuere in Christo Iesu, idest, religiosā iustē, & sanctē, & hoc ad imitationem Christi, persecutiōnem patientur iuxta illud d omīni uerbū Io. 16. In mundo pressuram habebitis. Tertiij sunt, qui alios à crucis imitatione retrahunt, ut sunt illi uiri mundani, & peccatores, qui post Pascha multis, & multas retrahunt à cruce penitentias,

ad quam prius in quadragesima ascenderant. Idem dic deilis, qui retrahunt alios ab ingressu religionis, vel à quocunque sancto proposito, aut opere. Tales enim grauium pœcant, & in casu ad restitutionem tenentur. Quattuor sunt, qui cruci penitentia contraria faciunt, ut sunt notori peccatores, & peccatrices, qui seipso dānant, & alios secum in abyssum trahere laborant. Hi sunt ergo inimici crucis Christi, id est, penitentiae à Christo institutae, ut per eam peccatores saluentur.

NOTANDVM ergo, quod huiusmodi inimicos dictæ crucis Christi debemus cum Apostolo deflere. Tum quia in eis frustratur meritū, & efficacia passionis Christi. De quo ē idem Christus uō dōlere, & cōtristari, iuxta illud uerbū Pſ. in persona ipsius. Contristatus sum in exhortatione mea i. in passione, nel labore, quē frustra assumpsi pro salute inimicorum crucis meæ. Tum quia directè, & ineuitabilitate uadunt in infernum, & ad mortem æternam, quod certè defundunt est. Tum tertio quia occasione eorum retardatur consummatio gaudij electorum, quod fieri iu die iudicij, uidelicet, cum cōpletus fuerit numerus electorum. Quod quidem gaudium cītius perficeretur etiam partim per eos, si essent, ita bene amici crucis Christi, sicut sunt illius inimici. Ecce ergo quare debemus deflere inimicos crucis Christi cum Apostolo Paulō. Sic etiam tales deflebat psalmi cum dicebat. Exiit aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt, supple, inimici tui peccatores, legem tuam. Similiter eos deflebat Hieremias, cum dicebat. Quis dabit oculis meis fontem lachrymarum, ut plorem die, ac nocte interfectos, &c. Et Hie re. 9. Taliter etiam eos deflebat ipse fons pietatis Christus, sicut patuit, quando quidē uidēs ciuitatem Hierusalem fleuit super illam, ut habetur Luc. decimonono. Sed quid flebat? Profectō non futuram murorum illius subuersiōnē, sed praesentem bonorum morum habitantium in ea euersiōne, & destructionem. Insuper taliter deflebat sancta illa, & piissimater Monicha filii sui Augusti. adhuc errantē perditionem. De qua etiam loquens idem Augusti. libr. tertio. confessionum dicit, quod plus flebat illius perditionem, quam defleant carcerē matres filiorum suorum funeralia corpora, Patet ergo quare debemus deflere instar Apostoli Pauli inimicos

Inimicos crucis Christi, & signanter, quia finis eorum est in teritus, supple eternus, ut hic dicit idem Apostolus.

N O T A N D U M insuper, quod idem Apostolus præcipue deflet inimicos crucis Christi propter tria peccata, quæ sunt in eis, & quæ hic describit, quæ sunt.

Gula. Gloria. Auaritia.

P R I M U M igitur deflet corum gula: quia corum deus uenter est, quod student ei satisfacere in omnibus. Nam quicquid faciunt, pro ipso uentre faciunt. Et bene uenter gulosorum uocatur deus eorum, quia, ut dicit Augu. & recitat in glo. interli. illud ab homine pro Deo colitur, quod ipse principaliter diligit. Sic est autem, quod gulosus plus diligit uētrum suum, quam Deum, quod sic patet. Nam citius, & iucundius currit ad tabernā, siue ad mēfām, quam ad ecclesiam. Item transgreditur ieiunia ecclesie, ut satisfaciat uentri, & gulæ. Insuper diligit, & querit longam mensam, & bream misiam. Præterea fatigat illi semel in die etiam festo intrare ecclesiam, ubi tamen plures accedit ad mensam. Ex quo patet, quod plus diligit uentrum suum, quam deum, & per consequens facit de uentre suo Deum suum.

S E C U N D U M Apostolus deflet inimicorum crucis Christi uanam gloriam, quam querunt in omnibus operibus suis, iuxta illud Mat. 23. Omnia opera sua faciunt, ut uideantur ab hominibus, & inde sup. laudent. Sed nouerint tales, quod in futuro eorum inanis glorioatio conuertetur in confusioinem, & opprobrium sempiternum. Et hoc notatur in uerbis Apostoli dicentis, Quorum gloria, scilicet temporalis, in confusione, sup. erit in alio seculo, quia perducet eos ad cōfusionē eternā iuxta illud Oſec. 4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. i. in penam ignominiosam. Hinc Prover. 29. Superbum sequitur humilitas, supple, in alio seculo.

T E R T I U M Apostolus deflet inimicorum crucis Christi auaritiam, quia, inquit, terrena sapientia cogitant de terrenis, & non de spiritualibus, & eternis. Item plus in cordibus eorum sapientia, & dulcedinem generant temporalia, quam eterna. Nam in cordibus eorum omnia spiritualia sunt insipida, & amara, terrena autem dulcia, iuxta illud psal. Inimici eius terram lingent. Pro quo notandum, quod, ut legitur Iac. 3. quadruplex est sapientia, s. diuina, quæ desiramus et

Scđ. Dō. G. Pep. Pars Aestib.

T r **terre-**

terrena, animalis, diabolica. Nam auari sapiunt terrena, id. xuriosi carnalia, superbi diabolica, iusti, & boni celestia. Et sic patet de tribus malis, qua sunt in inimicis Iesu Christi, quæ hic deflet apostolus Paulus tanquam syncretus zelator ipsius Christi, & tanquam compatiens super perditionem animarum Christi sanguine redemptarum. Et sic patet de secundo.

TER T I ò principaliter idem Apostolus in presenti epistola allicit Christi fideles ad spem futurę glorificationis corporum suorum, cum ait. Nostra conuersatio in celis est. Tanquam aperte diceret. Estote imitatores mei conuersando in celestibus per spem futurę resurrectionis, sicut & nos conuersamur. Propterea sequitur, Vnde etiam saluatorum exemplum Dominum nostrum Iesum Christum, superuenturum ad iudicium finale, & tunc reformabit corpus humiliatum nostrum, i. corpus nostrum, quod modò est humile, abiectum, & despiciibile, uel etiā quod in morte humiliatur in hoc, quod tunc in puluere deiicitur, configurando illud corpori claritatis suæ, i. assimilando ipsum corpori suo, quod apparuit clarum, tum in transfiguratione, ut pater Matt. 17. tum in sua gloriosa resurrectione, ut pater Mat. ult. Et hoc est, quod dicit. 1. Ioan. 3. Scimus, quia cum apparuerit, similes ei erimus. Nec certè dubitandum est, an Christus possit facere predictam reformationem corporum nostrorum, quia potest (inquit Apostolus) omnia sibi subiungere. L. celestia, terrestria, & infernalia iuxta illud Phil. 2. In nomine Iesu omne genu fleatur, celestium, terrestrium, & infernorum.

NO T A N D V M est autem circa verbum, Nostra conuersatio in celis est, quod conuersatio sanctorum hominum dicitur esse in celis tripliciter.

PRIMÒ quidem, quo ad meditationem. Nam saepe de cœlestib. meditanū. Modò, ut dicit Mat. 6. Vbi thesaurus tuus, ibi est cor tuum. Sic enim per sanctam meditationem erat conuersatio Beati Martini in celis, secundū, quod ecclesia de eo canit dicens, Oculis, ac manibus in celum semper intentus supp. erat. Similiter legitur de Sancta Monica, matre beati Aug. quod toto mentis affectu clamabat dicens, Volemus in celū, uolemus in celū. Hinc uir contemplatius dicit illud Job. 7. Suspēdium elegit anima mea, i. coniēplationē cœlestiū.

SE C V N D Ó quo ad locutionem. Sepe in emi uiri spirituales, & iusti loquuntur de celestibus, iuxta illud psal. Posuerunt in celum os suum, sup. de celestibus communiter loquentes, & lingua eorum trāsūt in terra, quasi in transitu de terrenis loquentes, quantum, & secundum q̄ necesse est. Homines autem auari, quasi assidue de terrenis loquuntur, raro autem de spiritualibus, & celestibus, quia ut habetur Io. 3. Qui de terra est, de terra loquitur.

TER T I ò quo ad præfationem. Nam huiusmodi uiri spirituales prestolantur, & querunt toto cordis affectu cœlestia. Talis aut̄ erat sanctus ille rex David, qui dicebat. Quid enim mihi est in celo? Et nota, q̄ admiratiuè loquitur. Ac si aperte diceret. Illud bonū, quod mihi cupio in celo, est magnū, & admirabile, quia ut h̄ Esa. 64. itē 1. ad Cor. 2. Oculus non uidit, nec auris audiuit, & in cor hominis, &c. Sequitur. Et à te quid uolui super terrā? id est, omne bonū aliud à te, qđ uolui, & concipiū super-terrā, est uile, & contemptibile, nec potens satiare desiderium meum. Meritò ergo sancti uiari dicere possunt cum Apostolo. Nostra conuersatio in celis est. Et sic patet de tertio principali.

QVARTA ò principaliter Apostolus in presenti epistola inducit nos ad firmiter, & stabiliter perseverandū in dono, cū ait. Itaq; fratres mei charissimi, & desiderissimi, charissimi, inquam, per specialem dilectionem, & desideratissimi, id est, quos multum uidere desidero, uel quorum salutē ardentē desidero, gaudium meum, id est, qui estis materia gaudij spiritualis propter bonam uitam, quę est in uobis, & corona mea, i. qui estis occasio corona meę, quam expecto in celo, qđ quod per prædicationem meam uos ad fidē attraxi exterius, dñs aut̄ incrementū dedit interius uos mouendo, & disponendo. Nam qui alias ad fidem suam prædicatione, aut exhortatione attrahit, omnibus illis in celo, quasi corona circundatus gaudebit, iuxta illud Eccl. 50. Circa illum corona fratrum. Vos igitur ô fratres mei sic state, scilicet, in sancto proposto, & bono, quod in uobis incepimus est. Vnde 1. Corinth. 10. Qui stat, uideat, ne cadat. Deinde Apostolus in fine epistolæ rogar firmiores in fide, ut adiuvent infirmiores. Textus est clarus. Sic, & nos debemus facere, si cupimus ad cœlestē regnum peruenire. Quod nobis præstare dīg. &c.

Dominica XXIIII. post Trinit.

Dominica vigeſimateria post Trinitatem, sermo ſecundus de Euangelio.



E D D I T E, quæ ſunt Cæſaris Cefari. Mat. 22. Pro introductione prefentis sermonis mouetur quæſtio talis. Vtū populus christianus teneat soluere tributum Cefari, id est, principi terreno? Pro ſolutione huius dubii ponam aliquas ueritates per ordinem.

P R I M A igitur ueritas. In ſtatu naturæ lapsæ conuenienter facta eft per homines dominiorum diſtinctio. Probatio. Illud eft conuenienter factum, per quod uitantur iurgia, diſſenſiones, & turbationes in publica, ſive in ciuili politia. Hoc autem fit per huiusmodi dominiorum, & terrarum diſtinctionem, & partitionem, aliaſ homines ſe iniuicem oppriemet, & occidenter pro occupatione terrarum. Igitur. Vnde ad hoc propositum multum facit historia, quæ legitur Gen. 13, de Abraham, & Loth, qui erant ualde diuitiae in poſſeffione gregum, adeo quod terra, in qua morabantur, non poterat eos ſuſtineſſe pariter. Vnde facta eft rixa inter paſtores corū, quod uideſſe Abraham dixit ad Loth, Nō ſit iurgium inter me, & te, nec inter paſtores meos, & paſtores tuos, fratres enim ſumus. Elige ergo partem huius terræ dexteram, uel ſinistram, & ego alteram tenebo. Elegit ergo Loth, regionem circa Iordanem, ſicque reſeffit ab Abraham. Iſe autē Abraham habitauit in terra Chanaan. Ex hac igitur hiſtoria ſufficienter patet ueritas predicta. Pro quo facit illud decretū Auguſt. diſtinct. 8. que iure, ubi ſic dicitur. Quo iure poſſidet quiſque, quod poſſidet? Nonne iure humano? Nam iure diuino domini eft terra, & plenitudo eius, diuitiae, & pauperes una terra ſuportat. Iure ergo humano dicī hęc uilla eft mea, hic ſeruus eft meus, haec domus eft mea. Iura autem humana iura Imperatorum ſunt, quae per eos diſtribuit humana generi. Haec ibi. Ius ergo diuinum non determinuat partitiones dominiorum, nec etiam illas prohibet, ſed relinquit eas fiendas arbitrio bonorum uiorum, & hoc totam ad pacificam hominum cohabitationem. Patet ergo, q̄ in ſtatu naturæ lapsæ conuenienter per ius poſitionum facta eft diſtinctio, & partitio dominiorum, & poſſeffionem tem- poralium.

Sermo II. de FEDERE. UNIVERSITATI
poralium. Quinimo nullo modo expedit pro ſtatu naturæ lapsæ omnia eſſe communia.

H A N C etiam ueritatem poſſitum probare taliſ ratiōne. Illud nullo modo expedit Republica, per quod terra in ſoliditudinem uerterentur, per quod uia fraudibus, & malitijs aperiretur, per quod boni ſemper haberent peius, & melius, & quod eſſet efficac occaſio nunquam habendi pacem inter homines. Sed communitas omnium rerum in Republica pro ſtatu naturæ lapsæ induceret omnia iſta mala, igitur iſtud non expedit. Maior eft ſatis nota apud omnem re-ā lapientem. Minor vero probatur quo ad omnes ſui partes inducit. Prima igitur pars, quæ dicit, ex tali communitate terræ, & agri uerterentur in ſoliditudinem, probatur ſic. Sic enim agri eſſent omnibus communes, ergo commune eſſet ipsos agros colere, & ſeminare. Sed uidemus ad oculum, quod nullus curat, niſi forſan ualde parum, de communib. Item in collectione fructuum homines inuitu ſe oppriment, & ſic eſſet maxima confuſio in Republica! Secunda, pars, quæ dicit, q̄ per hoc aperiretur uia fraudibus, & malitijs, probatur ſic. Nam tunc fortiores, & potentiores plus debito occuparent de bonis communib. Malitiosi etiam, & altuti non poſſent puniri, eō quod dicent ſe non occupare alienū, ſed tanto indigere. Ex hoc ſequitur terția pars, ſcilicet, quod bonis, & ſimplicibus eſſet peius, eō quod non uellent accipere de bonis communib, niſi quantum eſſet ſibi neceſſe. Malis uero eſſet melius, quia non ſolum neceſſaria, ſed & multa ſuperflua aggregarent. Quarta pars, quæ dicit, quod talis iuſtitio eſſet efficac occaſio, quod nunq̄ habetur pax in Republica, ſed continuè lites, & iurgia, patet ſic. Nam in tali caſu contingere poſſet, q̄ plures eodem tempore, & hora uellent ſimiliter uti eadem re publica, upore equo, uel domo. Quod ubi fieret, ſequeretur lis, & diſcordia inter eos, uno trahente ex una parte, & alio ex alia. Ex quibus omnibus patet, quod talis communitas rerum non expedit pro ſtatu naturæ lapsæ.

S E C U N D A ueritas. Magis expedit Rempublicam regi domino regali, quam Aristocratico, aut Democratico. Pro intellectu terminorum notandum, quod do minium, ſive regi men regale dicitur, in quo unus ſolus praefidet ad iunctis

Sibi consiliarijs, quorum consilio uti debet tempore, & loco. Aristocraticū autē regimen dī illud, in quo pauci, & sapientes principiantur. Democraticū autē regimen dī illud, in quo multi ēt inexperti, & de infima plebe p̄fūnt. Hoc supposito probatur p̄dicta ueritas autoritate, & ratione. Prīmō quidem authoritate Aristotelis; qui in fine li. 12. Metaphysicē dicit, q̄ multitudine principiū mala, sit ergo unus princeps. Vnde satis expedit Reipublicē, quōd esset unus solus, qui presideret toti mūdo in temporalibus, sicut fit i spiritualibus, sicut patet de summo p̄fūnc. Sic n. nō cōtingeret tot, & tāta bella, sicut, prob' dolor, cernimus fieri. Secundō probatut idē intentiōnē fit. Ille principatus est magis expeditus, & perfectior, qui magis accedit, & conformatur excellētissimo principatiū, qui est diuinus, quo, scilicet, Deus dominatur in celo, & in terra. Sed ille est quasi regalis, eō quōd non sunt plures Dij, sed unus est Deus. Igitur.

TERTIA UERITAS. Principatus regalis, quo quis iustē principiū uni toti regno, ac multitudini, partim introduc̄tus est à Deo, partim à populo.

PRIMA pars pater per illud Prover. 8. Per me, inquit, dñs reges regnant, per me principes imperant. Et de hoc habetur historia de Saul, quē p̄fecit dñs populo Israeli regem perent. 1. Reg. 9. Idem habetur de David postquam Saul reprobatus fuit à Deo propter inobedientiam suam. 1. Re. 16. Causa autem, cur dominus instituerit, & uoluerit aliquos erigere in reges, & principes super alios, est duplex. Prima quidem ad protegendum eos ab aduersarijs, siue ad liberandum eos à tyrannis, sicut sāpe legimus factum esse in lib. Iudicū, quo ad filios Israel. Secunda autem ad puniendum insolentes, & peruersos subditos, qui bonos inquietant, & perturbant. Et hoc innuitur. 1. Petri. 2. cum dicitur. Subiecti estote omni humano creatura propter Deum, siue regi, tanquam praecellenti, siue ducibus, tanquam ab eo missis ad undicā malefactorum, laudem uero bonorum. Ecce ergo, quomodo, & quare instituit dominus reges, & principes, ut scilicet, facerent iustitiam de delinquentibus, & malis. Non ergo eos p̄fecit, ut tallijs, gabellis, uectigalibus, tributis, & pēnē iustitiae modis excorieret bonos, & iustos. De q̄bus oībus exactiōibus reddent rationem uelint, nolint in die iudicij.

SIC VNUA pars p̄dictae ueritatis, sic patet. Quamuis enim multi principatus, & fermē omnes fuerint in suo exordio tyrannici, & usurpiati, sicut facilē probari potest per sacras historias de quatuor imperijs, uidelicet, Parus, & Medorū, Assyriotum, Ḡeçorū, atq; Romanorum, nihil omnus successu temporis populus sponte subiecit se certis principiis, ut ab eis protegeretur, & hoc rationabiliter, rationabile enim est, ut qui se regere nesciunt, uel non possunt absque auxilio, & directione alicuius potentis persona, se illi subiiciant, quo ad regimen, & directionem, atque gubernationem. Conuenientes ergo aliqui ab initio ad construendā aliquam ciuitatem potuerunt iustē eligere aliquem uiruōsum, & potentem virum ad principandum illi, sicut factum est de Romulo, quo ad ciuitatem Romanam. Et hoc uel cōferendo ei principatum pro se, & hæredibus suis, uel pro sequentium, siue quod eius successores eligerentur, sicut fit de Imperatore Romano. Et qđ dictum est de principatu regali, potest etiā similiiter dici de Principatu Aristocratico suo modo quo ad eos, qui se subiecerūt dominio alicuius communatis, sicut communiter fit in Italia. Ecce ergo quomodo iustus principatus regalis partim est à Deo, & partim à populo. Confirmant p̄dicta per Apostolum Ro. 12. dicentem, quōd non est potestas, nisi à Deo.

QUARTA UERITAS. Iustē principiū tenētur subditi obediēti lictis, & maximē in ijs, quē ad officiū, & potestatē suā spectant. Probatur ista ueritas per Apost. Ro. 12. dicentem, Omnis aia j. omnis homo potestatibus sublimioribus subditus fit. Qui autē resistit potestati, sup. principis, & hoc in lictis Dei ordinatione resistit. Hoc autē q̄ malum sit, patet ex pena, quē propter talem inobedientiam infertur, quē est dānationē eterna. Ideo sequitur. Qui autem resistunt, sup. p̄dictę potestati, ipsi sibi dānationem acquirunt, eō, scilicet, q̄ Deo, à quo descendit eorum potestas, resistunt. Vnde legitur. 1. Reg. 8. Quōd cum Samuel Prophetā clamaret ad dominum cōquerēdo, quōd filij Israël nolent sibi obediēre, ait illi dñs. Nō te, inquit, sed me abieciunt, ne regnē super eos. Ex p̄dictis ergo patet, q̄ leges humanæ, & positiuę, quas p̄ bono reipublicē statuūt reges, & Imperatores obligant transgressores carum ad mortale peccatum, sicut beatum Tho. 1.2. q. 96.

art.4. Habent enim uim obligandi in foro conscienti à lego
æterna, à qua deriuantur, iuxta illud Prou.8. Per me reges re-
gnant, & legum cōditors iusta decernunt. Nihilominus ubi
princeps priciperet contrarium legi diuinę, aut quod esset
contra bonos mores, tunc non esset illi obedendum, quia ut
habetur A&t.5. & est uerbū beati Petri Apostoli. Obedite ma-
gis oportet Deo, quām hominibus. Pro quo etiam facit illud
decretum beati August. 11. quēst. 3. qui refutat. Si, inquit, ali-
quid iubatur, quod non debes facere, hanc sanę contemne
potestatem, timendo maiorem potestatem.

QUINTA ueritas. Subditī catholici tenentur soluere
tributā, & censū suis ueris Dominis, tam pro honesta, &
decenti manutentione sui status, quām pro subueniendo ne-
cessitatibus reipublicæ. Pro quo notandum conformiter ad
beatum Tho. super Epistolam beati Pauli ad Rom.ca.13. le-
ctione prima in princ. quōd fuerunt quidam heretici in pri-
mitiis Ecclesia, qui dicebant Christianis non licere submit-
tere se potestatibus sacerdotiis, & hoc propter libertatem,
quam consecuti fuerant à Christo in baptismo, innitentes il-
li authoritati eiusdē Christi Iohan.8. que dicit. Si filius uos
liberauerit, verè liberi eritis. Sed hunc errore reprobat idem
doctor ubi supra, dicens quōd libertas, quam nobis donauit
Christus, est libertas spiritus, qua liberamus à seruitute pec-
cati, & à morte æterna. Caro autem, quandiu viuimus, adhuc
remanet seruituti obnoxia, à qua liberabitur in generali re-
surrectione. Interim autem, quandiu corruptibilem carnem
gerimus, oportet nos carnalibus Dominis subiici. Et ita per
aduentum Christi fideles à tributis soluendis non sunt ablo-
luti, sicut nec à pénalitatibus corporis. His ergo prælibatis
prædicta ueritas manifestè probatur, rum per autoritatem
Christi in præsenti Euangelio dicentis. Reddite, que sunt Ce-
faris Cesarī, tum per autoritatem Apostoli ad Rom. 13. di-
centis. Reddite omnibus debita, cui honorē, honorē, cui tri-
butum, tributū, cui uectigal, uectigal. Dicit etiam August. &
recitat extra de censib⁹ ca. omnis, quōd subditi tributa
suis soluunt maioribus in signum subiectiōis. Super quo
dicit glo. quōd hoc intelligitur de laicis.

SEXTA & ultima ueritas. Clerici regulariter sunt ablo-
luti, & exempti a tributis dandis, & soluendis temporalibus
princi-

principibus, & Dominis, in quorum terris degunt. Probatio.
Ipsi enim vocati sunt in fortem Domini, quasi speciales filij
eius. In cuius rei signum, cum parvulus recipit tonsuram, ab
episcopo dicāt. Dominus pars hæreditatis meæ. Modò, vt dicit Christus Matt. 17. filii sunt liberi à tributis. Hanc etiā li-
bertatem approbat lex antiqua, quæ absoluēbat Leuitas à tri-
butis. Similiter apud gentiles, & idololatras sacerdotes erāt
liberi à tributis soluendis Principi terræ. Vnde Gen. 47. legi-
tur, q̄ tempore famis affligentis vniuersam terram Aegypti
Ioseph distribuendo frumenta regis Aegypti, fecit totam il-
lam terram tributariam regi, preter terram sacerdotum, ,
Similiter Imperatores approbant prædictam libertatē, ut no-
tatur. C. de episcopis, & clericis. l. omnis . Item l. nulla, ubi ex-
presse dicitur, quōd clericis, aut Ecclesijs, seu p̄s locis non
sunt collecte, aut onera, seu cōmunes exactiones imponen-
de, nec etiam debent aliquid soluere pro fructibus, & prouen-
tibus suarum Ecclesiarum, quando talia uendunt. Hæc ibi
Resolutoriè ergo tenendum est, quōd principes sœulares nō
possunt de nouo imponere subsidia, seu tributa, siue exigere
à clericis, aut Ecclesijs absque licentia summi Pontificis, &
hoc sub pena excommunicationis, ut patet extra de immuni-
tate Ecclesiarum ca. non minus. Nihilominus in eodem capi-
tulo dicitur, quōd si fortè episcopus simul cum clericis tan-
tam necessitatē perspexerint, ut absque ulla coactione ad
relevandas utilitates, & necessitates cōmunes, ubi laicorum
non suppetunt facultates, subsidia per Ecclesias duxerint
conferenda, prædicti laici humiliter, & deuotè recipiant cum
gratiarum actione. Propter imprudentiā tamen quosundā
Romanus Pontifer prius consulatur. Hæc Innocentius ter-
tius ubi supra. Sed profectō hac tēpestate nonnulli principes
videntur parum estimare hæc decretalē, quia procedūt cōtra
Ecclesiasticos per uia facti, & ad manus autē ponēt frequen-
ter temporale eorū inter manus suas, nō sine graui periculo
animarū suarū. Ipsi uiderint. Non. n. res Ecclesiæ sunt bona
Cesaris, sed Ecclesiarū, & clericorū, atq; pauperū. Reddatur
ergo, iuxta Dñi sententiā in præsenti Euāgelio, prout assumpti
mus ī themate p̄missio, q̄ sunt Cefaris Cefari, & q̄ sūt Dei Deo;

In præsenti ergo Euāgelio fit prīncipaliter mentio de
quatuor, uidelicet.

De Phariseorū iniqua cōsultatione, in principio Euāgeliū.
De eorundem dolosa quæstione, ibi.
Magister scimus quia, &c.
De iusta à Christo redargutione, ibi.
Cognita autem, &c.
De propositæ quæstionis resolutione, ibi.
Reddite ergo quæ, &c.

P R I M O igitur fit mentio de iniqua Phariseorum consiliatione, quia abeuntes Pharisei consilium inierunt, ut caperent Iesum in sermone. Nam ut dicit glo. interl. Dic̄tī Pharisei intendebant, quasi Christo ignorantem, extorqueret aliquid ab eo minus rationabiliter dictū, in qua argui posset. Ex quo pater, q̄ malitiosè conspirabant aduersus Christum. Et notanter dicitur, ut caperent eum in sermone, quia nō poterant eū capere in malo opere. Vel etiā, quia facilius capitur homo in uerbis, quam in factis. Sed pro faciliori, & ampliori intellectu prædicti textus mouentur aliqua parua dubia.

P R I M U M igitur dubium uersatur circa illud primum uerbum, abeuntes, circa quod queritur, unde abierunt, sup. Pharisei. Responso, à cōfōrtio, & p̄sentiā Christi. Nam ut legitur Matt. 21. Multas parabolas p̄sentiib⁹ scribis, & pharisei dixerat Christus, in quibus nō manifeste, sed occulte increpat eos, & tangebat uisceraliter. Cum ergo cognoscissent, quid de ipsis diceret, uoluerunt eum apprehendere, & ligare, atq; in carcерem ducere. Non fuerunt tamen ausi ita facere, quia timuerunt turbas, quæ Christum tanquā uerum Prophetam habebant, & forsan cum defendissent contrariabim̄ prædictorum scribarum, & phariseorum. Quod illi videntes, & inuidētes abierunt, sup. plenī verecundia Italice. **A** tutta loro gran uergogna. Sic & hodie multi uident, q̄ non possunt se vindicare de illis, qui dicunt eis ueritatem suam, recedunt confusi, & tristes, proponentes tamen sumere uindictam de illis loco, & tempore. Prædictis ergo corpore Christum relinquenteribus non poterat bene succedere, sicut neq; omnibus peccatoribus, qui ipsum relinquunt spiritu, & mente. Hinc Hier. 7. dicitur. Domine, omnes, qui te derelinquent, scilicet, per peccatum, cōfundentur, uidelicet, confusione æterna, nisi citò penituerint. Et de tali desertione conqueritur ipse Dominus Hiere, 2. dicens. Dereliquerunt me,

me, supp. peccatores, fontem aquæ uiuæ.

S E C U N D U M dubium uersatur circa illud sequens uerbum, pharisei, circa quod queritur, quare pharisei plus ceteris Iudeis aduersabantur Christo, sicut frequenter legitur in sacro Euangelio. Ad hoc potest assignari triplex ratio.

P R I M A erat eorum inuidia. Pharisei nempe erant velut religiosi inter Iudeos, & qui à multis repabantur tanquam sancti, & hoc propter uitę austерitatem, quam exterius ostendebant, & prætendebant. Cum ergo uiderunt populum currentem post Christum, tum propter sanam doctrinam, quam prædicabat, tum propter multa, & grandia miracula, quæ faciebat, uiderunt per hoc honorem eorum diminui; nec in tanta estimatione se apud populum, sicut prius haberit, propter quod cuperunt Christo inuidere. Qui tamen si sapientes, & ueri humiles fuissent, utique cum Iohanne dixissent. Nos oportet minui, illum autem crescere Iohannis. 3.

S E C U N D A ratio fuit eorundem phariseorum odium, quod conceperant aduersus Christum, cōq; ipsorum peccata frequenter reprehendebat, & signanter notando eos de hypo crisi, ut patet Matt. 23. & in pluribus alijs locis. Modò, ut dicit August. oculis egris odioſa est lux, id est, ueritas, quæ puris estamabilis. Et ideo meritò figurantur per fratres Ioseph, de quibus legitur Gen. 37. quid oderant eum, nec poterant ei quicquam pacificè loqui. Bene ergo dictum est à Tercentio, quid ueritas odium parit.

T E R T I A ratio est moralis. Nam per hoc designatur, quid mali clerici, & falsi religiosi, qui per phariseos desiguantur, plus aduersantur Christo male uiuendo, quam ceteri Christiani, ita ut de talibus meritò possit iustè conqueri ipse Christus, & dicere illud Psal. Amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquarent, & steterint. Vnde Bern. in conuersione sancti Pauli ser. 1. Coniurasse uideatur contra te ò bone Iesu uniuersitas populi Christiani. Maximæ autem egresa est iniquitas à senioribus indicibus uicarijs tuis, qui uidentur regere populi tuum. Heu heu Domine Deus, ipsi sunt in persecuzione tua primi, qui uidentur in Ecclesia tua diligere primatum, & tenere principatum. Misericordia conueratio est plebis tuæ miserabilis subuersio, Hæc illæ.

TE R T I V M dubiū uersatur circa illud sequens verbū, consilium inierunt, ut caperent eū in sermone. Circa quod queritur, qualis fuit modus huiusmodi consilij. Ad quod respondet probabilit̄, q̄ potuit esse talis. Caiphas enim cum esset pontifex anni illius, posuit se in cathedra, tanq̄ superior, cui assisterant multi scribēti, legisdoctores, & pharisei, s. religiosi, aut, qui saltem exterius apparebant ceteris sanctiores. Ad quod quidem consilium uocatus magnus ille legis doctor Gamaliel, ad cuius pedes sedens aliquando Paulus fuerat in lege Moysi eruditus, ut ipsemet testatur Actu. 22. noluit uenire, sciens iniquum esse consilium, dicens illud Gene. 49. In consilium eorum non ueniat anima mea. Similiter illuc uocatus Magnus ille princeps Iudeorum Nicodemus, qui prius uenerat ad Iesum nocte, & dixerat ei. Scimus, quia à Deo uenisti magister. Nemo n. potest, &c. Iohann. 3. etiam noluit uenire, sciens Christum esse uirum iustum, & sanctum, atque à Deo misum, ut pater ex praecedente eius confessione. Insuper illuc uocatus Ioseph ab Arimathia nobilis decurio, uir bonus, & iustus, qui à casu tunc temporis uenerat in Hierusalem, comparuit quidem, sed non consensit consilio impiorum. Et de hoc est expressus textus, Luc. 23. ubi de eo dicitur, quod non consensit consilio, & actibus Iudeorum. Ad huiusmodi ergo consilium uocati multi inimici, & aduersarij Christi libenter, & citè uenerunt. De quo quidem consilio longè ante prophetauerat sanctus ille Daud, dicens. Beatus uir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentia non seddit, in qua sup. seddit Caiphas, ut dictum est.

H i s ergo suppositis, cepit dictus Caiphas, querere opiniones singulorum, quid illis uideretur esse faciendum de Christo, qui uituperabat eos in sermonibus, sub quibusdā parabolis. Et nota, quod istud consilium fuit aliud ab illo, de quo legitur Iohann. 11. Nam istud congregatum fuit, ut caperetur Iesus in sermone, illud uero, ut caperetur in corpore, & moreretur. Vixit est ergo consiliarijs, & afflitionibus non expedire tunc capere Christum in corpore, eō q̄ populus, qui ipsum, tanquam prophetam habebat, cum defenderet, sed q̄ potius erat capiendus in sermone adulatio-

Nis, ut sic extorquerent ab eo aliquid, unde possent eum accusare, siue apud Herodem, siue apud maiores Iudeorum, horum ergo consilium uisum est bonum domino praesidiū. Sed qui, inquit Caiphas, mittendi sunt ad capiendum eū in sermone? Nunquid uos domini pharisei facietis hoc libenter? At illi. Certe non. Omnes enim fermè cognoscunt. q̄ sumus eius inimici. Et hoc etiā ipse bene nouit, & sic caueret sibi à nobis, nec loquēt̄, si in propria persona pgeremus ad eum. Libenter tamen mittemus ad eum nostros discipulos, à quibus minus cauebit sibi. Quibus ponemus in ore quæsitionem magnè perplexitatis, quam sibi proponent. Et ne credentes in eum aliquid mali inferant nostris discipulis; adeundus est Hærodes, qui in praesenti est in hac ciuitate, ut concedat nobis aliquos de militibus suis pro tuitione dictorum discipulorum nostrorum. Conclusum est ergo, q̄ deberet ita fieri. Et factum est ita. Et hoc est, quod dicit euangelista. Et mittit̄ ei discipulos suos cū Herodianis:

M O R A L I T E R. Multi Christiani hodie imitatur phariseos, ut sunt illi, qui cum uident se à uiris iustis, & honestis reprehensos, etiam quantuncunque modestè, aut charitatè, indigne ferunt, machinantes malum contra eos, atque insidiantes illis, uolentes eos capere in opere, & sermone. Et quia ueraciter hoc non possunt propter aliorū uitę sanctitatem, ideo fictè, & mendaciter, siue per se, siue per interpositam personam hoc agere satagunt, magis seipso, quam alios capientes, saltem intus in animabus suis. Et de opere quidem historiam habemus de illo sanctissimo doctore ecclesiæ Hieron. qui cum reprehenderet Romanorum impudicam uitā, & signanter clericorum, ac monachorum, nōnulli talium indigne ferentes eius increpationes, cum de consumiliis culpa infamare studuerunt, in hunc modum. Nam cum ad officium matutinum more solito quadam nocte uit Dei surgeret, uestem muliebrem, quam dicti emuli iuxta letum suum silenter posuerant, reperit. Quam suam esse credens, induit, sicutque ad ecclesiam processit. Hoc autem ludibrium eius emuli fecerant, ut crederetur in thalamo mulierem habere. Cum ergo uit dei intellexisset dictorū emulorum nequitiam, reliquo cardinalatu, & Roma ad Gregorii Nazianzenum Constantinopolitanum ep̄m se contulit sub quo

quo sacras literas didicit. Ecce ergo quomodo predicti uoluerunt capere innocentem Hieron. in opere nephatio. De sermone autem, quo maluoli nituntur innocentes capere, habemus historiam. 3. Reg. 21. de illa nequissima muliere lezabel, ad cuius instantiam duo falsi testes introducti sunt, qui deposuerunt. Nabothe benedixisse, id est maledixisse Deum, & regem, ut sic lapidaretur, & nivea eius à rege Achab occuparetur. Quod & factum est. Sunt etiam nonnulli alii viri malitiosi, qui alias ingurgitant vino, & postmodum faciunt multos contractus cum eis, ut capiant eos in sermone. A quibus illi minus sibi cauentes, propter alienationem sensus sibi sepe evaperato vino inueniunt se grauior damnificatos. Nec possunt cōtrauenire contractibus, impediēre forsan publico instrumento super hoc factō, sive propter refū depositionē, qui ex industria adducti fuerant. Ecce malitia, & astutia multorum modernorum hominum, à quibus simplices, & imperiti sumnopere debent sibi cauere, ne capiat eos in sermone.

S E C V N D O M principaliter in presenti euāgeliō sit mērio de ministrorum à phariseis ad Christum missorū doloso qōne, seu interrogatione, cū aiunt. Magister, scimus, qā uerax es, & uiam Dei in ueritate doces, & non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi uiderit, liceat censum dari Cesari, an non?

N O T A N D V M , qā predicti hoīes ex uerbis suis in multis se ostendunt culpabiles. Primo. n. si Christus p confessio[n]ē corū est magister, quare non reliquo discipulatu phariseorum, qui erant pleni errore, efficiuntur ueri Christi discipuli. Secundo. si Christus est uerax, quare illi non credunt? Terrido. si uiam Dei in ueritate docet, quare non audiunt? Quartō mendacium incurruunt, cum dicunt. Et non est tibi cura de aliquo. Nam ut habetur Sap. 6. ipsi est cura de omnibus. primō enim illi est cura de insensibilibus, saltem illa inesse conseruando, etiam usque ad lapides. Secundō illi est cura de sensibilibus, ut puta, de bestijs terrę illas pascendo, iuxta illud. j. ad Corinth. 9. Nunquid de bobus cura est Deo? Tertio illi est cura de rationabilibus, cuiusmodi sunt homines, pro quorum salute descendit de dextera Dei patris in utrum uirginis. Quartō illi est cura de intellectualibus, cu-

iusmodi

iusmodi sunt angeli, illos glorificando in cælis. Bene ergo, & ueraciter dictum est de eo per sapientem, qā illi est cura de omnibus. Quintō blasphemant Christum, & per confessum Deum, eo quod ipse est Deus, & hoc cum dicunt. Nō enim respicis personam hominū. Per hoc enim illi auferunt à Deo plenam notitiam hominum, sive bonorum, sive malorum, cum tamen dicat scripture Eccl. 13. Oculi Domini multo plus nitidores super solem circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda. Item in psalm. Oculi eius super gentes respiciunt. Sexto insidiōsē Christum interrogant, proponentes ei questionē perplexam, secundum corū iudicium, & dicentes. Die nobis, quid tibi uideat. Liceat censum dari Cesari, an non? Sed profectō inaniter sic Christum interrogant, quia ut h[ab]it[u]m Prouer. j. Frustra iacit rete ante oculos pennatorum, id est, hominum oculorum per discretionē, & pennatorū per uirtutū abūdantiā, qualis, sup. erat Christus. Vnde manifeste declarauit suam prudentiam in responstone, quā dedit discipulis phariseorum, cum ait illis. Redite, que sunt Cesaris, &c. Patet ergo, in quantis se ostenderunt culpabiles, qui Christum in-sidiosē interrogare præsumperunt.

M O R A L I T E R . Per predictos discipulos phariseorum Christo adulantes multipliciter. Tū uocando eū magistrū, cuius tñ nolentē esse discipuli. Tum uocando eum ueracē, quem tamen in occulto dicebant fallacem. Tum uocando eum syncerum populi instructorem, quem tñ in occulto asserabant eiusdem populi seductorem. Tum asserendo eum non esse personarum acceptorem, contra quem tamen murmurabant, qā ad hominem peccatorem diuertisset, scilicet, ad Zachæi domum, qui diues erat, & princeps publicanorum. Luc. 19. Ac si esset acceptor personarum, ut potē, præhonorando diuites, & principes populi. Tum proponendo illi questionē, de solutione census, quasi uolentes ab eo de ueritate instrui, quē tñ pretendebant capere in sermone, per predictos, inquam, ministros phariseorum predictis modis Christo adulantes, designant quiq[ue] adulatores, qui more predicatorū applaudunt hoībus exterius ex uerbis, licet interius machinant aduersus eos malum, iuxta illud psal. Molliti sunt sermones eius, scilicet adulatoris, super oleum, & ip-

Sunt iacula, quia corda audientium vulnerant per uanam gloriam, quam accipiunt, cum audiunt se laudari. hinc. Esa. 3. dicitur. **Qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt.** Vel sic. Molliti sunt ferronei eius, scilicet, adulatores, super oleum, per laudem, quam fecit de hominibus in ipsorum pntia. Et ipsi, inquit, sermores, sunt iacula, per detractionem, quam id adulator facit de eisdem hostibus in ipsorum absentia, quia cōter magni adulatores sunt magni detractores. Si tuis loqui de adulatione, uide in opere nostro super confiteor, secunda parte, secundi tractatus. ca. 2. ubi agitur de lingua adulatoria. Et sic patet de secundo.

T E R T I Ó, principaliter, in præsenti euangelio fit mentio de iusta interrogantium Christum redargitione, & reprehensione ab eodem Chro. Ipse igit cognita eortu nequitia, dolositate ait, **Quid me tentatis hypocrite? hypocrita nem pedi ille, qui aliud agit, & aliud simulat, uel qui aliud habet in ore, & aliud intendit in corde, cuiusmodi erant illi, qui missi fuerant à phatensis ad Chrm. Et ideo reuocavit eos Chrs hypocritas. Ostendite, inquit, numisma censu, i. numeru, qui pro censu soluitur. Cui cū illi obtulissent denariu, ait illis. Cuius est imago hec, & superscriptio? Eos aut sic interrogat, nō quia ignorat, scilicet, ut ad sermonem eorum competenter rndeat. Dicunt ei. Cesaris. s. Tiberij, sub quo passus est dominus. Vbi aduentendum em Hieron. q. omnes reges Romani à primo Caio Cesare, qui imperium usurparuit. Cesares sunt appellati.**

M O R A L I T E R notandum iuxta illā Chri interrogatio nē. Cuius est imago hec, q. est quadruplex imago, uidelicet. Dei, Diaboli, Sanctorum, Nephandorum.

P R I M Ó igit est imago Dei. Et iterū ista est duplex. Prima perfecta. Secunda imperfecta. Prima est filius in diuinis, q. est perfecta, & expressa imago dei pris, ut potest, ipsu pfecti, integrè, & exp̄lē, representans, maxime cū sint unius essentia, & substantia. Si igit queratur de filio in diuinis, cuius est imago hec, rñderi poteret, & catholicè, q. est imago Dei patris. Nam ut dicit Sap. 7. Ipse est candor lucis eternae, & scepter, sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Secunda imago Dei est imperfecta, & illa est homo, qui magis pot dici ad imaginē Dei, propter participatam similitudinem

similitudinē illius, q. imago. Vnde pf. Deus quis similis erit tibi? quasi dicar nullus, saltē per equalitatem. Bene tñ reperis aliquid simile Deo per participationē, ut angelus, & hō, & hoc rōne aīa. Si igit q̄ra de imagine impressa naturaliter, & indelebiliter in anima rōnali, cuius est imago hec, profecto responderi potest, quod est imago Dei, iuxta illud Gen. j. Fecit Deus hominem ad imaginē suam.

V B I notandum, q. homo secundum animam dicitur es se ad Dei imaginem formatus propter multa.

P R I M Ó quidem, quia sicut Deus est trinus in psonis, & unus in essentia, ita anima rationalis est una, in se habens tres potentias inter se realiter distinctas, quæ sunt memoria, intellectus, voluntas.

S E C U N D Ó, quia sicut Deus est immortalis, iuxta illud. 1. ad Tim. 1. Regi seculorum immortalis, &c. ita, & anima rationalis, iuxta illud Sap. 3. Iustorum āia, in manu Dei sunt. Sequitur. Visi sunt oculis insipientium. i. infidelium, & hereticorum, mori, illi autem sunt in pace.

T E R T I Ó, quia sicut Deus est inuisibilis, iuxta illud. 1. Iohan. 3. Deum nemo uidit, unquam, scilicet, oculis corporis, ita & anima rationalis est inuisibilis. Et propterea dicitur sp̄s, id est, spiritualis creatura. Et hoc manifestè appetit in morte cuiuslibet, ubi assistentes uident quidem corpus mori, sed minimè uident animam ab eo separari.

Q V A R T Ó, quia sicut Deus est ubiq̄ totus, & totaliter, iuxta illud Hierem. 23. Cœlum, & terram ego impleo, dicit dominus, ita & anima rationalis est tota in toto corpore humano, & tota in qualibet parte illius.

Q V I N T Ó, quia sicut Deus est omnino simplex, nullam habens compositionem, ita & anima rationalis, sic est simplex, quod non est composta ex materia, & forma, sed est ipsa forma, quia anima rationalis, & caro unus est homo, ut dicit Athanasius in symbolo suo.

S E X T Ó, quia sicut Deus est infiniti ualoris, & inestimabile bonū, ita & āia rōnalis est tāti ualoris, q. nō potuit redimi, nisi precio sanguinis Christi, qui est infiniti ualoris. Propterea nobis Christianis loquens diuus ille Paulus. j. ad Corinth. 6. dicit, Empti estis precio magno, & ideo gloriificate, & portat e Deum in corpore uestro. Dicit etiā Ber.

Ser. Do. G. Pep. Pars Actiua. **V u** quod

quod totus iste mundus in peccato unius animæ estimati nō potest, & Mat. 16. ait Christus. Quam commutationem dabit homo pro anima sua? q.d. Nullam. Ecce ualor animæ rationalis, & ideo homo debet eam ualde caram habere, & solici tè custodiare. Pater ergo, quomodo homo secundum animam est ad imaginem Dei formatus.

N O T A N D V M autem iuxta prædicta, quod præter predictam imaginem Dei in homine, quæ est naturalis, & per consequens communis bonis, & malis, est alia imago gratiæ, & uitutis secundum quam soli boni dicuntur esse ad Dei imaginem. De qua quidem imagine loquitur psalmus. In imagine pertransit homo. Notanter autem dicit pertransit, quia tunc dicta imago depingitur interius in homine, cum perfecit sit de statu culpe ad statum gratiæ, & de uitio ad uitutem. Parum est autem habere in se primam Dei imaginem, i.e. intellectum, memoriam, & uoluntatem, si non contingat habere secundam, i.e. gratiam, & uitutem. Qui ergo haec sunt uitiosus, studeat esse uiturosus, ut de eo meritò dici possit predictum uerbum psalmi. In imagine pertransit homo. Et sic patet de imagine Dei dupli.

S E C U N D A imago dicif diaboli. Habet enim diabolus suam imaginem, sicut Deus, quam depingit in anima peccatrice, inde delend o imaginem gratiæ diuinæ. In cuius figura legitur. i. Macha. 1. quod cum rex ille se ferat eritis simus Antiochus uenisset in Hierusalem, iussit coinquinari sancta, & adi fiscauit abominandum idolum super altare Dei, cui iussit offerri sacrificium. Ad propositum, rex Antiochus est Diabolus, qui est rex super omnes filios superbie, ut habetur Iob. 41. Iste igitur rex ingressus in templum conscientiæ humanæ per peccatum, prophanauit illud in hunc modum. Nam primò inde auferit idolum Dei, siue imaginem gratiæ illius, & erigit in eo nephandissimam imaginem suam. i. mortale peccatum. O quanta iniuria, & irreuerentia tunc sit summo regi, & omnipotenti Deo. O' quantum hoc displicet cunctis habitatoribus Hierusalem. i. celi ciuibus. O' quantum debet homo confundi, & meritò perpetuò dñanari, per cuius confusum hac omnia sicut in templo Dei, quod ipse est. Si ergo queretur tunc de imagine humanæ conscientiæ. Cuius est imago hæc. profectò responderi posset. Cæsar, idest, Diaboli. Cæsar enim

inter-

interpretatur possidēs principes. Et ideo rectè designat dia^b holū, qui principatur in anima peccatrice, in qua uideat imaginem suam, atque eam possidet. Da exemplum de cuius ratiæ, in cuius introitu sunt affixa arma talis, uel talis principis, quæ designant illam ciuitatem esse eius. Ita in proposizio. O' igitur charissimi deponite de templo conscientiarum ueltrarum imaginem diaboli per cordis contritionem, & oris confessionem, & ibi affigite imaginem dei per op̄eris condignam satisfactionem, ut cū ueneritis ad passagium mortis, & interrogati fueritis, cuius est imago hæc, quæ sup. fertis in animabus uestris. merito dicere possitis hanc esse imaginem gratiæ diuinæ. Quod ubi ita fuerit, indubie introduce mini in dominum illius regis, cuius imaginem desertis.

T E R T I A imago dicitur imago sanctorum. Solē enim imagines sanctorum depingi, & affigi in ecclesijs, & alijs locis, ut ad illas respicientes simplices, quasi ad libros suos elecent corda sua in Deum, & sanctos illius. Hoc autem tamquam licitum approbat. Grego. prout recitat ut conf. di. 3. perlatus. ubi reprehendit episcopus Massiliensem de eo, quod fregerat imagines ecclesiæ sive ab hac, quasi excusatione, ne adorari debuisset. Aliud (sinquit) est picturam adorare, & aliud per picturam historiam, quid sit adorandum addiscere. Non quod legentibus scriptura, hoc & idioris prestat pictura cernentibus, quia in ipsa ignorantes uident, quid sequi debeant. In ipsa legunt, qui scripturas neciunt. Item c. sequenti quod incipit. Venerabiles. sic dicitur. Venerabiles imagines Christiani Deos nō appellant, neq; seruunt eis, ut dijs, neque spem salutis ponunt in eis, neque expectat futurū iudicij ab eis, sed ad me. Moriā, & recordationē primitiorū eas uenerantur, & adorat, sed nō seruunt eis cultu diuinu, nec alicui creaturę. Hęc ibi, super quo dicit glo. quod nō debemus adorare imagines sanctorum cultu diuinu. i. latraria, sicut neque ipsos sanctos, sed bene dulia. i. aliquam reuerentiam illis exhibere nō propter se, sed ratione illius, quod representant. Valde ergo temerarij sunt quidā moderni prælati, quid ibuent de ecclesijs imagines deponi, dicentes hoc sapere idolatriā. Cōtra quos dicimus hæc consuetudinē esse ualde religiosā. Vnde Cyrillus Hierosolimitanus ep̄s, prout annotatur in fine ep̄istoliarum

diui Aug. dicit tantus timor diabolo inest diui Hieronymi, ut et sic picturē nō audiat apparere. Nā si alicui corpori ab eo obfesso preciosa demōstretur ipsius Hie. imago, ab eodem cōtinuō diabolus effugatur. Vñ referi ibi pulchriā historiam de quādā moniali formosa, sed casta, circa cuius cōcupiscentiā accusens iuuenis quidā uenit ad quendā incantatorē, rogans, ut sic ageret cū suo spiritu familiari maligno, ut posset ea abuti. Cumq; ille super hoc requisisset dictū spiriti neq; & ille appropinquasset camerē dictae sanctimonialis, non tñ potuit, nec ausus fuit illuc ingredi, & hoc propter imaginem diui Hiero. ibi depictā. Ecce, quād bonū est, & utile habere in camera imagines sanctorum, & p̄cipue B. Hiero.

A D V E R T E N D U M tamen q; circa ritū imaginū aliter, & aliter se habent Hebrei, Grēci, & Latin, Hebrei. n. imaginibus nō utuntur, prohibente lege Exo. 20. quē dicit. Non facies tibi omniē similitudinē eorū, quā in uel in terra, uel in aqua, uel sub terra sunt. Itē ibidē. Non facies sculpire, neque imagines. Idem habetur Leui. 2.6. item. Deut. 4. Grēci imaginibus quidem utuntur, sed tantum ab umbilico, & supra ut tollatur occasio stulte cogitationis. Latini autem utuntur imaginib; propter causam dictam.

Q V A R T A imago dicitur imago nephandomū uitorū, ac mulierum, utputa, Mercurij, Iouis, Veneris, Mineru, & huiusmodi. Similiter saepe in nonnullis picturis, aut taperis depinguntur multa nephanda, & dissolutione plena, quācē mēntes ferreas emollire possent ad illecebram. Et hac coniunctimē habentur in Aulis, & Thalamis Principū, utinam non prælatorum, ecclesiasticorum. Mentior, si non uidi in vī gilia Pascha propter reuerentiam festi similia affligi parietibus cuiusdam insignis ecclesię. Quod cum uidissim, & horruissim procuraui talia deponi, & unde allata fuerant reportari. Es si patet de tertio.

Q V A R T O principaliter in præsenti Euangeliō sit mentio de proposita quæstionis solutione, quācē querebatur à ministris Phariseorum. Si licet tributum dari Cefari, an non? Hic ergo respondet Christus dicens. Reddite, quācē sunt Cefaris, Cefari, & quācē sunt Dei, Dco.

C I R C A quod notandum, quād prædictum verbum potest exponi tripliciter, uidelicet,

Literaliter,

Literaliter, Moraliter, Allegoricaliter.

P R I M O igitur literaliter ad hunc sensum Reddite, quācē sunt Cefaris, Cefari, i. tributa, & uectigalia dñis uestris tēporalibus, ut possint cōmodē defendere rem publicam. Et reddite, inquam, quācē sunt Dei, Deo. s. decimas, & oblationes iuxta illud Malac. 3. Inferte omnem decimationem in horreū meū, ut sit cibus in domo mea, dicit dominus. Vel reddite, quācē sunt Dei, Deo, scilicet, honorem, reuerentiam, & deuotū famulatum. Et hoc est, quād loquitur Apost. Ro. 13. dicens. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui uectigal, uectigal, cui honorem, honore.

S E C U N D O moraliter. Pro quo nō tādū, q; hominū duos sunt genera. Primi sunt, qui retrorquent peccata sua in Deū directē, ut sunt illi, qui dicūt. O! si Deus uoluisset, ego nō essem subiectus tali, vel tali peccato. Aliqñ ēt indirectē, vt sunt, qui attribuit malam inclinationē suā ad hoc, uel illud peccatū, constellationi, siue influentię cœlesti. Sed contra hos loquitur dñs dicēs. Reddite, quācē sunt Cefaris, Cefari, i. attributas mala opera uestra nō Deo, neq; syderibus, sed potius māle uoluntati uestre. Secundi sunt, qui ex operibus de genere bonorū, q; interdū faciūt, appetit gloriā, & laudē humānā, tanq; nō intelligentes hmoī opera principalius esse à Deo, q; ab eis. Contra quos ēt loquitur dñs dicēs. Reddite, quācē sunt Dei, Deo. Et. i. ad Tim. 1. Regi seculorū immortali, inuisibili, soli Deo honor, & gloria. Item. i. ad Cor. 10. Omnia in gloriam Dei facite. Dicat ergo ad dominum, qui opera de genere bonorum faciūt, illud psalm. Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

T E R T I O Allegoricaliter de damnandis, & saluādis. In finali nempe iudicio facta congregatione bonorum, & malorum in uallis Iosaphat medio, factaque separatione eorum dem ab iniuciem, completo quolibet examine, & sententiā sūper utrisque data, dicet Iudex Christus Angelis sanctis iustitiæ sui ministris. Reddite, quācē sunt Cefaris, Cefari, idest, malos diaboli, & bonos Deo. Et hoc est, quod parabolicē locutus est Christus Matth. 13. dicens. Congregate nos, sup. mēstros, idest, Angeli primum Zizania, & alligate in fasciculos ad cōburēdum, triticū autē cōgregate in horreū meū. Simus ergo charissimi triticum purum, & mundum, ut tan-

Dominica xxiiii post Trinit.

Hem mereamur congregari in horum domini, id est, in eum. Prastante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre, &cetera.

Dominica vigesimaquarta post Trinitatem, Sermo primus de Epistola.

FATRES, non cessamus pro uobis orantes, & postulantibus, ad Colo. i. Solent parientes plurimum sollicitari de filiis suis, nedium praesentibus, uerum & absentibus, ita ut dicat scriptura E. a. 49. quod mulier non potest oblinisci infante suum. Et ubi dicti parentes fuerint boni, & uirgines, non tantum sollicitantur de prosectoru corporali, aut temporali filiorum suorum, quantum de eorum prosectoru spirituali. Et de hoc habemus historiam illius sanctissima matrona Monica matre Beati Augustini, quae supra modum sollicitabatur de spirituali salute dicti filii sui, priusquam ad eisdem catholicam conuerteretur. Vbi ergo filii sunt absentes, solent boni, & pietatis parentes pro eis fundere preces ad dominum, etiam interdum cum lachrymis orantes, & postulantibus, ut dignetur dominus eos conseruare a malo. Solent etiam quandoque ad eos scribere monentes illos, ut bene, & laudabiliter se regant. Hunc autem modum tenet Beatus Paulus erga Colossenses, quos vocat in presenti epistola fratres, & hoc ex nimia charitate, quam gerebat ad eos, cum tamen realiter essent spirituales frui eius, non quidem immediati, sed mediati, utpote filii filiorum eius, scilicet, Archippi, & Epaphre discipulorum ipsius Pauli Nam ut dicit Hiero. in prologo super epistolam ad Colossenses, ad hos non accessit in propria plena Apostolus, sed misit ad eos Archippum discipulum suum, similiter & Epaphrum, ut testatur ipsemet Apostolus circa principium primi capi. dicta epistola ad Colossenses. More ergo pietatis scribit ad praedictos Colossenses, & consequenter ad omnes Christi fideles, simul orans pro ipsis uoluntate, cum iam esset ligatus, & in carcere apud Ephesum, ut dicit idem Hieronymus ubi supradiccas. Fratres non cessamus pro uobis orantes, & postulantibus,

Sermo i. de Epist.

340

Iantes, ut dicitur in themate praemesso.

IN presenti etgo epistola Apostolus tria principaliter facit. Nam.

Orat, Informat, Ordinat.

PRIMÒ igitur orat pro Colossensibus, & consequenter pro uniuersis Christi fidelibus dicens. Fratres non cessamus orantes corde, & postulantibus ore, pro uobis, scilicet pro uestra salute, ut scilicet dominus, qui incepit in uobis opus bonum, dignetur illud cōtinuare, & perficere. Dicit ergo Apostolus Colossensibus scribens. Non cessamus, non quidem quasi continuo, sed horis, & temporibus opportunitis, pro uobis orantes simpliciter, & postulantibus instanter. Orantes, inquit, pro bonis gratiis impetradi, & postulantibus pro bonis glorie obtinendis. Vbi notandum, quod oratio, & postulatio in hoc differunt, quia oratio est simplex petitio. Postulatio vero est cum allegatione petitio. Conuenienter est Apo. premitit orationem postulationi, quia oratio debet precedere postulationem, ut scilicet deuotus petens aliquid a Deo exaudiatur. Da exemplum de illis, qui cum uolunt aliquid petere a principe, praemittunt persuasionem, mutum cum inclinent ad dandum, quod petitur.

NOTANDVM est autem, quod tria personarum genera merito dicere possunt cum Apo. Non cessamus pro uobis orantes, & postulantibus, quae sunt.

Deuoti prelati, Spiritus afflicti. Omnes glorificati.

PRIMÒ igitur deuoti prelati merito dicere possunt subditis suis. Non cessamus pro uobis orantes, & postulantibus. Ad hoc enim tenentur, tuum ratione officij, tum ratione beneficij, siue fluctuationis temporalis, quam ab eisdem subditis percipiunt. Hinc. i. q. i. ipsi sacerdotes, dicit Alexander Papa. Ipsi sacerdotes pro populo interpellant, super de jure, uel de facto, & peccata populi comedunt, id est, oblata pro peccatis, ut dicit gl. quia suis precibus ea delent, atque consumunt. Qui quanto digniores fuerint, tanto facilius in necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur. Hec ibi. Taliter autem sine cessatione orabat pro suis subditis ipsemet Paulus, prout in alio psalmo uidelicet. Ro. i. Romanis scribebat dicens. Sine intermissione memorie uestrri facio semper in orationibus meis. Similiter sine cessatione orabat sanctus ille propheta Samuel dominum pro populo Israelicito, prout ipsemet testatur. i. Re. 12.

Vu 4 dicens.

dicens. Absit à me hoc peccatum in dñō, ut cessem orare p
uobis. Sed, proh dolor, hac tēpestate multi plati, nec pro sc̄,
nec pro subditis debitas fundunt ad dñm orationes, ecq̄
tm̄ immargināt circa negotia sacerdicia, & uanitates huius
seculi, q̄ uix soluunt officium ordinarium, non sine graui
iactura salutis animarum fuarum.

S E C V N D O Spūs afflīcti. i. animē in purgatorio existētes
meritō possunt alloqui uiuētes, & maximē eos, qui pro illis
interdum orant, & dicere. Non cessamus pro uobis orātes,
& postulātes. Quāuis. n. aīz in purgatorio existētes non pos-
sint orando, aut postulando, aliquid apud Deū pro se impe-
trare, pñt tñ pro alijs. Et ad hoc solet adduci exēplū de con-
dēnato ad mortē, qui pro se postulando nihil proficit, sed bñ
pro alijs, ut potē, pro uxore, aut filiis, eos cōmendando iusti-
tię, ita in proposito. Meritō ergo dicere pñt dīcte aīz uiuē-
tibus in hoc sēculo, & pro illis interdū orantibus. Nō cessa-
mus pro uobis orantes, & postulantes. **Hic** in prouerbio dī.
Qui pro alio orat, s. pro spiritu in purgatorio existēte, pro
seipso laborat. Et istud debet nos ualde incitare ad orandū
libenter pro defunctis.

T E R T I O oēs regnātes in celo, tā angeli, q̄ ceteri sēi
merito dicere pñt ad suspirites. Fratres non cellamus pro uo-
bis orantes, & postulantes. Quod. n. ipsi bñt orent pro uiuē-
tibus, & precipiē pro sibi deuotis famulis, ambigit nemo.
Ad quod ēr faciēndū, hortantur eos sigillatim dicētes, Sācta
Maria ora pro nobis. S. Michael ora pro nobis. S. Ioh. Bap.
ora pro nobis, & sic de alijs. De hoc ēr historiā habemus. 2.
Mach. 1. 5. de Onia, qui fuerat summus sacerdos legis Iude-
orum, atq; uir totius sanctitatis, qui post mortem apparuit u-
iā Machabēo, pretendens manus in celū, & orans pro uni-
uerso populo Iudeorum. Tum ēr eidem Iude apparuit aliis
homo magni decoris, de quo dixit ad eī Onias. Hic est fra-
trum amator, & populi Israēl. Hic est, qui multū orat pro
populo, & uniuersa sancta ciuitate, Hieremias Propheta. Ex
qua historia pater intentum.

C A Y S A autem, quare incessanter sancti orant pro nobis
est duplex. Prima corum charitas. Non enim minori charita-
te ducuntur ad nos, ipsis nūc regnātibus cū Deo in celis, q̄
cum adhuc ambularent in terris. Et tamen tunē tanta cha-
ritate

ritate afficiebantur alijs hominibus, q̄ etiam diligebant ne-
dum amicos, uerum etiam inimicos, pro quibus etiam ora-
bant dñm, obseruantes illud dñi præceptum Matt. 6. Orate
pro persequentibus, & calumniatibus uos. Igitur à fortiori
orant pro eis in celo. Secunda causa, siue ratio est desideriū,
quod habent de secunda stola induenda. i. de expectatione
futura resurrectionis corporum suorum. Sciunt enim pro
certo, q̄ non induentur prædicta secunda stola, quousq; nu-
merus electorum fuerit cōpletus. Qui ut citius cōpleat, non
cessant orare, & postulare apud dominum de celis pro fra-
tribus uiuentibus in hac ualle miserię. Pātet ergo de triplici
seniū prædicta propositionis Apostoli, ubi ait. Fratres non
cessamus pro nobis orantes, & postulantes. Et per cōsequēs
de primo puncto præsentis sermonis.

S E C V N D O principaliter Apostolus in præsenti epistola
informat Colos. & consequenter quousq; fideles, qualiter se
habere debet, simul orās, ut ita fiat. Modus aut talis est, vt.

Dci noluntatem agnoscant,
Dignè, & iustè ambulent,
In opere bono fructifcent,
In scientia Dei crescant,
In iuritate permaneant,
Aduersa virtuosè tolerent.

P R I M O dīgitur apostolus docet nos, &hortat ut Dei uo-
luntatē agnoscamus, dicens. Impleamini agnitione uolūta-
tis Dei, ut. s. plenē cognoscatis, quid Deus uelit, & qđ nō, ut
dicit interl. Er reuera, ut dicit gl. ord. magnum est plenē sci-
re, quid Deus uelit in omnibus rebus, tam actiū, quam
contemplatiū uiræ.

Q V A E R I T V R ergo, utrum possimus plenē agnoscere
voluntatem Dei? vñ q̄ non, quia hoc esset eā comprehendē-
re, quod est impossibile. Responso. Alter agnoscunt Dei uo-
luntatē viatores, & alter comprehensores. Viatores nem-
pe eam nō agnoscunt, nisi à posteriori, ut potē, per effectus,
aut per sacrā scripturā, siue ēr per lumen naturale, de quo
in plā. Signatum est super nos lumen uultus tui dominus. Co-
prehensores vero eam cognoscunt intuitu, nudē, & clarē,
quod est plenē, & perfectē eam cognoscere, quamvis ipsam
non cōprehendat, quia nou est necesse, q̄ cognoscat qnīcqd.
Deus,

Deus uult , sed tantum quicquid Deus uult eos cognoscere de uolitis ab eo. Et hoc est quodammodo impleti agnitione uoluntatis Dei . Viatores autem tunc implentur agnitione uoluntatis Dei , dum cognoscunt , quid Deus uelit eos uelle , ut sunt præcepta ad salutem necessaria , & quid velit eos non uelle , ut sunt prohibitions , quæ importanter per præcepta negatiua , utpote . Non furtum facies . Non mechaferis . Non falsum testimoniu[m] dices , & huiusmodi . Impleamini ergo charissimi agnitione uoluntatis Dei , ad sensum datum , ut sciat is , quæ sit uoluntas Dei bona , beneplacens , & perfecta , ut habetur ad Rom . 12. Impleamini , inquam , in omni sapientia , idest , perfecta cognitione rerum , quæ pertinuerunt ad uitam actuam , & intellectu spirituali , idest , cognitione rerum , quæ ad contemplatiuam pertinent uitam . Et nota , q[uod] Apostolus non dicit . Impleamini agnitione scientiæ humanae , quia talis scientia inflat , ut ait idem Apostolus . 1. Cor . 8. Sed agnitione uoluntatis Dei , quæ est de pertinentibus ad salutem .

Quæritur ergo circa hoc , quid cognoscere debeamus de uoluntate Dei erga nos ? Responderetur , quod debeamus tria cognoscere , quæ sunt ad salutem summi necessaria , utpote , sine quibus non est salus , & cum quibus indefectibiliter habetur salus . Hæc sunt principium , medium , finis . Principium est , ut a peccato resiliamus , & bonum faciamus . De quibus duobus simul loquitur Psal . dicens : Declina à malo , & fac bonum . De istis etiā duobus pariter loquitur Apostolus The . 4 dicens . Hec est uoluntas Dei sanctificatio nostra , ut abstineatis uos à fornicatione , &c. Medium est , ut de bono in melius proficiamus . Et de hac uoluntate Dei dicitur in Psal . Ia uoluntate tua deduxisti me , sup . de minori bono ad maius bonū . Vnde Apost . 1 . ad Thes . 4 . Rogamus uos fratres , ut abunderis magis . Finis nero est consummatio uitæ in statu salutis . Vult enim Deus , ut in bono usq[ue] in finem perseueremus , & tunc dabit nobis gloriam æternam . Et de hac uoluntate dicit Apostolus . 1 . ad Tim . 2 . quod Deus uult omnes homines saluos fieri . Hæc sunt ergo , quæ agnoscere debemus de Dei uoluntate .

Sicut dicit Apostolus informat Colossenses , & quosq[ue] fideles , ut dignè , & iustè ambulet , cum ait . Ut ambuleatis dignè , Deo per omnia placentes . Ille autem dignè ambulat , qui

qui bene operatur , sicut decet tantum Dominum , qualis est Deus . Filius enim regis si facit aliiquid indecens Regie maiestati , non ambulat dignè . Cum ergo sumus filii Dei , consequens est , ut ambulemus sicut , dignum est . Hoc enim confert ad Dei honorem , quia compositus princeps debet compostam habere familiam . Hinc Apostolus Ephes . 5 . ait . Estante imitatores Dei , sicut filii charifissimi .

Notandum ergo , quod Apostolus in verbis predictishortatur nos præcipue ad duo , uidelicet , ad dignè ambulandum , & ad per omnia Deo placendum .

Quantum igitur ad primum notandum , quod homines in hoc mundo degentes sunt in multiplici differentia .

Primi sunt negligentes , qui uolunt stare , & non proficer . Sed nouerint tales , quod in uia uitæ non progrederi regredi est , maximè cum nihil hic in eodem statu permaneat , ut dicit Bern . ser . 2 . ii . purificatione Beata Virginis . Dicit etiam idem Bern . Epistola . 25 . q[uod] nolle proficer deficere est .

Secundi sunt recidiuentes , qui post confessionem rediunt ad uomitum , more porcorum , atq[ue] canum . Tales autem figurantur per filios Israel , qui cum iam essent prope terram promissionis , uoluerunt reuerti in Aegyptum , dicentes . Constituamus nobis ducem , & reuertamur in Aegyptum : Numeri . 14 . Sed attendant tales , quod vxor Loth retro respiciens , dum subuerteretur Sodoma , cōuersa est ita statuam falsis , ut habetur Gen . 19 . ut discamus , quād malum sit respicere post peccata sua affectu redeundi ad illa . Hinc etiam ait Christus Luc . 9 . Nemo mittens manum ad aratum , & respiciens retro , aptus est regno Dei .

Terti sunt ambulantes uersus infernum , ut mali , & peruersi , quos Apostolus appellat inimicos crucis Christi . Phil . 3 . dicens : Multi ambulant , quos sépe dicebam nobis , nunc autem , & flens dico inimicos crucis Christi , quorum finis interitus . Ex hoc ergo ultimo uerbo patet , quod tales ambulant uersus infernum . Tales ergo tandem dicent , cum , scilicet , erunt in inferno , illud Sap . 5 . Lassati sumus in uia iniuriantis , & ambulauimus uias difficiles .

Quarti sunt ambulantes rectè uersus cœlum , ut boni , & iusti , de quibus Esa . 40 . Ambulabunt , & non deficien t . Tales etiam figurantur per illa quatuor animalia , quæ uidentur

vidit Ezechiel in spiritu, quæ ambulabant ante facies suas, & non reuertebantur, cum incederent. Ezech. 1. Ad taliter autem ambulandum monuit Dominus sanctū illū senem Abraham, utpote, iam nonaginta nouem annorum, dicens illi illud Gen. 17. Ambula coram me, & esto perfectus. Ex quo patet, quod homo, quantumcunq; senex, debet semper ambulare versus cœlum per uitæ meritum, nec debet quiescere, quousq; eius spiritus reliquerit corpus. Nota de illo sancto patre Arsenio, de quo legitur in uitis patrum, quod cum iam esset senio confectus, orabat tamen Dominū dicens: Domine nō me derelinquas, quia nihil boni feci coram te, sed praest mihi secundum magnam benignitatem tuam, saltem modo habere bene uiuendi principia. Et nota, q; soli illi, qui ambulat versus cœlum, dignè ambulant, prout admonet Apostolus.

Q u a n t u m ad secundum, in quo nos admonet idem Apostolus ad placendum Deo per omnia, notandum, quod homines se habent in tripli differentia circa hoc.

P r i m i sunt, qui toto studio solicitantur, quomodo possint placere mundo, & de placendo Deo nullo modo cogitant, neque est illis curæ, ut sunt homines inundani, & qui querunt gratiam aliorum, utpote, principum, & magnatum, cum tamen dicat Apostolus ad Gal. 1. Si, inquit, adhuc hominibus placere, Christi seruos non essem. Et nota, q; dicit, si adhuc, per quod innuit, q; aliquando hominibus placuit. Hoc autem fuit ante conuersiōnē tuam, quando quidē persequebatur Ecclesiā Christi: Nam ut de eo legitur Act. 8. tunc deuastabat Ecclesiam, per domos intrans, & trahens viros, ac mulieres, tradebat in custodiā. Item de eodem legitur ubi supra, 9. ca. q; accessit ad principem sacerdotum, & petit ab eo Epistolas in Damascum ad synagogas, quæ super illic erant, ut si quos inueniret huius viue viros, ac mulieres, id est, quosq; Christianos, vincitos perderetur in Hierusalem. Nulli autem dubium, quod tunc placeret Paulus Iudeis, & disperceret Deo, quia ut habetur Iac. 4. Quicunq; uoluerit esse amicus huius seculi, inimicus Dei constituer. Taliter etiam studebat placere hominibus Herodes rex, de quo legit Act. 12. quod cum occidisset Iacobum fratrem Iohan. gladio, & uiderer, q; in persequendo Ecclesiam Christi placeret Iudaïs, apposuit apprehendere, & Petru. Quæ cum apprehendisset,

tristit in carcere. Sed qualiter illi successerit, audiamus. Nam non multo post consumptus à uermibus expirauit. Absit ergo à nobis charissimi, vt uelimus placere hominibus, & nō Deo.

S e c u n d i sunt, qui uolunt quidem placere Deo in aliquis, sed non per omnia, ut sunt illi, qui libenter leuant, sed tamen odium, & rancorem non diconunt, de quibus loquitur scriptura Esa. 8. dicens. Ecce ad lites, & contentiones ieiunatis. Tales etiā sunt multi uiri lubrici, qui credunt per modicas eleemosynas, quas faciunt placere Deo, & tandem inuenire apud eum animam. Contra quos loquitur Greg. in suo pastorali. ca. 44. dicens, quod tales iustitiae Dei venalem estimant, quandoquidē pro peccatis nummos tribuentes arbitrantur se posse inulte peccare. Tales etiā sunt multi auari, raptore, & usurarii, qui similiter modicis eleemosynis arbitrantur se placere Deo, & liberare se à maximis iniquitatibus suis. Sed nonerint tales, quod bonum consistit ex integrā causa, malum autē ex singularibus defectibus. Tales ergo sunt similes militi, qui postquam offendit principē, vellet cum placare genua coram eo flebendo, & similiter in facie ipsius turpiter spundo. Contra tales ergo loquitur Dominus figuratiū. Leuit. 19. item Deut. 22. dicens. Non indueris ueste quæ lana, linoq; cōtexta est, id est, cōversatione, partim bona, partim mala. Item cōtra tales similiter loquitur idem Dominus Hiere. 12. dicens. Nunquid quis discolor hereditas mea mibi? Ac si aptē diceret Dominus: Nolo seruos meos partim seruire mihi, partim & diabolo.

T e r t i i sunt ueri perfecti, qui toto corde querunt plācere Deo, scilicet, in omnibus, & per omnia sibi possibilia, & præsertim, quæ sunt ad salutem necessaria. Præctica, quomodo laici per omnia placent Deo, quando omnia, quæ præcepta sunt illis, faciunt. Similiter Ecclesiastici per omnia placent Deo, quando uiuunt conformiter ad statum suum. Idem practica de religiosis. Item de iudicibus, & aduocatis. Item de principibus, & nobilibus. Item de mercatoribus, & ceteris statibus hominū. Et sic patet de intellectu illius propositionis, & exhortationis Apostoli in præsenti Epistola dictis: Ambite dignè Deo, per omnia placentes.

T e r t i ò Apostolus informat nōs, & hortatur in præsenti Epistola, ut in bono opere fructificemus, cum ait.

In omni tempore bono fructificates. Non ergo sufficit adul-
tis ad salutem, ut habeant gratiam, & charitatem, ceteraque
virtutes, quantum ad habitum, nisi etiam fructificant per ex-
ercitium boni operis tempore, & loco, & hoc quo ad Deum
contemplationi, & devotioni uacando, quo ad seipso puri-
tati conscientiarum suarum intendendo, quo ad proximos
necessitatibus eorum subueniendo. Ecce, quomodo adulti
debent in omni bono opere fructificare. Quod etiam consu-
lit idem Apostolus. 2. ad Cor. 6. dicens. In omnibus exhibe-
mus nosmetipos, sicut Dei ministros in multa patientia, in
ieiunij multis, in castitate, &c. Debent etiam fructificare
Christi fideles in omni bono opere, quo ad se primum, scilicet,
per bonorum operum multiplicationem. Similiter quo
ad proximos suos, tum per fructuosam instructionem, & in-
formationem, tum per bona uitæ exemplaritatem.

C I R C A hoc ergo notandum, quod homines, qui sunt,
uelut arbores euerget, circa fructificationem se habent in tri-
plici differentia, sicut & arbores naturales. Nam.

Quidam sunt steriles, & sine fructu, ut ociosi.
Quidam afferunt fructum amarum, ut uitiosi.
Quidam afferunt fructum dulcem, ut virtuosi.

P R I M ò igitur homines quidam sunt, quasi arbores ste-
riles, & infructuosæ, cuiusmodi sunt ociosi, pigri, & negli-
gentes, quibus minatur dominus æternum incendiu Mat.
3. dicens. Omnis arbor, que non facit fructum bonum, ex-
cidetur, inquam, per morrem, & in ignem æternum projice-
tur. Quod etiam innuit idem dominus Luc. 13. ubi inducit
parabolam de homine habente siccunciam plantatam in ui-
nea sua, qui cum uidaret, quod non afferebat fructum, dixit
ad cultorem vineæ. Succide illam, ut quid etiam terram o-
cupat? Super quo dicit Ambro. quod ille terram occupat,
qui locum, quem tenet, bonis operibus non exercet. Et certè
dictam communionem, valde timere debent multi diuites
huius seculi, qui se non exercent, nisi forsitan in comeditione
nibus, & ebrietatis, aut ludis, & seculi vanitatibus. Tales
semper pro solatio suo solent quandoque federe ante fores
domorum suarum, ut aspiciant transeuntes, quibus meritò
potest dici illud Math. 26. Quid hic statis tota die ociosi?
Taceo de prælatis, qui non uidentur solliciti de ouibus suis,

sed

sed eas committunt uicarijs, & officiarijs, ut commodius ua-
cent suis voluptatibus. Et certè non uellem mori in pelle eo
rum. Attendant ergo ad seipso, & ad gregem sibi com-
missum, de quo in propria persona, & non per uicarios redi-
dent rationem.

S E C U N D O aliqui sunt, qui quasi arbores silvestres affe-
rent fructum amarum, ut uitiosi, & peccatores, quia ut ha-
betur Matth. 7. Omnis arbor mala fructus malos facit. Hinc
est, quod Apostolus ad Rom. 14. dicit, quod omne, quod non
est ex fide, peccatum est. Super quo dicit gl. quod omnis in
fidelium uita peccatum est. Quod exponens B. Tho. 2. 2. q.
10. art. 4. dicit, quod hoc intelligitur, quando illi aliquid o-
perantur ex infidelitate. Alias possunt infideles bene opera-
ti moraliter. Probat autem Christus ubi supra, quod pecca-
tores, in eo quod peccatores, afferant semper fructum ama-
rum, idest, mala opera, & ad hoc adducit talen similitudinem
dicens. Nunquid colligunt, sup. homines, de spinis
vuas, aut de tribulis ficus? Quasi dicat non. Sic, inquit, ar-
bor mala non potest fructus bonos facere, idest, homo ma-
lus manens malus, uel uoluntas mala manens mala non po-
test fructus bonorum operum facere. Præctica, de fructibus
malis, quos afferri arbor mala, cuiusmodi sunt blasphemia,
peruria, mendacia, adulteria, homicidia, furta, & huius-
modi.

T E R T I I sunt, qui quasi arbores domesticæ afferunt
fructum dulcem, & suauem coram Deo, & Angelis eius, ut
sunt homines iusti, & boni. Nam teste salvatore, ubi supra.
Arbor bona fructus bonos facit, idest, homo bonus, sive bo-
na uoluntas producit fructus bonorum operum. In cuius si-
guram dicitur Leui. 26. quod pomis arbores replebuntur, id
est, boni, & iusti homines bonis fructibus replebuntur, iux-
ta illud ad Phil. 1. Repleti fructu iustitia. Et nota, quod hic
capitur iustitia, ut est omnis uirtus. Est ergo sensus. Repleti
fructu iustitia, idest, bono opere, quodcumque sit illud. Ad
quod etiam nos hortatur Apostolus in verbis premissis, cum
ait. Estote, sup. in omni bono opere fructificantes.

Q V A R T O idem Apostolus informat nos pariter, & hor-
tatur, ut in scientia Dei crescamus. Crescentes, inquit, in
scientia Dei, idest, in cognitione diuinitatis, ut exponit gl.
interli.

Interli. Non autem admonet nos Apostolus, ut crescamus in scientia mundana, quia inflatur, ut habetur. 1. ad Corinth. 8. Nam tales, in quibus est huiusmodi scientia, crescent, sicut tenuis porci, cum inflatur. Item sicut fagus, cum repletur paleis. Propterea Sap. 14. dicitur, quod vane sunt omnes homines in quibus non est scientia Dei. Sed quid est propriè scientia Dei? Ceterè est cognitio diuinorum præceptorum, ut pote, cognoscere, quæ sunt agenda, & fugienda conformiter ad Dei uoluntatem. Vel dic, quod crescere in scientia Dei, est magis, ac magis radicati in fide, quæ est de Deo, & per quam Deus à nobis in via cognoscitur. Et de tali scientia loquitur scriptura sacra in pluribus passibus, utpote. Sap. 15. ubi dicitur. Scire te, iustitia est consummata. Item Hiere. 9. In hoc glorietur, qui gloriatur, scire, & nosse me. Item 1. ad Cor. 2. Non indicauit me aliquid scire inter uos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Ac si diceret Apo. Quamuis sim in lege peritus, & multa scientia, his tamen præfero scientiam, id est, fidem, quæ est de Christo Iesu crucifixo. Et hoc est contra multos, qui multas scientias humanas habent, tamen non sunt multum stabiles in fide, & qui parum meditantur, sive contemplantur Christi passionem, cum tamen in tali contemplatione consistat salus hominis. Nec est etiā quæcunque scientia, tam Deo grata, qualis ista. Eam ergo habemus, & in ea crescamus.

Quintus Apostolus hortatur nos, & informat, ut in bono iuritus permaneainus, & corroboremur, cū ait. Sitis, sup. in omni iuritus confortati, id est, in bono confirmati. glo. interl. ne relabamini in peccatum. Et quamvis homo ex se non possit à Deo confirmari in bono, quin facilè, & citè re labatur in peccatum, maximè cum sit spiritus uadens, & nō rediēs, hec tamen potest cum Dei adiutorio. Et hoc est, quod tangit Apostolus, cum subdit dicens. Secundum potentiam claritatis eius. Quasi dicat. Hoc potestis secundum, qd per potentiam suam Deus uos illuminat in sua clara cognitione, scilicet, per fidem, quæ est claritas creata. Potest etiam hoc intelligi de claritate increata, quæ est filius in diuinis, ita ut sit sensus. Secundum potentiam claritatis eius, id est, potestis in bono iuritus confirmari, secundum quod ille potest uos confirmare, qui est claritas Dei patris, scilicet, eius filius,

filius, de quo dicit Apostolus ad Hebr. 1. quod est splendor glorie, & figura substantie eius, scilicet, Dei patris, cui est similitus, & equalis in substantia, sive in essentia.

Sexto idem Apostolus informat nos, & instruit ad malitiam tolerantiam, cum subdit. In omni patientia, & longanimitate, cum gaudio, sitis, sup. confortati, sive confirmati. Circa quod notandum, quod debemus tolerare mala, & quae aduersa tripliciter, prout tangit Apostolus in predicationibus, uidelicet.

Patienter, quia in omni patientia.

Perseueranter, quia in longanimitate.

Lætanter, quia cum gaudio.

Primo igitur debemus tolerare aduersa patienter. Nō quidē tantum aliqua, sed omnia, quia in omni patientia. Et hoc est contra multos, qui habent patientiam in aliquibus aduersis, sed non in omnibus, in hoc dissimiles sancto illi Iob, qui etiā multa, & grandia aduersa passus fuerit, tam in bonis fortunæ, utpote, in amissione temporalium bonorum, quam in bonis naturalibus, utpote, in amissione filiorum suorum, quam etiam in bonis corporalibus, quia percussit eum Sathan ulcere pessimo à planta pedis usq; ad uerticem capitis, ita ut testa saniem raderet sedens in sterquilino, tamen in omnibus patientiam habuit, & seruauit. Eiusdem. 2. Hunc igitur patientissimum uirorum imitari debemus, prout nos admonet Apostolus Iacobus dicens. Sufferientiam Iob audiatis, scilicet, quanta sustinuit aduersa, & ideo cum debetis imitari. Sed profectò, ut dicit Ambro. super psalm. Beati immaculati. Rarus Iob hodie inuenitur in terris. Item ad habendum patientiam in omnibus nos admonet Apostolus secunda, ad Cor. sexto. dicens. In omnibus exhibeamus nosmetipso, sicut Dei ministros in multa patientia. Sed profectò multi parati sunt ferre patienter aduersa huius sæculi pro lucro temporali, qui pro lucre spirituali, id est, pro salute animarum suarum non uellet tolerare centesimam partem. De quibus loquitur Grego. lib. decimo. mora. & similiter recitat in decredi. 47. omnes. Omnes, inquit, huius sæculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in cœlestibus uero debiles. Nam pro temporali gloria usq; ad mortem tolerare appetunt, & pro

Dominica xxi iiii. post Trinit.

Spe perpetua, nec parum in labore quidem subsistunt, &cet.
SECUNDÒ debemus tolerare aduersa persecuteranter, quia in longanimitate. Sunt enim multi, qui ad tempus patientiam debitam seruant, sed successu temporis citam crôeam perdunt, & dimittunt, prout pulchrè insinuat Greg. in suo pastora. c. trigesimotertio. ita dicens. Euenire plerunque patientibus solet, ut eo quidem tempore, quo uel aduersa patiuntur, uel contumelias audiunt, nullo dolore pulsentur, sed cum post paululum hęc ipsa, quae pertulerunt, ad memoriam reuocant, igne doloris se inflammant, argumēta ultionis inquirunt, & mansuetudinem, quam tolerantes habuerant, retrahentes in malitiam uertunt. Huius autem permutationis causa est, quia tempore conflictus callidus aduersarius bellum contra utrumque mouebat, unum inflammas, ut contumelias prior inferret, alterum provocas, ut lęs contumelias pro contumelij redrebet. Sed postquam superauit eum, qui contumelias dedit, eo relicto, & uicto, toto conatu aggredit illum, qui patiens fuerat. Et quem commouere in ipsa contumeliarum iaculatione non potuit aperto certamine, interim quiescens aptum deceptio-
nis tempus inquirit. Quietius ergo tempore ad uictoris animum reddit, & uel ierum damna, uel iniuriarum iacula ad memoriam reducit, atque cuncta, quae sibi illata sunt, uehementer exaggerans intolerabilia ostendit, tantoque mereore mentem conturbat, ut plerumque uir patiens post uictoriā se non reddidisse contumelias doleat, & deteriora rependere, si occasio praebatur, querat. Hęc Greg. Deinde ipse idem comparat tales illis hominibus, qui postquam surrexerunt de graui infirmitate, intedum à modica febre superueniente occiduntur. Tales ergo (ut ad propositum redeamus) non tolerant aduersa persecuteranter, sive longanimitate.

TERTIÒ debemus tolerare aduersa letanter, quia cum gaudio, inquit, Apostolus, iuxta illud Iac. 1. Omne gaudium existimat fratres, cum in uariis tentationes, idest, in uariis aduersitate, per quas tentantur homines, incidentur. Taliter autem tolerabunt aduersa Christi Apostoli, de quibus legitur Act. 5. quod cum fuissent flagellati in consilio principum iudicorum, eò quod prædicarent nomen, & fidé Christi, fuisseque illis prohibitum, ne ulterius de hoc prædicarent,

Sermo II. de Euang. 346

rent, illi ibant gaudentes à conspectu confilij, quoniam digni habitu sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Patet ergo, quād multipliciter, & de quibus nos informat Apostolus in secunda parte præsentis epistola.

TERTIÒ principaliter idem Apostolus in fine eiusdem epistolæ ordinat omnia prædicta ad Christi honorem, cum ait. In Christo Iesu domino nostro. Ac si dicaret. Omnia, quę supra dicta sunt, & de quibus specialiter uos Colossenses informauimus, sint dicta ad honorem domini nostri Iesu Christi, iuxta illud ad Rom. 11. Ipsi honor, & gloria in secula seculorum Amen. Et per hoc instruimus omnia in gloriam Dei facere, prout etiam nos admonet idem Apostolus 1. ad Cor. 10. dicens. Omnia in gloriam Dei facite. Nam sic agentes ad cęlestem gloriam facile poterimus peruenire. Præstan te domino nostro Iesu Christo, qui cum patre, &c.

Dominica vigeſimaquarta poſt Trinitatem, Sermo ſequens de Euangeliō.



V R R E X I T puellā. Matthei. 9.

PRO introductione præsentis sermonis mouetur quæſtio talis. Quare eſt, quod Christus ambulans in terris non eſt imperitus, ſan-
nitatem omnibus egris? Ad hoc respōdetur,
quod propter quatuor rationes, quae ſunt.

Literalis, Moralis, Allegoricalis, Anagogicalis.

PRIMA igitur ratio eſt literalis, & hęc eſt ingratitudo, & malitia populi. Nam de populo aliqui blasphemantes Christum uocabant eum peccatorem, alij ſeductorem, alij demonum inuocatorem, ut illi, qui dicebant ipsum in Beelzebub Princepē Dēmoniorū ejcere Dēmonia. Luc. undeci mo. Horum igitur incredulitas non merebatur diuina be-
neſcia, ſed potius illa impediēbat. Vnde propter hanc cauſam noluit ipse Christus facere aliquod ſignum coram Herode rege, quandoquidem imminentē ſuę paſſionis tempo-
re Pilatus misit ipsum ad eundem Herodem. Similiter propter eandem cauſam noluit idem Christus facere aliquod ſig-
nū corā ſcribis, & Pharisæis, quamuis hoc affectarent dicen-
tes. Magister uolumus à te ſignū uidere. Mat. 12. Quibus re-

Spondens ait. Generatio mala, & adultera signum querit, & signum nō dabitur ei, nisi, &c. Vnde quandoq[ue] propter similitudinem causam illi, qui exhortant sanctos pro incolumentate corporis, nō exaudiuntur, eo . s. q[ui] nō firmiter credūt eos posse cōferre, qd ab ipsis petitur beneficiū Iac. 4. Peritis, & non accipitis, eō quod mali petatis. Et sic patet de prima ratione.

S E C U N D A ratio est moralis. Nam per hoc designatur, q[uia] non oībus infirmis spiritualiter cōfertur sanitas, & curatio spiritualis, sed aliquibus sic, & aliis bus nō. Hoc tñ nō procedit ex defectu ipsius medici. f. Christi, sed pp materiae indispositionem, iuxta illud Ose. 13. Perditio tua Israel ex te. Si enim esset aliquis peritissimus medicus in aliqua ciuitate paratus omnes egrotos ad eum uenientes curare, etiam gratis, quod non solent facere communiter medici, si qui non uellent ad eum ire, ubi tamen possent, nec de eius medicamentis curarent, non mirum, si non curarentur. Sic in proposito. Nam multi uidentur non curare de medicaminibus summi medici Christi, que sunt ecclesiæ sacramenta, quinmo uidetur ea, quasi cōtēptui, & derisivi h[ab]e[re], ut sunt infideles, & mali christiani. Ideo non mirū, si tales non curantur ab infirmitatibus suis. s. spiritualibus, sed moriant[ur] morte æterna.

T E R T I A ratio est allegoricaliter. In aduentu n. Christi in mundum duo erant populi. s. gentilium, & iudeorum, qui simul spiritualiter egrotabant, quamvis uario genere mortorum. Gentiles quidem per infidelitatem. Iudei uero per legis inobedientiam. At uero ex Christi specialissima gra gentiles per fidem susceptione curati sunt ab infidelitate sua, qui merito figurati sunt per illos, quos id est Christus corporaliter curauit. Iudei uero qui eandem Christi fidem suscipere noluerunt, figurati sunt per illos egrotos, quos non sanauit id est Christus. Et hoc innuit Paulus, cū locutus est Iudeis dicens Act. 13. Vobis oportebat primum loqui uerbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos uos iudicatis aeterna vita, ecce conuertimur ad gentes. De hoc etiam habemus duplimentem figuram. Primâ habetur Luce. 4. ubi legitur, quod Iudei improperebant Christo, quod faceret multa miracula in Caiphonaum, pauca autem in patria sua. i. in Nazareth, ubi fuerat conceptus, & nutritus. Dicitur etiam Mat. 6. de eo, quod non poterat, scilicet, de iustitia, ed quod non erant digni, ibi ultam

ullâ uirtutem facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Iti ergo pauci infirmi, quos curauit corporaliter Christus in patria sua, designant paucitatem illorum, quos ibidem curauit spiritualiter. Secunda figura h[ab]et ubi, sup. scilicet, 4. ubi d[icitur] q[uia] socrus Simonis tenebatur magnis febribus. Vbi aduentus, q[uia] socrus Simonis est synagoga iudeorum, quae est nouerca ecclesiæ christianorū. Hec igitur socrus tenetur usq[ue] hodie magnis febribus erroris, & infidelitatis. A quibus tamen circa finem mundi curabitur, cooperantibus ad hoc precibus, deuotorum christianorū. Quod innuitur per hoc, quod ad preces discipulorum curauit dominus prædictam socrum Simonis à febre sua. Et sic patet de ratione allegoricali, cur scilicet, Christus aliquos curauit corporaliter, & aliquos non.

Q U A R T A ratio est anagogicalis. Illi, quos Christus sanauit corporaliter in p[re]nti, designant electos, quos ipse id est sanabit in generali omnium resurrectione integraliter, perducendo eos de statu mortalitatis, ad statum immortalitatis, de statu corruptionis ad statum incorruptionis, & de statu miseriae ad statum gloriae. Psalm. Hec mutatio dexterè excelsi. Nam tunc reformatus Christus corpus humilitatis electorum, configuratum corpori claritatis sue, ut habetur ad Phil. 4. Tunc enim dicit sanctis Angelis de quolibet electo illud Zach. 3. Auferte ab eo uestimenta sordida, & induite eum uestibus, sup. mundis, idest, corpore gloriose omni carente deformitate. Vnde Ps. Sicut opertoriū mutabis eos, & mutabuntur, scilicet, à corruptione in incorruptionem. Nam glorificatio corporum erit quasi noua uestis, qua induentur electi in resurrectione generali. Et de hoc extat aperta figura. Gene. 41. de Ioseph, quem Pharaon iussit educi de carcere, & ueste mutata offerri sibi. Vbi per carcere intelligitur sepulchrum, de quo ad Christi imperium liberabuntur, & educentur corpora iustorum in generali resurrectione, atque mutata ueste, id est, ipsorum corporum deformatitate in formositate, presentabuntur ab Angelis ipsi regi regum Christo. De hoc etiam aliam figuram habemus Iudit. 10. de ip[s]am Iudit, quae depositis uestimentis uiduitatis suæ, induit se uestimentis incundlatatis, & sic iuit ad Holofernem, stetique tam eo. Applicatio est facilis. Hanc igitur gloriosam

Dominica xxi i. post Trinit.

Immutationem corporum nostrorum debemus supposita nostra bona à domino firmiter sperare, & cum illo fonsissimo Ioh dicere. Cunctis diebus, quibus nunc milito, exspecto, do nec ueniat immutatio mea. Ecce ergo quos sanabit, perficit Christus in generali omnium resurrectione, qui et figurantur per illos, quos in praesenti curauit corporaliter.

C A E T E R V M illi, quos non curauit Christus in praesenti corporaliter, & qui etiam fuerunt in maiori numero multo, quam illi, quos curauit, designavit reprobos, qui erunt in maiori numero, quam electi, quos non curauit corporaliter in resurrectione finali à deformitatibus, & imperfectionibus suis. Nam post dictam resurrectionem erunt eorum corpora adhuc grossa, opaca, ponderosa, passibili, & huicmodi. De duabus ergo predictis loquens Apostolus j. ad Cor. 15. ait. Omnes quidem resurgent. s. tam boni, quam mali, ut dicit gl. interl. Sed non omnes immutabimur. sup. de corruptione, ad incorruptionem. Patet ergo, quod propter quaeratas rationes conformiter ad quatuor sensus scripturae uoluit Christus in suo primo aduentu omnes agros curare corporaliter, sed aliquos non, & aliquos sic. Et idem iudicium est, de resuscitatione mortuorum. Quod etiam inuitur in praesenti euangelio, in quo legitur ipse Christus quandam mulierem à fluxu sanguinis curasse, & quandam puellam à mortuis suscitasse, de qua dicitur in themate premisso, quod surrexit puella.

I N praesenti ergo euangelio, quod intendo deducere non secundum ordinem textus, sed secundum ueritatem historiarum, sit mentio de duabus pulchris historijs.

Prima concernit puellæ suscitionem.

Secunda tangit mulieris curationem.

Quancum igitur ad primam historiam tanguntur tria, quæ sunt.

Puellæ defunction, Patris supplicatio, Christi subuentio.

P R I M ò igitur tangitur cuiusdam puellæ defunction, de qua loquens pater Christo ait. Domine filia mea modò defuncta est. Vbi notandum, quod Marci. 5. dicitur quod erat in extremis. Luc. autem 8. dicitur quod moriebatur. Quomodo ergo ista possunt coherere? Ad hoc responderetur, quod quando pater huius puellæ, qui Iairus dicebatur, cepit uenire ad

Chri-

Sermo ii. de Euang.

348

Christum, nondum erat mortua. Sed cum ad eum peruenit, credidit eam mortuam, maximè habito respectu ad statum in quo eam reliquerat. Et uerè sic erat. Vnde Marcus, & Lucas referunt, quod nuncij uenerunt ad patrem puerę dicentes. Filia tua mortua est, quid ultra uexas magistrum Iesum autem andito hoc uerbo dixit patri puerę. Noli timere. Cede tantum, & salua erit filia tua. Referunt etiam predicti euangeli stæ, quod dicta pueră erat unica patri, & tatis annorum duodecim, utpote, in aetate nubili.

C I R C A quod queritur, quare est, quod dominus seppe auferit de medio per mortem filias nubiles? Ad hoc responderetur, quod propter quatuor rationes.

P R I M A est propter iniquitatem parentum, qui forsitan plus uero diligent filias suas, ita ut multa congregent perphas, & nephias, ut possint eas altè maritare, & sic semper exaltent dominum suum, & acquirant sibi amicos. Maximè autem istud contingit, quando ipsis parentibus est unica filia. Vnde hac occasione retrahunt se dicti parentes frequenter ab operibus pietatis, & per consequens à procreatione propria salutis. In penam ergo sive auaritiae priuat eos dominus quandoque fructu uteri sui, ut sint amodo magis dediti operibus misericordiae.

S E C U N D A ratio est propter iniquitatē ipsarū filiarū, quæ quamvis sint aetate iuuenes, iam tamen multis insolentijs, & sceluci uanitatibus sunt deditæ, etiam quandoque parentibus inobedientes. Ne ergo deteriores fiant, subtrahit eas q̄oq; dominus de medio, ut meritò dicere ualeant cum rege Ezechia illud Esa. 3. 8. Præcisa est uelut à texente vita mea, i. citio, & uelociter. Vnde sequit. Dū adhuc ordiret. i. dum adhuc crescerem corpore, succidit me, supp. dominus. Sunt etiam quædam puellæ imbutæ multis malis, quas relinquit dominus ad tēpus super terram, ut emendentur etiam vñq; ad mediā aetatem humanā uitæ, fin communem cursum naturæ. At uero cum uider eas in dies deteriores fieri, rapit eas p. mortem, & tradit dānationi perpetuæ. Et tunc quilibet talis mortaliter potest dicere illud eiusdem Ezech. uerbum ubi sup. Ego dixi, in dimidio dierum meorum uadam ad portas inferi. Et istud tangit nedum malas puellas, uerum etiam malos puerulos.

Dominica xxi. post Trinit.

TERTIA ratio est propter utilitatem dictarum puerorum. Deus enim, qui nouit omnia, antequam fiant, prouidet de multis talibus, quod si diutius uiuerent, mutarem uitam de malo in peius, in damnū aiarum suarum, ut puta, quod efficerent meretrices publice, aut adulterę. Ad magnā ergo utilitatem earum fit, quod rapian̄ per mortem, priusq; efficiat tur tales, sicut in suo simili dicit S. p. 4. de bono iuuenē. Raptus est, ne malitia mutaret intellectū eius, aut ne fidio deciperet animam illius. Insuper ex tali raptu accrescit talibus puellis alta utilitas, quia. saltius præmiantur in celo, uidelicet, per aureolam uirginitatis, quam non habuissent, si matrionium intrassent, & consummasset.

QVARTA ratio est indignitas habitantium in terra; quandoq; enim accedit, quod parentes sunt mali, & uicioſi, ubi puella est bona, & uirtuosa. In quo casu non sunt digni habere talem filiam. Propter quod dñs auferit illam ab eis, per mortem. Aut forsū parentes uolunt eam nubere cum aliquo diuite, sed iniquo, cum quo nunquam haberet bonū, uel etiam, qui haber multa bona iniuste acquista, & reſtitutione obnoxia. In quo casu oportere tam uiuere de talibus bonis in damnū animę ſug. Propter ergo indignitatem, tam parentum, quam illius galandi, cui decreuerant parentes nuptiū tradere filiam suam, rapit eam dominus per mortem. Et ita ſep̄ uideamus accidere. De talibus ergo filiabus potest recte dici illud uerbum Apostoli ad Heb. 11. quod talibus dignus nō erat mundus, ſcilicet, parentes, aut qui prætendebant eas ſibi aſſumere in ſponsas. Et ſic patet ad dubium.

MORALITER puella unica p̄t, annorum duodecim, que defuncta à patre ualde plangitur, & pro qua Christum tam feruenter rogar, designat quamlibet peronam in mortali peccato detentam, que plangitur ab angelis sanctis. Itē plangi debet à parentibus ſpūlibus, utpote, à prelatis, & ſignanter ab his, qui illi ministrauerunt quādoque ecclesiā ſacramento. Item plangi debet à parentibus carnalibus, ſicut plangebat sancta Monica filium ſuum Augustinum. Denum plangere debet ſeipſum peccator iuxta illud Hier. 6. Luctum unigeniti fac tibi planctum amarum. Ac ſi aperte diceret. Sicut pater ſolet ualde dolere de morte unici filii ſui,

Sermo II. de Euang.

349

fui, ita etiam debet peccator uehementer dolere ſuę ſpūli morte aī ſue, maximē cū ſit ſibi unica. Et ideo ſi eā amittit p̄ aternam damnationem, tortū amittit. Secus aut̄ ubi habet quatuor, uel quinq; afas. Nam in tali caſu, ſi una dānatur, & cetera ſaluant, ſalus earū mitigaret in eo dolorē de perditione unius. Da exemplum de patre habente plures filios, quorum unus ſolus moritur.

SE D quare tam ſolicite uoluit euāgelista exprimere etā tem diete puelle, dicens eam annorū duodecim? Profecto non absq; cauſa hoc factum eſt. Nam per hoc deſignatur, quod circa p̄dictā etātem incipiunt iuuenes utriusque ſexu mori ſpiritualiter, utpote, ſuperbiendo, inobedienti, mentiendo, luxuriando, aut faltem motus carnaleſ patiendo, & in iphis complacendo, ſive etiam incautos aspectus habendo, inde deleſationes interius hauriendo. Et breuiter in p̄dictā etāte ſolent, tam puelli, quam puella more uitolorum multipliciter inſoleſcere, etiam quandoque in minori etāte. Testes inuoco patres confeffores, qui diligenter examinant conſciencias iuuenum ſibi conſitentium. Va de refert Valerius lib. i. tit. de miraculis, de quadam muliere Atheniensi, que inueniēt filios ſuos, & filias in actuali ſtu pro, perculta monſtri nouitate, ex tunc uſum loq; penitus amifit. Postmodū at dieti filij, & filiæ cōſideratē ſuā turpiitudinē ſibi uitā ademerunt. Hęc ille. Et ſic patet de primō.

SE C N D O principaliter in prima parte euāgelij tangit patris puelle ad Chīm ſupplicario, de quo dī in principio euāgelij, φ loquente Icū ad turbas, i. p̄dicante eo ſimplicibus, & idiotis, ecce princeps unus, cuius nomen, & dignitatem exprimunt Marcus, & Lucas, cum uocant eum Iairum archiſynagogum, i. principē ſynagogē. Pro quo notandum, q̄ in tota Iudea erat unicū templū ad modum ecclēſie cathedralis, quod erat in Hieruſalem, in quo Iudeis p̄cipiebat immolare, & offerre hostias dño. In alijs autē tem ciuitatibus, & uillis habebant loca determinata, que dicebantur ſynagogē, in quibus conueniebant, tam ad orā dum, quam ad audiendū Dei ierbū, quā etiam ad tractandū de his, que pertinebant ad cōēm populi utilitatē. Ille autē, qui p̄er̄erat tali ſynagogē, & cuius authoritate ſiebat talis congregatio, uocabatur archiſynagogus, id eſt, princeps ſynag.

Dominica XXIIII. post Trinit.

synagogæ. Talis autem erat iste Iairus , qui hodie accessit ad Christum.

NOTANDVM ergo, quod de isto principe exprimitur tria magna commendatione digna, quæ sunt,
Fides, Humilitas, Deuotio.

PRIMÒ igitur exprimitur eius fides , quia creditit , q̄ Chrs posset filiam suau à mortuis suscitare, hoc autem patuit ex verbis suis, cum ait Ch̄o, Dñe filia mea modò defuncta est, sed ueni, impone manum tuam super eam , & uiuet. Meritò ergo dicere potuit illud psal. Credidi, scilicet, corde, propter quod locutus sum dicens, Domine filia mea, &c. huius tamen Iairi fides fuit imperfcta, quia non creditit Christum posse filiam suam suscitatn nisi p̄fens esset corpore, non intelligens, quod non est locus in quo nō fit dominatio secundum p̄fentiam suę diuinitatis . Iste ergo Iairus fuit similis illi regulo, de quo legitur Ioh. 4. q̄ dixit Ch̄o, Delce de, priusquam moriatur filius meus. Vterq; ergo arguēdus est, tanquam minus fidelis.

SECUNDÒ exprimitur huius principis humilitatis. Quāuis enim esset princeps synagogæ, non tamen mandauit p̄ Christo, ut ueniret ad eum , neq; similiiter misit ad eum unū de seruis suis, quinimo in propria persona ad ipsū accessit. Et in hoc fuit similis ceteriori, de quo legitur Matth. 8. quod accessit ad Christum dicens, Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, &c.

TERTIÒ exprimitur eiusdem principis deuotio, quia adorauit Christum, p̄ procidens ad pedes eius ut dī Marc. 5. Non mirum autem, si adorauit princeps iste Christum ambulantem in terris , quia ipsum adorant angeli regnante in celis. Vnde etiam ad Phil. 2. de noī eius dicitur, q̄ in nomine Iesu ō genuflexatur, celestium, terrestrium , & infernum. Quid etiam mirum, si iste princeps unius synagogæ procidens in terram adorauit Christū iam perfecte eratis maximè cū ipsum in cunabulis adhuc positum adorauerint tres reges orientales, de quibus dī Matth. 2. q̄ procidentes, sup̄ ad pedes Iesu adorauerint eum.

MORALITER iste princeps synagogæ significat quē liber ecclesiæ prælatum, qui debet cū sinceritate fiduci, & humiliiter, atq; deuotè rogare dñm pro quolibet subditō p̄ pecatū

Sermo 11. de Euang.

350

catum mortuo, ut dignetur ipse dominus eū à morte culpe suscitare ad uitam gratię. Sic rogauit Moyses dñm pro populo suo dicens. Exo. 32. Obscurio domine, peccauit populus iste peccatum magnum, fecerūtq; sibi uitulos aureos, dimittite eis hanc noxam , aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripisti. Sic orauit Daniel dominum, dicens, Aueratur, obscurio domine, ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Hierusalem, &c. Eiusdem 9. Sic et orauit Paulus , qui oportebat anathema esse à Christo pro fratribus suis. ad Roma. 9. Sed heu modò liberè peccat populus Christianus, atque miserabiliter moritur, & non est curæ dominis prælati. Vnde Ela. 57. Iustus perit, supp̄ peccando, & non est, qui recognoscit in corde suo. Et sic patet de secundo.

TERTIÒ principaliter in prima parte huius euangelij tangit Christi pia subuentio. Nā ad supplicationem Iairi surgens de loco, in quo prius steterat, sequebat eum, & discipuli eius. In quo patet Christi humilitas. Cumq; uenisset in domum principis, & uidisset tibicines, i. homines cū instrumentis musi calibus carnē lugubre canentes. Nam tunc t̄pis apud Iudeos q̄n moriebat aliquis de magno sanguine, aderant in eius funere aliqui homines cōductitiij, qui cū instrumentis ad hoc proprijs, quę tibiē dicebantur, ibi caneabant, ut sic populm ad flatum inducerent, sicut fit in Italia quo ad illos, qui faciunt Italice ē lamento. Hm̄i ergo tibicines, cum uidisset Iesus in exequijs filiæ principis synagogæ, & turbam tumultuantem, i. lamentantem, & eiulantem, dixit, Recedite, nō est mortua puella, sed dormit. Erat quidē mortua hoībus, sed dormiebat Ch̄o , qui ita facilē poterat eam à mortuis suscitare, sicut à somno naturali. Et ad hunc sensum dixit idē Christus discepulū suis de Lazaro mortuo Io. 15. Lazarus amicus noster dormit, sed nado, vt à somno exire cū sequitur. Et deridebant eum, scilicet Iudei Ch̄im propter uerbū predictū. Sic n. prophetatum de eo fuerat Hicr. 20. Factus sum in derisum, omnes sublauantab me. Et in Psalm. Omnes uidentes me deriserunt me. Et cum electa esset turba, intravit Christus in cameram , in qua adhuc iacebat corpus exanime, & tenuit manum puelle, & dixit, Puella surge. Et surrexit puella. Et exit fama hac in universam terram illam. Et nota, q̄ Ch̄s uoluit aliquos esse præsen-

præsentes in suscitatione dictæ pueræ, qui essent tempore, & loco testes miraculi. Ut autem legitur Luc. 8. Hi fuerunt Petrus, Iacobus, & Iohannes, item pater, & mater pueræ. Et sic patet de pia Christi subuentione quo ad suscitationem filii principis synagoge.

CIRCA prædictum textum possunt moueri aliqua dubia pro maiori declaracione textus, & historicæ.

PRIMVM igitur dubium est, quare Christus uoluit personaliter uenire in domum prædicti Principis ad suscitantum filiam eius à mortuis, & non potius eam suscitauit solo uerbo absque sui præsentia corporali, sicut fecisse legitur Iohan. 4. de filio reguli, de quo dixit patri supplicant: Vade, filius tuus uiuit. Responso. Christus uoluit personaliter ad domum huius Principis uenire propter tria. Primo quidem, ut illic ueniendo, aliud pieratis opus perageret, scilicet, sanando mulierem sanguinis fluxum patientem, de qua postea dicetur. Secundò ut ostenderet esse potius deferendū Ecclesiasticis, quam laicis. Centurio enim laicus erat: Iairus autem archisynagogus, idest, princeps synagoge. Quamvis enim omnibus ministris Ecclesiae honor fit exhibitus, maxime tamen maiorioris inter eos, ut pote, episcopis, & archiepiscopis, qui designantur per ipsum archisynagogum. Vnde propter eandem causam angelus nuncians mulieribus Christi resurrectionem, & mandans, ut eandem notificarent eius discipulis, fecit expressam mentionē de Petro, ut patet Mar. vlt. Tertiò propter illa tria bona, que erant in dicto Principe, scilicet, fides, humilitas, deuotio, de quibus supra dictum est. Et sic patet, quare Christus uoluit personaliter ad domum di-
cti principis uenire.

SECUNDVM dubium est, cur Christus, cum uoluit suscitare prædictam puellam, ecceit tibicines, & turbam tumultuantem? Videtur, quod magis congruebat eos esse præfentes, ut futuri miraculi plures essent testes. Responso. Christus, ita uoluit agere propter tria. Primo quidem, ne uidetur humanam laudem querere. Secundò, ut nos instrueret bona opera nostra in occulto facere, iuxta illud Matth. 6. Cum facis elemosynam, noli tuba canere ante te, &c. Tertiò, ut ostenderet, quod quoties est questio de inuocatione gratiae Spiritus Sancti per deuotam orationem ad hoc, quod suscite.

suscitetur puella, idest, anima à morte culpe, debemus tunc abijcere à nobis, quantum possumus, tibicines, & turbam tumultuantem, idest, phantasias, & solicitudines mundanas, atque temporales, recolligendo nos intra nosmetipsos. Et hoc innuit Christus ubi supra, cum ait: Tu autem, cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrē tuum in abscondito. Et hoc est contra multos etiam clericos, qui hincide uagando orant Dñm, in quibus nulla est deuotio.

TERTIVM dubium est, quare Christus apprehendit manum pueræ, cum uoluit eam à mortuis suscitare? Ad hoc responderetur, quod propter tria. Primo quidem ad exprimendum quandam speciem uitrum in manu illius existentem ad operandum miracula, in quantum scilicet, erat instrumentum sua diuinitatis, cui coniuncta erat, sicut & totum corpus illius. Si enim in simbria vestimenti illius inerat quedam uirtus ad faciendū miracula, sicut patet de muliere hemorroissa, de qua postea dicetur, quanto magis in manu illius, qua apprehendit manū puerelle mortuę? Secundò apprehendit manum pueræ, cum uoluit eam suscitare corporaliter, ad insinuandum, quod absque opere nostro, quod per manum designatur, non suscitabit nos Deus specialiter, quia (ut dicit August. de uerbis Dñi ser. 15.) qui fecit te sine te, non iustificabit te sine te. Tertiò apprehendit Christus manum dictæ pueræ, ut instrueret confessores debere iuuare suis orationibus sibi confitentes, ut sic suscitentur à morte culpe ad uitam gratiae, & tandem ad uitam gloriae æternæ.

MORALITER in suscitatione pueræ fuerūt quinque personæ secundū Lucam, scilicet Petrus, Iacobus, Iohannes, pater, & mater pueræ, quæ designant quinque, quæ, debent concurrere in suscitatione anime peccatricis à morte culpe. Primo igitur ibi debet esse Petrus, qui interpretatur agnoscens, per quæ intelligitur fides uera, per quam Deus cognoscitur à nobis pro præsenti statu. Oportet ergo illū, qui uult iustificari, credere de Deo, quod est potes remittere omnē offenditam. Secundò ibi debet esse Iacobus, qui interpretatur supplantator, per quem intelligitur firma spes de misericordia Dei, & de uenia ab eo obtinenda, & sic supplantabitur diabolus à uero penitente. Tertiò ibi debet cōparere Iohannes, qui interpretatur in quo est gratia, & charitas, per quæ intelligatur

MULIER uera dilectio Dei, & proximi. Quartò ibi debet esse pater spiritualis, per quē intelligitur confessor, quia necesse est peccatorē penitentē uolentē habere confessionē in re, vel in voto. Quintō debet ibi adesse mater puerū, per quam intelligitur unio cum Ecclesia, quē est mater Christianorū, à qua non debet esse separatus per excommunicationem, qui dignam uult agere penitentiā. Esto ergo talis anima peccatrix, & habeas prædictos comites, & tunc indubie uiuiscaberis per gratiā Dei. Et si patet deductio primē historiē presentis Euangeli.

QUANTVM ad secundam historiam, in qua fit mentio de curatione mulieris sanguinis fluxum patientis, in ea tangentur principitaliter tria, quæ sunt.

Mulieris ægrotantis ad Christum fiducia.

Christi ad pauperculam mulierem clementia.

Eiusdem mulieris releuata indigentia.

PRIMÒ igitur tangitur mulieris egrotantis ad Christū fiducia. Ut enim dicitur in presenti Euangeliō, erat quendam mulier, quæ pariebat sanguinis fluxū multo tempore, quia duodecim annis, quæ secundū Amb. tractatu de Salomone, dicitur fuisse Martha foror Mariæ Magdalene, quæ secundū Mat. & Luc. omnem substantiā suam consumperat in medicis, à quibus tamen minimè potuerat curari. Tandem ergo accessit ad suminū medicum Christū, de cuius uirtute, & miraculis multa audierat. Accessit ergo rētro præ humilitate, & tetigit simbriam uestimentū eius. Dicebat enim intra se: Si tetigerō tantum uestimentū eius, salua ero. Ecce quantam fiduciā habuit ad Christum hæc mulier. Vnde per hoc meruit à Christo curari. Vocatur autē ab aliquibus hemorroissa propter genus infirmitatis. Voluit autem accedere ad Christum retro, & non ante, tum ex humilitate, sicut foror eius Maria Magdalena, tum quia immunda erat secundū legem. Notanter etiā dicitur hæc mulier terigisse uestimentū Christi, & non uestimenta, eō qd tantum unico uestimento uteretur præterquā in passione, sed hoc fuit ad ludibrium illius, & per hoc reprobatur uarietas, & curiositas uestimentorū hominum mundanorū, qui quamvis unicū habeant corpus, habent tamen mutatoria uestimentorū, ubi pauperes habent unicū, & satis tenue. Et ideo de hac uaniitate, & curiositate ualde reprehendentur tales in die iudicij.

MORA-

MORALITER. Mulier hemorroissa, quæ sanguinis fluxum duodecim annis patitur, designat humanā mentem, quæ tunc patitur sanguinis fluxum annis. 12. quando multo tempore perseuerat in peccato, quod sanguis in Sacra Scriptura appellatur, saltē in plurali numero. A quo quidē fluxu sanguinis petebat liberari ille pauper adulter David, cum dicebat ad Dominum. Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis mea. Iste enim sanguis peccati adeo horribilis est eorum Deo, quod impedit fructum orationis, dicente Domino. Esa. i. Cum multiplicaueritis orationem, nō exaudī, manus enim uestrę sanguine plenę sunt, id est, peccato, ut dicit glo. Quid, inquit, Greg. in moral. lib. 9. per manus sanguine plenas aliud intelligitur, quā opera mala? Tunc ergo manus alicuius sanguine plenę sunt, cū talis abundat operibus malis. Ecce ergo, quid per mulierem sanguinis fluxum pati entem designatur, quia mens humana peccato subiecta. Quæ si cupit curari, debet humiliter ad Christum accedere, & uestimentum eius deuotè tangere, id est, misericordiā eius, quam induit in sua incarnatione, implotare.

SECUNDÒ tangitur Christi ad pauperculam mulierem clementia, qui ad eam cōuersus dixit illi: Confide filia, id est, habe spem, & uiriliter age, atq; confortetur cor tuum, quia fides tua te saluam fecit. Ac si apertè illi Dominus diceret. Quia credidisti, sanitatem accepisti. Ecce quantum prōdest uera fides. Nam impetrat apud Deū sanitatem corporis, & anima. De primo habes in presenti Euangeliō. De secundo uero habes Luc. 7. de Magdalena peccatrice, cui dixit Dominus: Fides tua te saluam fecit, sup. à peccatis tuis. Ad hoc tam, quod taliter prosit fides, opus est, vt sit viua per informationem charitatis, & quod habeat motū, & opera bona, quia ut habetur Iac. 2. Fides sine operibus mortua est. Quod autē mortuā est, nec motū, nec operationē habet. Habeamus ergo charissimam talem fidem uiuam, ut tandem in fine uitę mereamur audire Dñm nobis dicentem. Fides tua te saluam fecit.

TERTIÒ tangitur in hac secunda historia prædictę mulieris hemorroissę releuata indigentia, quia ut dicitur in textu, salua facta est mulier ex illa hora, qua sup. dixit illi Dominus: Fides tua te saluam fecit. Prædicta, si uis, quomodo Dñs sanauit prædictā mulierē uelociter, liberaliter, integraliter.

Noi

Dominica xxi i i i. post Trinit.

Nōn sic autem agunt ceteri medici quo ad parentes suos, sed cum prolixitate temporis, cū magnis sumptibus, & falatio, atq; ſepe imperfēcte illos curāt. Sic etiā tribus illis modis sanat Dns spiritualiter humānā cōſcientiā. Præctica ſingula.

N O T A N D V M eft autem circa prædictam historiam, q̄ haec mulier, quæ creditur fuiffe Martha, ut dicitur eft, poftquā ſanitatem recepit à Chriftō, ualde illi deuota fuit. Nam ut legitur in historia tripartita. lib. 6. ca. 1. fecit in curia ſuę domus ſtuam in honorē Chrifti, in tali figura, cum qua eum uiderat, cum ab eo ſanitatem recepit. Crescebat autē inter idū ſubtus dictā ſtuam quædam herba, quæ poftquā crescendo peruerenat ad tactum ſimbriæ ueftimēti dicitur ſtuam, erat tan̄z virtutis, quod quicunq; ex ea ſumebat, ſanabatur ab omni ægritudine. Hoc autem factū eft in Cefarea Philippi. Cum ergo Iulianus apofata audiffet in prædicta ciuitate eſſe ſimilachrū Chrifti, quod conſtruxerat ſemīna ſanguinis liberata profluui, eo deponito, ibi ſuam imaginē colloccari fecit, quæ fulminis iēti confracta eft. ſtuam uero Chrifti tunc quidā pagani trahentes confrerentur. Quām Christiani collegunt, & in Ecclesia conſiderunt. Ex hac igitur historia concluditur, quod nō mirum, ſi mulier tactu Dominici ueftimenti curata fuerat, maximē cum ſola figura illius nō minus operata fuerit. Et nota, quod uirtus curativa non procedebat ab ipſa imagine, ſicut neque à ſimbria ueftimentu Chrifti, ſed ab ipſo Chriftino in hoc ueftimentum ſuum, & figuram illius honorante.

M O R A L I T E R per has duas mulieres de quibus loquitur Evangelii prefens, designantur duo genera peccantiū, ſcilicet, in occulto, & in publico, ſive ſecretè, & manifestè: Filia nempe Principis ſynagogæ, quæ uſcitateda fuit in domo, ſignificat in occulto peccantes. Mulier uero hemorroïſſa in uia ſanata deſignat publicè peccantes. Per hoc ergo, quod ita prius ſanata eft, quām altera uſcitateda, ſignificat, quod peccata aperta ſepe facilius ſanantur, quām occulta, iuxta illud Micheas. 4. Venies uſque ad Babylonem, iudeſ, uſque ad conuentionem propter peccati publicationem, & ibi liberaberis. Item in Psalm. Imple facies eorum ſignomina, & querent nomen tuum Domine. Qui enim in occulto peccant, non poſſunt de facili deprehendi.

Quinimo

Sermo i. de Epift.

353

Quinimo, ubi aliqua uſpicio de talibus incipit oriri, conſtat̄ter defendunt iniquitatē ſuam. Secus autem de notoriè pecantibus, quorum peccata non poſſunt tergiueratione celari, & ideo facilè reprehenduntur. Quibus deprehensis facile parant ſe ad emendam. Deprecemur ergo charifimū dominū Iefum Chriftum cum principe ſynagogæ, ut dignetur filias noſtras, id est, conſientias, ſeu animas à morte culpe ſuſcitare ad uitam gratię, ut tandem ualeamus ad regnum celeſte peruenire. Amen.

Dominica vigesimaquinta, poſt Trinitatem, Sermo primus de Epiftola.

C et dies ueniunt, dicit dominus, & uſcitateda, &c. Hier. 2.3.

S O L E N T reges, & magnates huius ſeculi, quoties diſponunt aliquam ciuitatem petere, premittere praecurſores ſuos, qui nuncient corum aduentum, ut ciues debitè ſe diſponant ad eorū receptionem. Ad propositum, cum ille, qui eft rex regum, & dominus dominantium, decreuifet uenire personaliter in hunc mundum, longè ante premitit nūcios ſuos prophetas, qui hominiibus uinciarent ipſius aduentum, ut ſe diſponerent ad eum honorificè recipiendum. Qd̄ etiam in officio ecclesiatico, quod his diebus legitur, apertrè innuitur. Nam dominica proxima, quæ eft prima de aduentus, incipit ecclesia singulariter recolare domini aduentum in carnem, propter quod in epiftola dominice prefentis legit de prophetis Hieremias prænunciantis huiusmodi aduentū ex parte domini, & dicentis, prout premissum eft in themate. Ecce dies ueniunt, dicit dominus, &c.

In hac ergo epiftola Hieremias in ſpiritu propheticō prædictit de Chriftō tria ſpecialiter, quæ ſunt.

Iphius natuitas temporalis, ibi. Uſcitatedo Dauid. g.i.

Eiusdem excellētia uirūlans, ibi. Regnabit rex, & ſc.

Aduerter illius fructus ſpecialis, ibi. In die illa ſiluabit, &c.

P R I M O dicit Hieremias prænunciat Christi natuitatem, dicens. Ecce dies ueniunt. Vbi notandum, ip̄o hoc aduentum, ecc., eft nota admirationis, & cuiuſdam magni facti.

Ser. Do. G. Pep. Pars Aestiu.

Yy Con-

Conuenienter ergo Hiere. inchoat suam prophetiam de Christi aduentu in carnem per predictum aduerbum demonstratiuum ecce, quia reuera Christi incarnatione est omni admiratione digna. Quid enim mirabilius esse potest, quam quod Deus fieret homo, & quod ille, qui est incomprehensibilis, atque mundum pugillo continens ventris virginalem sub arca clauderetur? Insuper, quod diues fieret pauper, dominus seruus, immortalis mortalis, & huiusmodi. De isto igitur mirabili opere longe ante prophetauerat idem Hiere. 31. dicens, Nouum faciet dominus super terram, & nina circumdabit uiurum. i. Mariae Dei filium. Similiter de eodem mirabili opere prophetauerat Esa. 7. c. dicens. Ecce uirgo concepit, & pariet filium. Dicit ergo Hieremias. Ecce dies uenient, id est, tempus aduentus filii Dei in mundum appropinquat, & suscitabo, inquit, dominus David gerumen iustum.

V B I notandum, quod ly David potest in hac propositione esse, & intelligi plurimum casuum, uidelicet genitium, datum, accusatiui.

PRIMÒ igitur potest esse genitium casus. Et tunc est sensus. Ego, sūp. Deus pater suscitabo iustum gerumen regis David. Quod ideo uerum est, quia Christus sumpsit humanam carnem ex radice David. i. de Virgine Maria, quæ processit ex radice, & genealogia David, iuxta illud Esa. 11. Egredietur uirga de radice Iesse. i. Isai, qui fuit pater David, & flos de radice eius ascendet. Sed quare Christus gerumen iustum? Responso, quia non processit ex David per Virginem Mariam per decisionem seminis, ubi uiget carnalis concupiscentia, sicut alij filij Adæ procedunt, sed corpus illius tantum formacum est ex purissimis sanguinibus eiusdem Virginis. Est ergo sensus. Suscitabo, ego, sūp. Deus pater, gerumen iustum David. i. de radice David. Ecce, quomodo ly David potest intelligi esse genitium casus.

SECONDÒ potest esse dātiui casus, ita ut sit sensus, quod Deus pater suscitauit iustum germe ipsi David, id est, domini, & regno David, hoc est, ad utilitatem, honorem, & profectū eius, ēm quod prophetatum fuerat. Esa. 9. ubi dicitur ad literam de Christo. Super solium David sedenti, & super regnum eius. Nam et si Christus uenerat in hīc mundum pro nobis, omniumq; salute, principalius tamen, & directius uenit pro salute.

salute domus David. i. populi Israelitici, prout ipsemet testat̄ Mat. 15. non sum missus, nisi ad oves, quæ, p. d. Israel.

TERTIÒ ly David potest esse accusatiui casus. Pro quo notandum, quod David interpretatur manu fortis. Potest ergo esse sensus, quod Deus pater in incarnatione filij sui scitauit David gerumen iustum. i. Christum, qui fuit, tanquam alter David. i. manu fortis. Hoc autem ostendit multipliciter. Primò quidem nascēdo, quia tunc per portam clausam exiuit Deus, & homo. Secundò miracula operando, quia ueni, & mare obediebant ei, ut haberet Mat. 18. Tertiò dæmones ab obfessis expellendo. Lu. 4. Exibant dæmonia à mulitis clamantia, & dicentia, quia tu es Christus filius Dei uiui. Quartò eosdem dæmones de mundo, dum patraretur in cruce ejiciendo. Iohan. 12. Nunc princeps mundi huius ejicitur foras. Quintò uectes ferreos inferni, per suum descessum confringendo. Sextò à mortis clauso sepulchro resurgendo. Septimò celum in sua ascensione aperiendo. Octauo hoc idem ostendit in die iudicij, reprobos in infernum, uelint, no lint, detrudendo. Ecce ergo, quomodo Christus conuenienter vocatur David, quia reuera fuit manu fortis. Propterea Mat. vlt. dicebat: Data est mihi omnis potestas in celo, & in terra. Item in P. de eo dicitur. Dominus fortis, & potens, dominus potens in p̄clio, sup. contra mundum, lēmones, infernum, & mortem.

MORALITER. Notandum, quod tunc pater in humanis suscitatur gerumen iustum, quod generat filium bene morigeratum, & disciplinatum. Hoc autem communiter fit, quando, & vbi ipse pater est in se bonus, & virtuosus, quia patrem sequitur sua proles. Vnde Chrys. super Mat. in opere incompleto homil. 47. dat similitudinem de arbore, dicens Quæ, inquit, sit arbor, in fructu cognoscitur, & per arborem fructus demonstrantur. Sic parentes cognoscuntur in filijs, & filij per parentes. Item post pauca. Testimonia, inquit, de filijs mores sunt parentum. Quod si pater fuerit bonus, & mater similiter bona, aut mater fuerit bona, & pater malus, interdum filij patrem sequuntur, interdum matrem. Tamen frequenter est, ut filii patrem sequantur, & filii matrem. Si autē ambo fuerint æquales, aliqui fit, ut de bonis parentibus mali filij exstant, de malis autem parentibus boni filij, sed raro. Deinde

dat talem similitudinem dicens. Ecce regula humanæ naturæ est, ut homo nascatur duos oculos habens, & qui nos digitos, nihilominus, ut manifestetur opera Dei, nascitur homo, at sex digitos habens, aut oculos non habens. Sicut ergo, extra regulam naturæ tardò cuenit, vt deformis nascatur homo, ita extra naturæ regulam raro procedit, ut dissimilis nascatur parentibus suis filius. Hæc Chrysoſtomus, ubi ſupr.

M O R A L I T A R etiam notandum, iuxta illud primum in verbum epiftolæ, Ecce dies ueniunt, dicit dominus, q̄ tre dies uenturi ſunt ex diuina ordinatione, ſcilicet.

Dies mortis, Dies iudicii, Dies supplicij.

P R I M U S igitur dies uenturus dicitur dies mortis. Ihe dies est propter ſui incertitudinem cum puritate mentis expectandus, dicente domino. Mat. 24. Eſtote parati, quia neſcitis, qua hora dominus uester, uenturus eſt. Item Prouer. 17. Ne glorieris in crastinum, ignorans, quid superuentura pariat dies. Vnde Auguſtinus libro de ſpiritu, & anima. c. 31. Nihil morte, inquit, certius, & nihil hora mortis incertius. Nam neſcimus quando, aut quomodo, aut ubi moriemur, quoniam mors ubique nos expectat: idcirco debemus ſemper eſſe parati, vt cum corpus reuertetur in terram, de qua ſumptum eſt, ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit il- lum. Hæc ille. Nota, quomodo ad inſinuandum diei mortis incertitudinem iſtud nomen dies ponitur à grammatis dubi generis, ita ut dicatur. Hic, aut, hæc dies. Poffimus ergo dicere, de die mortis. Ecce dies uenit. i. de proximo for- fan inſtat, quia fortassis dies iſte eſt nobis ultima.

S E C U N D U S dies uenturus eſt, dies iudicii generalis, de quo poteſt intelligi illud Deuter. 32. Iuxta eſt dies perditionis, quando, ſcilicet, perdentur externaliter reprobi, & ad eſſe festinant tempora. Eſt ergo talis dies meruentus, quia ad eſſe festinante tempora. i.e. de proximo inſtat. De cuius etiam propinquitate loquitur Iohan. Apoc. 14. Timete Deum, & date illi honorem, quia uenit hora iudicii eius. Itē Efa. 13. Propè eſt dies domini, ſcilicet, ad iudicium. Vnde ſequitur, quia uafitas à domino uenit, propter hoc omnes manus diſſoluentur, & omne cor hominis tabefetur, & conteretur. Tortiones, & dolores tenebunt, ſup. iudicando, & signanter malos, quafi partūtiens dolebunt. Et iterum,

iterum. Ecce dies domini ueniet crudelis, & indignationis plenus, & ira, & furoris, ad ponendam terram in ſolitudine, & peccatores eius conterendos de ea. Item talis dī dies vltoris in ſacra ſcriptura, ut patet. Eſa. 34. Et hoc ideo, quia tūc dominus ulcifetur ſe de inimicis ſuis peccatoribus, atque uindictam retribuerit in hostes ſuos. Inſuper, de tali propinquitate diei iudicii ſcribitur Iohel. 2. Prope eſt dies tenebra rum, & Caliginis, dies nubis, & turbiniſ. Similis non fuit ab initio, & poſt eum, non erit uſque in annos generationis, & generationis: Ante faciem eius ignis uorans, & poſt eum ſolitudo deferti, neque eſt, qui effugiat eum. Item poſt pauca. Magnus dies domini, & terribilis ualde, & os ſuſtinebit eum: Et Malach. 3. Quis poterit cogitare diē aduentus eius? Ac ſi diceret, quid non potest mens deuota bene cogitare diem aduentus domini ad iudicium abſque stuþore, & paurore. Propter quod dicebat sanctus ille pater Hiero. Quoties diem illum cogito, roto corde cōſtemico. Ceterum de tali propinquitate diei iudicii ſcribit Sophon. i. Iuxta eſt dies dñi magnus, iuxta eſt, & velox uimis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis, & anguſtias, dies calamitatis, & misericordie. Et multa hiſ ſimilia habentur in ſacra ſcriptura de predicta die iudicii generalis, & de uincitatem illius. Ex quibus omnibus poſsumus deco cludere. Primum eſt, quid ipſum diem de benuſ in dubitate fide credere uenturum, Secundum eſt, quid euendem debemus ualde formidare, tanquam uincitum. De quo etiam figuratiuē dicitur Heſter. 8. Conſtituta eſt per omnes prouincias una ultioniſ dies.

T E R T I O dies uenturus uocatur dies ſupplicij. Et iſte dies tangit reprobos. De quo ſcribitur Hier. 17. Induc ſuper eos, i.e. reprobos, diem afflictionis, & dupli contritione. I. quo ad corpus, & animam eos affligendo, communiqueris. Modò enim reprobi ſimpliſi contritione conteruntur, quia tantum puniuntur quo ad animam, ſicut, & beati p̄miantur ſolum quo ad animam. Secus autem poſt iudicii diem. Nam tunc reprobi cruciabantur in utroque, ſicut & beati p̄miantur in utroque. Tunc enī reddeſt eiſ ſectiū ſtola. i. corpus glorificatum. Et reprobi ſeddeſtur corpus groſſum, ponderofum, tenebroſum, ſed nigerrimum ad modum facci cilicini. O' quam mirabilis, & dura,

Dominica x x v. post Trinit.

atque longa erit prædicta dies supplicij æterni ipsis damnatis³. Certe à constitutione mundi non fuit, neque futura est talis dies, iuxta illud Iosue 10. Non fuit ante, & postea, tam longa dies. Et sic patet, de prima parte præsentis epistole.

S E C V N D ò principaliter in prælenti epistola Propheta Hieremias prædictit Christi excellentiam virtualem, cum de eo subdit dicens: Et regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam in terra. In quibus uestibulis prædictit de Christo quatuor, quæ sunt:

Imperium, Sapientia, Iudicium, Iustitia.

P R I M U M igitur, quod prædictit Hieremias, de Christo, est eius imperium, sive regalis dignitas, quia regnabit rex. Qui enim in primo suo aduentu subiecit se regibus, & præpolitis, scilicet Herodi, & Pilato, ipse idem regnabit rex gloriosè, in suo secundo aduentu, prædictos sibi subiecti, tunc enim frustra quereret ab eo Pilatus, Rex es tu? quia habebit in uestimento, & in fœmore suo scriptum, Rex regum, & dominus dominantium. Apoc. 19. Vnde Psal. Omnia subiecisti sub pedibus eius.

C I R C A quod notandum, quod nunquam fuit talis rex, qualis iste, & qui tam ampliū habuerit regnum, & dominium. Nā ipse modò regnat in tribus locis, quasi in tribus regnis, scilicet in cœlo, & in terra, & in inferno, iuxta illud ad Phil. 2. In nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum. Primò igitur rex noster Christus regnat modò gloriōse in cœlo super omnes beatos, tam homines, quam Angelos. Regnat autem ibi pacificè, & sine contradictione, quia omnes beati promptè obediunt ei in omnibus. Propter quod in oratione dominica petimus ab eo noluntatem suā impleri, & fieri à nobis in terra, sicut fit à beatis in cœlo, dicentes. Fiat uoluntas tua sicut fit in cœlo, & in terra. Matth. 6. Præctica, quomodo spiritus Angelici promptè obediunt, & parent diuinę uoluntati, quoties mittuntur ad hæc inferiora. Nec dicunt domino more multorum seruorum, mittaris tales, uel tales. Quinimo habent pro magno honore, quoties mittuntur. Da exemplum de legato summi Pontificis, aut de Ambasciatore regis.

S E C V N D ò rex noster Christus regnat modò in mundo isto, signanter super iustos, & electos. Ipsi enim sunt tem-

Sermo 1. de Epif.

356

plum speciale Dei, in quibus etiam habitat Spiritus Sanctus, ut habetur. 1. ad Corinth. 3. De eo etiam prædictit Gabriel, quod regnabit in domo Iacob in ætēnum, idest, in domo electorum, & luctantium contra peccata. Super malos autem, & peccatores non regnat Christus, sed potius Diabolus, qui est rex super omnes filios superbie, ut habetur Ioh. 41. Sed quare non regnat Christus tam pacificè in universa terra, sicut in cœlo? Responsio, quia in cœlo regnat in propria persona, in terra autem per locum tenentes, ut sunt illi, qui præsident tam in spiritualibus, quam in temporalibus. Modò uidemus, quod si quis rex dominetur duobus regnis uni quidem in propria persona, alteri autem per uice gerentem, non ita bene obeditur ei in secundo, sicut in primo, ita in proposito. Insuper malitia, & negligenter electorum huius mundi plerumque est in causa, quod non bene obeditur sibi à subditis in regno huius mundi.

T E R T I ò rex noster Christus regnat in inferno tam super reprobos homines, quam dæmones, quamvis ipsis iniuris. Sed quomodo ibi regnat? Profectò per iustitiae suæ executionem, iuxta illud Deut. trigesimo secundo. Reddam ultionem hostibus meis. Hoc tamen quasi iniurie facit, quia punire aliquem est quasi contra naturam eius, iuxta illud Esa. 1. Hen, heu consolabor super hostibus meis, sup. eos puniendo, & uinciborio de inimicis meis? Quasi dicat, quod hoc non facit, nisi iniurie. Patet ergo, quomodo rex Christus regnat in tribus locis. Propter quod dicebat Psalm. Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendo in cœlum, tu illic es, si descendero ad infernum, ades. Si sumperero pennas meas, &c.

S E C V N D U M quod prædictit Hiere, de rege Christo, est eius sapientia, quia, inquit, sapiens erit. Et bene postquam propheta præmisit de Christo. Regnabit rex, statim subiunxit, & sapiens erit, quia sapientia maximè requiritur in rege, quia ut habetur Eccles. 9. Melior est sapientia, quam armæbellica, idest, plus prodest regi sapientia, quam corporis fortitudo. Hinc. Prouer. 20. Dissipat impios rex sapiens Propterea ita considerans Salomon, cum primum factus est rex super Israel, petuit à domino sapientiam ad regendum populum suum, ut habetur. 3. Reg. Quam sapiens ergo fuerit

plum

Y 4 rit

Dominica x x v. post Trinit.

rit rex noster Christus, patuit multipliciter in suo primo aduentu, & signanter in tribus. Primo quidem in illo salubri consilio, quod dedit cuiusdam adolescenti cum interroganti, quid facere deberet ad hoc, quod saluus fieret. Vade, inquit ei, & uende omnia, quae habes, & da pauperibus, & ueni, & se quere me. Math. 19. Secundò uero in sedatione contentiois discipulorum suorum litigantium, quis eorum esset maior. Scitis, inquit, quia reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici uocantur. Vos autem non si, sed qui maior est in uobis, fiat sicut minor. Lu. 22. Tertiò autem in gratiosis responsis, que in passione dedit Anna, Caipha, & Pilato, ita ut miraretur super hoc præfes uehementer, idest, Pilarus. Potest etiam prædictum uerbum, sapiens erit, exponi de eodem rege Christo, quo ad secundum suum aduentum, qui erit in iudicio. Nam tunc maximè ostenderet suam sapientiam in tribus. Primo quidem in iudicandorum separatione. Nam tunc separabit per suam sapientiam bonos à malis, sicut separat pastor oves ab hædis, ut habetur Matth. 25. Secundò uero in occulitorum manifestatione. Tunc enim illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, ut dicit Apostolus 1. ad Corinth. 4. Et hoc est, quod ipsem loquitur. Lue. 12. dicēs, Nihil opertum est, quod non reueletur, neque absconditur, quod non sciatur, quoniam, quæ in tenebris dixisti, in lumine dicentur, & quod in ore locuti es in cubieulis, prædicabitur in teclis. Hinc etiam idem rex loquitur Neum. 3. cuilibet reprobo dicens. Reuelabo pudenda tua coram facie tua, & ostendam in gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. Tertiò autem in electionis honorum, & reprobationis malorum assignatione, cum dicet electis. Venite benedicti patris mei, &c. Item cum postea dicit reprobis. Ite maledicti, &c. Esiui, & non dedidis mihi mandare. Sitiui, & non dedidis mihi bibere, &c. Patet ergo, quomodo rex noster Christus in die iudicii ostendet suam sapientiam in faciendo unicuique iudicium, & iustitiam.

T E R T I U M, quod prædixit Hieremias de rege Christo, est eius iudicium, quia faciet, inquit, iudicium. Sed quale iudicium? Certe triplex.

P R I M U M uocatur occultum. Sicut enim in supremis curijs,

Sermo 1. de Epif.

357

eurijs, quandoque in conclavi pronunciatur, & fertur iudicium interlocutorum, post quod priusquam publicetur, posunt partes contendentes inter se conuenire, ita & Deus presenti facit in conclavi sui occulti consilij iudicium de hominibus, præuidens, qui debeant damnari, & qui non, quia ipse nouit, qui sunt eius. Nihilominus post tali iudicij possunt absolue homines reprobati secundum præsentem iustitiam facere pacem cum eo. Et hoc uoluit innuere ipse Christus Math. 5. dicens. Esto consentiens aduersario tuo citidum es cum eo in iuria, ne forte tradat te iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcерem mittaris. Ecce igitur mirabile, & occultum iudicium, & ualde timendum, quia nescit homo, an odio, uel amore dignus sit, ut habetur. Ecl. 9.

S E C U N D U M iudicium regis Christi uocatur particula re, quod facit de quolibet homine, cum moritur. Nam qui moritur in mortali peccato, adiudicatur irremediabiliter æternis flammis. Qui uero cum gratia, & charitate decedit, ad coelum uadit. Vnde dominus cuilibet homini loquitur dicens. Vbi te inueniero, ibi te iudicabo. Propterea dist. vigesimaquinta: Qualis dicitur, quod qualiscunq; hinc quis egreditur, talis in iudicio Dei representatur.

T E R T I U M regis Christi iudicium dicitur generale, quod ipse facit in terra, quia in uallis Iosaphat medio, iuxta ilud Ioeлиs. 3. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in ualem Iosaphat, & disceptabo cum eis, ibi. Et tunc, ut habetur Iohan. 5. Procedent, qui bona fecerunt, in resurrectiō nem uite. Qui uero mala egerunt, in resurrectiōne iudicii, idest, tales refuscabuntur, ut adiudicentur eternis supplicijs. Deus ergo pater, qui in primo aduentu non misit filium suum, ut iudicaret mundum, idest, peccatores, sed potius, ut saluaret mundus per ipsum, ut habetur Iohan. 3. Ipse hunc eundem filium mittet in secundo aduentu, ut iudicet mundum, idest, peccatores, & ut damnetur prædictus mundus per ipsum, quia ut habetur Iohan. 5. Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio.

Q U A R T U M, quod prædixit prædictus Hieremias de rege Christo, est de eius iustitia, quam facturus est in terra. Olim enim ipse dominus fecit mirabilem iustitiam in celo, quandoquidem inde ciecit demones proper suam peribiam,

perbiat, ut habetur Esa. decimoquarto dicens illud Ps. Non habitabit in medio domus mea, qui facit superbiam. Deinde aliam iustitiam fecit de hominibus luxuriosis, quando fecit inundare diluvium super uniuersam terram. Gen. se-primo. Postremò faciet aliam mirabilorem iustitiam per ignem conflagrationis, quandoquidem ueniet in fine seculi iudicare ipsum s̄eculum per ignem. Patet ergo expositio illius clausulae præsentis epistole, in qua dicitur de Christo ad literam, quod regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam in terra. Et per consequens de secundo principali.

T E R T I Ó principaliter Hieremias in spiritu prophetico prædictis de Christo speciale fructum, & utilitatem sui aduentus, cum subdit. In diebus illis, scilicet, aduentus Christi, saluabitur Iuda, idest, populus Iudaicus, & Israel, quidē populus, qui & Iuda, habitabit confidenter. Istud tamen nō debet referri ad oēs Iudeos, sive Israëlitas, sed tācum ad eos, qui in ipsum Christū incarnatum crediderūt, quia ut dicit Aposto. Ro. 9. Non. n. oēs, qui ex circuncisione sunt Israel, sunt Israëlite. Potest etiam hæc prophætia referri ad ēm Christi aduentum. Nam tunc temporis reliqui Israel saluēs fient, ut habetur Esa. 10. Item in Psal. Conuertentur ad uesperam, scilicet, mundi. In diebus ergo illis, scilicet, in fine mundi, saluabitur Iuda, idest, populus Iudaicus, & Israel. I. idem populus habitabit confidenter, idest, firmiter confidet in Christo, sicut in uero Salvatore eis per Moysen promisso. Et ideo ipsum Christum uocabunt dominum iustum suum, qui, scilicet, debet regere eos, & iustificare, atque in terram promissionis, scilicet, in cœlestem Hierusalem introducere, ubi habitabunt sine fine.

M O R A L I T E R. In diebus illis, idest, in tempore legis gratiae, saluabitur Iuda, idest, omnis peccator, qui sincere, purè, & integrè confitetur peccata sua, quod vult innuere iste terminus iuda, qui interpretatur confitens. Ecce quantū prodest uera confessio delictorum, quae saluat confitentem. Bene ergo ad propositum loquitur Apostol. ad Ro. 10. dicens, quod ore confessio sit ad salutem. Quod autem subditur. Et Israel habitabit confidenter, refutetur ad quemlibet beatum, qui uidet Deum claram, & nudè, quod designatur per istum terminum

terminum Israel, qui uidens interpretatur. Talis Israel habitat confidenter in celo. i. securè, quia securitas est de essentia beatitudinis, iuxta illud Christi uerbum Io. 6. Gaudium nostrum nemo toller à nobis. Item in psal. Delectationes in dextera tua usq; in fine, idest, semper. Et ideo reprobatur Origenes ab ecclesiæ propter alternales sine cessatio-ne beatitudines, & miseras, ut dicit Aug. lib. 2. 1. de ci. Dei. c. 17. Pro intellectu autem illius ultime clausula præsentis epistole ubi dicitur. Propter hoc ecce dies ueniunt, &c. Notandum, quod olim ante Christi aduentum in carnē mos iudeorū erat iurare in hunc modū. Vixit dñs, qui eduxit nos de Aegipto, & hoc propter magnitudinem tanti beneficij. Sed istum modum iurandi prædictis esse cessandum Hieremias in dicto Christi aduentu, eō q; tunc maius beneficium nobis contulit idē Christus, utpote, liberans nos à seruitute spirituali de monis, & uitiorum. Dicit ergo Hieremias in spiritu prophætico loquens. Ecce dies ueniunt, scilicet, incarnationis filii Dei, & non dicent, idest, non iurabunt homines. Vixit dñs, qui eduxit filios Israel de terra Aegypti, sed uixit dominus, qui eduxit nos, sup. de Diaboli seruitute, atque de uitijis, & erroribus, & adduxit filios Israel, idest, ueros christianos, qui uident Deum per ueram fidem, ab aquilone, & de cunctis terris, idest, de omnibus partibus mundi in unitatem fideli, ut fit unum ouile, & unus pastor. Infuper tandem faciet tales habitare in terra sua, ut dicit Propheta, idest, in cœlesti Hierusalem. Ad quam nos perducat, qui, &c.

Dominica vigesimaquinta post Trinitatem, Sermo secundus de Euangelio.



N D E ememus panes, ut manducent hi? Io. 6. Pro introducione præsentis sermonis mouetur quæstio talis. Vtrum in quolibet opere diuino simul reluceant, sive concurrant misericordia, & iustitia? Hanc quæstiōne mouet Beatus Thom. 3. sen. dist. 46. q. 2. art. 2. quæstiuncula. 2. ubi querit, utrum in omni opere Dei misericordia, & ueritas coniungantur? Pro solutione præpositæ quæstiōnis ponam aliquas ueritates per ordinem.

Dominica x x v . post Trinit.

PRIMA igitur ueritas , & reponsiua ad quas situm talis est. In omni diuina operatione aliquid misericordia , & ali- quid iustitia inuenitur . Hanc ueritatem ponit B. Aug. in libro de concordia Euangelistarum , ita dicens . Deus qui res humanas curat, iuste , & misericorditer curat, ut nec praeclu- dat misericordia iustitiam , nec excludat iustitia misericor- diam . Similiter B. Ambro. super psalm . Beati immaculati super illo uerbo . Misericordia tua multe domine , dicit sic . Deus misericordiarum plenus est , & misericordia eius cum iudicio , & iudicium cum misericordia . Neque enim sine iudi- cio miseretur , neque sine misericordia iudicat . Hæc ille .

S E C U N D A ueritas . Tam in celo , quam in inferno si- mul reluent Dei iustitia , & misericordia . Hanc ueritatem ponit idem August. ad fratres in eremo ser. 6. qui intitulatur de misericordia , ubi ita ait . Tam iustis , quam iniustis , & beatis , quam damnatis misericordiam cum iustitia semper agit omnipotens Deus . Nam beatis dat gloriam , quā non merentur habere quibuscumque bonis commissis . Malis autem dat pœnam , quam merentur maiorem habere de malis commis- sis . Hæc ille . Et hoc est , quod sub alijs terminis , dicunt Theologi , uidelicet , quod Deus punit citra condignum , & premiat supra condignum .

T E R T I A ueritas . In inferno maximè reluet diuina iu- stitia , ita ut dicat Apostolus ad Heb. 10. Quod horrendum est incidere in manus Dei uiuentis . Hinc etiam Iaco. 2. dici- tur , quod iudicium sine misericordia fieri ei , qui non fecerit misericordiam . Quod maxime intelligitur de iudicio æter- na damnationis , quod erit sine misericordia liberante , sed quod in inferno nulla est redemptio . Erit tamen ibi aliquid de misericordia relaxante , sive mitigante , & moderante ri- gore iustitie , vt non tantum puniat damnum , quantum meruit . Dicitur etiam de damnato Apoca . 18. Quantum glorificauit se , & in delicia fuit , tantum date ei tormentum , & luctum . Item Deutero. trigesimoquinto . Pro mensu- ra delicti erit & plagarum modus . Quia omnia intelligenda sunt secundum aequalitatem proportionis , & non quantita- tis , est hoc dictum propter quod qui plus peceauerit , plus pa- nuerit ceteris paribus in inferno .

Q U A R T A ueritas . In praesenti uita plus reluet Dei mis- ricordia ,

Sermo I I . de Euang.

359

ricordia , quam iustitia . Hæc ueritas probatur per illud psal- Misererationes eius super omnia opera eius . Item per illud Ia- co. 1. Misericordia superexaltat iudicium . Maximè autem reluet Dei misericordia in praesenti in tribus , uidelicet , in peccatorum uocatione , expectatione , & receptione . De pri- mo . Hierc. 3. Reuertere ad me , & ego suscipiam te . De se- cundo Esa. trigesimo . Expectat dominus , ut misereatur ue- stri . De tertio figuratu legitur Luc. decimoquinto . de filio prodigo , quem benigne receperis pater suus . Ecce in qui- bus reluet Dei misericordia in praesenti respectu peccato- rum . In cuius etiam rei signum misericors , & miserans Christus , cum quo etiam ab infancia creuerat miseratione , uidens populum sequentem , fame laborantem , prout legitur in praesenti Euangilio , ait . Vnde ememus panes , ut manducent hi ? In dicto ergo Euangelio fit mentio de quodam insigni miraculo , quod egit Christus in quinque pa- num hordaceorum , & duorum pescium mirabiliter multipli- catione , de quo quidem miraculo tria principaliter tan- guntur , uidelicet .

Principium , Medium , Finis .

P R I M ò igitur tangitur principium dicti miraculi , quod fuit duplex . Primum ex parte Christi , & illud fuit eius pie- tas , quæ tangitur , cum dicitur in principio Euangeli . Cum subleuasset oculos Iesu . Secundum ex parte populi , & il- lud fuit eius necessitatis , quæ tangitur cum subditur , & ui- disser , quia multitudo maxima uenit ad eum , dixit ad Phi- lippum . Vnde ememus panes , ut manducent hi ? Ecce populi necessitas . Sed quia præsens Euangelium exposui supra , uidelicet , dominica quarta quadragesima , similiter in expositione Euangeliorum quadragesimalium sub eadem dominica , ideo parum insistam pro nunc circa exposi- tionem literalem eiusdem Euangeli , me conuertens ad exposi- tionem moralem , per quam maximè salus animarum pro- curatur , quam per maximè quilibet syncerus prædicator in tendere debet , & procurare .

M O R A L I T A R ergo notandum , quod quadruplex est turba , cui Deus specialiter miseretur , uidelicet .

Peccatorum , Conuersorum , Incarceratorum , Beatorum .

PRIMA igitur turba , cui Deus miseretur , dicitur turba pecca- torum

torum à Deo recedentium. Et hæc turba non est sequenda, sed maximè fugienda, quia à Deo recedere non est aliud, quā ad mortem perpetuam, & æternam pergere. Nam ut dicit. Augustinus ad fratres in eremo serm. 72. qui intitulatur de morte. Mors uera, quam non timent homines, est separatio à Deo. Hæc autem separatio fit per peccatum, iuxta illud Esa. 59. Iniquitates uestræ, id est, peccata, diuiserunt inter nos, & Deum uestrum. Peccatum autem ducit ad mortem æternam, iuxta illud Ezecl. 18. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Et Apostolus ad Rom. 6. Stipendia peccati mors. Huiusmodi ergo turba non est sequenda, sed potius fugienda. Sic enim admonet Spiritus Sanctus unumquemq; fideliem Exo. 23. dicens. Non sequeris turbam ad faciendum malum. De hac itaque turba peccatorum loquens Dominus ait. Misereor super turbam.

PR O quo notandum, quod Deus facit peccatoribus duplimenta misericordiam.

PRIMA est, quia tales ad pœnitentiam expectat, etiam diu. Nam totum tempus uitæ pœnitentis præstat pifissimus dominus misericordia peccatoribus, ut à peccatis suis resipiscant, & pœnitereant, ne damnentur. Sed proh dolor multi tales abutuntur prædicta Dei misericordia, iuxta illud Iob. 2.4. Dedit ei Deus locum pœnitentie, & ille abutitur eis in superbiam. Propter quod Apostolus ad Rom. 2. unumquemq; talē obstinatum peccatorem alloquitur dicens: Ignoras, quoniam benignitas Dei te ad pœnitentiam adducit? secundum duritiam autem tuam, & cor impenitens thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui redet unicuiq; secundum opera eius. Et notanter dicit. Thesaurizas tibi iram, quia quanto diuina misericordia diuitus expectanterit impenitentem peccatorem, tanto amplius contra eum irascetur, & grauius eum damnabit.

SE C V N D A misericordia, quam facit Deus peccatori bus, est, quod eos in bonis temporalibus, utpote, in deliciis, diuitijs, & honoribus sepe replet, cumular, atq; multiplicat. Videmus enim frequenter euenire, & quasi continuè, quod in huiusmodi bonis temporalibus plus abundat mali, quam boni. Hoc autem facit Deus, ut illi, qui nolunt conuersti ad eum amore iustitie, saltē conuerstantur amore commodi.

Hæc

Hæc tamen misericordia non est multum ab humanis appre cianda, cum sit caduca, & momentanea. Constat enim satis evidenter, quod omnia bona temporalia, quæ possident peccatores in præsenti, adueniente mortis articulo illis, deficit in momento. Propter quod Spiritus Sanctus dicit diuinis huius seculi illud Osc. 6. Misericordia uestra, quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens. Nam sicut nubes matutina, uel ros matutinus aduenient ardore solis statim deficiunt, sic etiam bona temporalia, quæ Deus dat peccatoribus in pœnitentiâ ex mera misericordia, adueniente morte (que signum est ardoris solis, id est, diuinæ indignationis) statim deficiunt. Vnde Psal. Ne timueris, cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius, quoniam cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo, &c. Et sic patet de turba peccantium, cui misereretur Dominus dupliciter, ut ostensum est.

SE C V N D A turba, cui miseretur idem Dominus, dicitur turba conuersorum, sive pœnitentium, & eorum, qui ad Deum redeunt per viam bonam, & rectam. Est autem prædicta uia triplex. Prima dicitur cordis contritio. Secunda oris confessio. Tertia operis satisfactionio. Et hæc est triplex uia, per quam ad Deum redditur, & opponitur triplici uie, per quam ab eo receditur, quæ est mala cogitatio, mala locutio, mala operatio. De hac itaque turba congrue potest exponi, & intelligi illud uerbum, quod dicit Dominus in pœnitentiâ Euangeliô, cum ait: Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me. Ac si aperte diceret. Misereor turbæ pœnitentie, quia sustinent, & expectant me triduo, id est, per spatiū trium dierum. Primus dies, sicut iam dictum est, est dolorosa contritio. Secundus uerifica confessio. Tertius integræ satisfactionio. Itud triduum figuratum fuit Exo. 3. quando filii Israël dixerunt Pharaoni: Ibis uia trium dierum in solitudinem, ut sacrificemus Domino nostro. Applicatio est facilis.

NO T A N D V M est autem circa hoc, quod Dominus misereretur uerè pœnitentibus duobus modis.

PRIMVS est, quia reuertentes ad eum per viam pœnitentie, quantumcumq; prius peccauerint, ad misericordiam benignè recipit, atq; omnia peccata illis remittit. Figura de filio prodigo Luc. 15. Vnde August. Quæcumq; necclitas cogant

gant peccatorem ad poenitentiam, nec criminis quantitas, nec uitę enormitas, nec horę extremitas excludit eum à uenia. Item idem August. feria. 5. post cineres fer. 2. Ipse, inquit, contra se diuinę pietatis ianuam claudit, qui Deum sibi misererit, aut non uelle, aut non posse credit, cumq; aut bonum, aut omnipotentem esse diffidit. Nemo ergo, nec post centum peccata, nec post mille crimina, de diuina misericordia desperet. Hęc ille.

S E C U N D U S modus est, quod omnia bona, quae per peccatum penitentes prius amiserant, illis penitentibus restituit Dominus. In cuius figurā iussit pater filium suum prodigum induit veste priori, dicens seruis: Citò proferre stolam primam, & induite illum. *Luc. 15.* Peccator enim, quando cadit in peccatum mortale, amittit meritum omnium bonorum, que fecerat prius, cum adhuc esset in statu gratiae. Item amittit participationem bonorum Ecclesiae. Insuper amittit adoptionem diuinę gratię, & glorię, quia de filio gratię fit filius ire, & de filio glorie, filius gehennę. Propter quod clamat Spiritus Sanctus peccatoribus Ioh. 2. dicens: Conuertimini ad Dominū Deum uestrum, quoniam benignus, & misericors est. Benignus quidem, peccata remittendo, misericors uero bona prius amissa restituendo: Ecce ergo quomodo Dns miseretur ueris penitentibus duobus modis prælibatis.

T E R T I A turba, cui miseretur Dominus, dicitur turba incarcerautorum, id est, in purgatorio degentium, de qua recte potest intelligi illud Nume. 14. Vociferans omnis turba fleuit nocte illa. Duo ergo dicuntur in prædictis uerbis de huiusmodi turba.

P R I M U M est, quod vociferatur, id est, uocem fert, sive clamat, & hoc ad tria genera personarum.

P R I M O quidem ad patrem celestem, dicens: Pater de celis Deus miserere nobis, qui sumus opus manū tuarum. Noli ergo opus tuum despicere, sed exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. Dicunt etiam illud Hester. 13. Domine Deus rex omnipotens in ditione tua cuncta sunt posita, & non est, qui possit resistere uoluntati tua. Si decreueris fuisse nos, ceterum liberabitur. Tu es Dominus omnium, & non est, qui resistat maiestati tua. Ne despicias partē tuam, quam redemisti tibi, sed exaudi depreciationm nostram.

Conuerte

Conuerte igitur luctum nostrum in gaudium, ut uiuentes, supp. in celo, laudemus nomen tuum. Prædicta igitur turba mutuò se shortatur ad uociferandum ad ipsum patrem clementem dicens illud. 1. *Machab. 4.* Nunc clamemus in celum, & miserebitur nostri Deus noster.

S E C U N D U M uociferatur prædicta turba ad singulos sanctos, & electos Dei, dicens. Sancta Maria ora pro nobis. Sancte Iohannes Baptista ora pro nobis. Omnes sancti patriarchę & prophetę orate pro nobis. Sancte Michael ora pro nobis. Omnes sancti angelii, & archangeli Dei orate pro nobis. Sancte Petre ora, &c. Et breuiter omnes sancti, & sanctę Dei orate pro nobis. Quod si beata uirgo Maria, aut aliquis aliorum sanctorum interrogaret quilibet anima in purgatorio existentem, cur tantum ad eum sic uociferatur, forsitan posset respondere, & dicere cum Joseph in carcere positio. Ideo ad te uociferor, & clamo, ut suggestas Pharaoni, id est, Deo omnipotenti, ut educat me de isto carcere terribilio purgatorij. Insuper ideo clamo, quia me expectat iusti, id est, omnes electi, donec retribuat mihi ipse dominus Deus partem cum eis in celo.

T E R T I O uociferatur dicta turba animarum ad uiuentes, & signanter ad parentes, & haeredes, dicens quilibet pro se illud *Iob. 19.* Misericordia mea, misericordia mei, faltae uos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Sed quia pro dolor, multi consanguinei, & haeredes negligunt orare pro dictis animabus, ideo de illis conqueruntur dicentes illud, quod sequitur. Quare persequimini me, sicut Deus, scilicet, permittendo me cruciari in flammis ignis purgatorij, & tamen carnibus meis saturamini, id est, bonis meis temporalibus sustentamini, adeo etiam gulosè, & auidè, ut uix dare uelitis micam pauperibus, aut pijs locis pro reuelatione, aut liberatione mea à tot, & tantis penit. Hoc enim ad maximam ingratitudinem vestram pertinet. Et ideo in hoc conuincimini deterioris conditiois infidelibus, qui de suis parentibus curam habent, tam in uita, quam post uitam praesentem. Audite igitur, & corde intelligite, quid dicat diuus ille Paulus prima, ad Timoth. 5. Si quis, inquit, suorum, & maximè domestico-

Ser. Do. G. Pep. Pars Aestiu.

Zz rum

rum curam non habet, scilicet, post hanc uitā, fidē negavit, & est infideli deterior. Et notāter dicit, Fidem negavit, quia frequenter filij, & haeredes promittunt parentibus morientibus, quōd fidei iter exequentur eorum testamenta, insuper quōd superaddent. Sed profectō sep̄ circa hoc repertunt negligētissimi. Ecce q̄uo fidem negant mortuis parentibus. Propter quod de talibus rectē potest dici illud psal. Lingua sua mentiti sunt ei, scilicet, morienti. Nec quidem mirum, quia in promittendo cor eorum non erat rectum cum eo, nec tandem fideles habiti sunt in testamento eius illud diligenter, & complete executioni demandantes.

S E C V N D V M qđ dicitur in p̄dictis uerbis sumptis ex libro Numerorum de supradicta turba animarum in purgatorio degentium, est quōd fiet nocte illa, idest, in tenebris purgatorij, quia ad literam in purgatorio sunt tenebre, maxime cum ibi non possit lucere sol iste materialis propter terre interpositionem. Nec potest dici, quōd sit ibi claritas cauata ab igne ibi existente, quia cum huiusmodi ignis, sit ibi in propria natura, & non in materia aliena, consequens est di cere, quōd non lucet. Insuper p̄ter hoc ordinatio diuina istud operatur, iuxta illud psalm. Vox domini intercedens flammam ignis. Ecce ergo nox illa, idest, in tenebris, in quibus flet turba p̄iarum animalium.

P R O q̄o notandum, quōd propter duo p̄cipue flet p̄dicta turba in nocte illa tenebrosi purgatorij.

P R I M U M est uehementia ignis ibi, existentis, & dictas animas mirum in modum cruciantis. De cuius mirabilis ardore loquens August. lib. de uera, & falsa penitentiā. ca. 18. & similiter recitat in decretis distinct. 7. nullus dicit sic. Hic ignis eti non sit eternus, miro tamen modo est grauis. Excellit enim omnem p̄cenā, quam unquam passus est homo in hac uita. Nunquam enim in carne inuenta est tanta pena, licet mirabilia passi sint martyres tormenta, & multa nequiter in uita, quanta sustinuerunt supplicia. Hęc ille. Similiter distinct. 25. qui in aliud dicitur quōd huiusmodi ignis purgatorij, grauior est, quam quicquid potest homopati in hac uita. Insuper mirabilis ardor p̄dicti ignis purgatorij patet tali exemplo. Legitur enim in fine Epistola-

rum

rum beati Augustini, epifto. 206. de beato Cyrillo episcopo Hierosolymitano, quōd cum semel interrogasset quandam à mortuis resuscitātū, & qui huiusmodi penas uiderat, quales, & quantę essent, respondic ille, quōd si omnes p̄cenā, & tormenta, quae in hoc mundo cogitari possunt, compararentur minori p̄cenā, aut tormento, quae illuc habentur, solatia erunt. Mallet enim quilibet uiuentium, si experientia nosceret huiusmodi penas, usque ad finem mundi omnibus his simili sine remedio cruciari p̄cenā, quas etiam omnes homines ab Adam hucusq̄ singillatim pertulerunt, quām uno die in purgatorio minori, quae illuc habetur pena cruciari. Ad hęc igitur uerba stupefactus beatus pater Cyrilicus exclamauit dicens. Heu quid audio? Ecce igitur primū, propter quod p̄dicta turba incarcatorum flet, quod est pena sensus.

S E C V N D V M est pena damni, idest, carentia diuinæ uisionis, ita ut quilibet talis anima uideat dicere illud Psalm. Fuerunt mihi lachrymę meę panes die, ac nōte, dñi dñ mihi per singulos dies, ubi est Deus tuus? Ecce carētia diuinæ uisionis, quæ etiam plus affligit animas in purgatorio existentes quasi infinites, quam pena sensus, quam patiuntur. Hoc enim est de mente beati Chrysostom. hom. 48. dicentes. Multi hominum gehennam formidant, ego autem illius gloria amissionem multo grauiorem gehennam esse dico. Et post pauca. Licet quis innumerā ponat gehenas, tale nil dicet, quae illa felici excidere gloria, à Christo odio haberet, & audire nescio uos. Hęc ille.

N O T A N D V M ergo, q̄ huic turbę incarcatorum in purgatorio miseretur Dominus duobus modis.

P R I M U S est, quia tales animas, tam grauiter afflictas uisitāt, & consolatār per angelos suos. Bię enim credendum est, q̄ sancti Dei angeli frequenter uisitant, & consolantur animas fideliū in purgatorio existentes tanquā illis, quę in proximo sunt future, sive conciues in cœlesti Hierusalem. Pręcep̄teris autem uisitant, & consolantur eas, quarum in p̄senti fuerunt custodes à Deo commissi. Talibus nempe referunt bona, quę fiunt à superiuientibus pro eartum remedio, sicut multa docent exempla. Vnde etiam August. ad fra-

eres in eremo . serm.46. qui intitulatur de angelis , & hospitalitate . Sancti , inquit , angeli sunt , per quos ad purgatoriam deportamur , & dum ibi purgantur , ab eis sepe visitari , & consolati non dubitamus , promittentes cœlestem Hierusalem ingressuros . Hec ille . Da exemplum de patre nobili contra filium suum irato , quem ad tempus incarcerauit , ipsum tamen per famulos suos visitat , ita in proposito .

S E C V N D V S modus predictæ miserationis est , quia propter Ecclesiæ suffragia , ut sunt orationes , missæ , uigilie , & similia , item propter iustorum in terris ambulantium bona opera ; ut eleemosynæ , ieunia , & similia , ipse Dominus abbreuiat , aut omnino remittit penam , ad quam diu animæ erant obligatae : Merito ergo huiusmodi animæ possunt dicere illud Thre.3. Misericordia Domini , quia non sumus consumpti , quia non defecerunt miserationes eius , quia penam eternalem , & infernalem commutauit nobis in temporalem , & purgatoriam . Et sic patet diffusæ de tertia turba , cui miseretur Dominus .

Q V A R T A turba , cui miseretur Dominus , dicitur turba beatorum in celo regnantium , & Deo iubilantium , atque ineffabiliter exultantium . Exultante enim mirabiliter . Tum propter uictoriæ , quam de mundo , carne , & diabolo habuerunt . Tum propter æterna supplicia , quæ euaserunt . Tum propter æterna præmia , ad quæ peruenierunt . Hęc est igitur illa turba , de qua loquitur Iohan . Apoc.7.dicens . Vidi turbam magnam , quam dinumerare nemo poterat , ex omnibus gentibus , & tribubus , & populis , & linguis , stantes ante thronum , & in conspectu agni , amicti stolis albis , & palme in manibus eorum . Vult ergo innuere beatus Iohan , quod sunt in celo animæ electorum ex omni natione , quæ sub celo est , qui dicuntur amicti stolis albis propter presentem gloriam ; amarum , & habere palmas in manibus propter uictoriam spiritualium inimicorum .

N O T A N D V M ergo , quod huic turbe facit Deus duplexem misericordiam . Prima est , quod auctor ab eis omnem miseriem , iuxta illud Apoc.7. Absolveret Deus omne lachrymam ab oculis sanctorum , & iam non erit amplius , &c . Secunda est , quod confert eis omnem letitiam , iuxta illud

Esa.31. Letitia sempererna super capita eorum , gaudium , & letitia tenebunt : Item Psal. Adimplebis me letitia cum vultu tuo , delectationes in dextera tua usq; in finem , idest , in sempernū . De hac itaq; duplice Dei misericordia , quam impendit beatis recte poref intelligi illud Psal. Domine in celo , misericordia tua . Pater ergo de quadruplici turba , cui Dominus specialiter miseretur . Et per consequens de primo principali presentis Euangelij , in quo agitur de principio tangentे miraculum de multiplicatione panum .

S E C V N D O principaliter in codem Euangelio fit mentione de medio tangentे dictum miraculum , & in quo describitur ipsum miraculum . Nam ut refert Iohan . Christus auditio ad Andrea , quod erat puer unus dictus Martialis , qui habebat quinque panes hordaceos , & duos pisces , iussit homines discubere . Sed quia sensum literalem satis prolixè deduxi in expositione Euangeliorum quadragesimalium , ideo ad sensum moralem transeundum est .

M O R A L I T E R ergo notandum , quod inueniuntur in Sacra Scriptura duodecim panes , qui designantur per illos quinque , de quibus legitur in presenti Euangelio , & per illos septem , de quibus legitur Mar.8. prout legitur in Euangelo Dominicæ septime post Trinitatem , qui in toto faciunt duodecim . Est igitur panis .

Corporalis.	Doctrinalis.
Penitentialis,	Sacramentalis.
Vitalis,	Criminalis.
Subcinericialis,	Legalis.
Lachrymalis,	Calamitalis.
Infernalis,	Celestialis.

P R I M U S igitur dicitur panis corporalis , seu materialis , quo pacificat ueter , de quo Gen.3. ait Dominus ad Adam , & ad quemlibet posterū suum . In sudore vultus tui træseris pane tuo , donec reuertaris in terrā , de qua sumptus es , idest , donec finias hanc uitam . Et nota , quæ hęc uerba dixit Dns ad Adam , postquā peccauit , quia in peccatum peccati sui ordinavit Deus , ut acquirat sibi uictum de terra , cum labore corporali , & sudore , qui tamen ante peccatum operatus non fuisset , nisi ad recreationem , & uirtutis exercitium . Et nota , quæ

Dominica x x v. post Trinit.

iste panis corporalis debet iuste acquiri moderatè sumi pie distribui. De primo scribitur Thobi.2. Non licet nobis, aut edere de furto aliquid, aut contingere. De secundo Luc.26. Comederis panem uestrum in saturitate. Et nota, quod dicit. In saturitate. Non ergo superflue, sed moderatè debet sumi iste panis. De tertio Ela.58. Frange esfuenti panem tuum.

C O N T R A primum faciunt multi usurarij, qui emunt frumentum ante tempus messis, dum est in agro, pro modico precio, qui tamen uerisimiliter, seu etiam firmiter credunt, quod tempore messis plus ualabit. Secus autem ubi probabi liter dubitarent, utrum plus, vel minus sit ualitatum. Nam in tali casu non esset usura, ut patet extra de usuris ca. in ciuitate. Alij sunt, qui propter dilationem ipsius carius vendunt triticum, quam ualere possit. Et tales similiter sunt usurarij, ut patet ubi supra ca. consuluit. Alij uero sunt, qui tempore messis, uel tempore uindemij non propter necessitatem, sed tantum propter cupiditatē comparant triticum, uel uinum, ut postea carius vendant, ubi interdum unus ex avaritia tantum congregat, ut ceteri compellantur ab ipso emere ad libitum suum. Et tales grauiter peccant, ut patet. 14. quest.4. quicunque. Si autem propter commune bonum talia emerent, sicut legitur olim Ioseph fecisse, hoc laudabile est. Item si quis de supradictis, aut similibus aliquid emeret ad suam prouisionem, ne postea carius emeret, & si postea carius uenderet, sicut in foro uenditur, quod non indigeret, sicut credebat, hoc etiam est licitum. Item si aliqui ex pietate, ut ex lucro uenditionis habeat, unde subueniat pauperibus, dummodo hoc moderate faciat, istud similiiter est licitum.

C O N T R A secundum faciunt multi gulosi, quibus non sufficit capere cibum, & potum ad necessitatē, nisi exeat per eos, & nares eorum, & uertatur illis in naufragium, sicut legitur de filiis Israel quo ad carnes, quas misit Dominus illis, ut patet Numeri. 11. Et talis ingluviies ualde prouocat iram Dei contra actores suos, sicut testatur Psal. De predictis Hebreis dicens. Adhuc esē erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. Vnde propter hanc causam multi eorum morte interie-

Sermo I I. de Euane

INTERIERT. Ideo sequitur. Et occidit angues eorum.

C O N T R A tertium faciunt multi tanaces, & auari, qui tanquam initatores diuinitatis epulonis, & tempij, & immobiles ricordes ad pauperes. Et tales compaffatur in infirmitate homicidis in Sacra Scriptura. Vnde Eccle. 4. Panis egentium uita pauperis est, qui defraudat illum, homo sanguinis est. Et sic patet de pane corporali.

S E C U N D U S panis dicitur doctrinalis, de quo recte intelligi potest illud Deut. 8. & Matt. 4. Non in solo pane, sed materiali, uiuit homo, sed in omni uerbo, quod procedit de ore Dei, supp. mediatè, uel immediatè. Nam doctrina sana, quam prædicat homo, de ore Dei quodammodo procedit, ita ut dicat Christus prædictoribus ueritatis illud Matt. 10. Non uos estis, qui loquimini, sed spiritus patris uestris, qui loquitur in uobis. Hunc itaque panem doctrinę salutaris debent distribuere populo Dei prælati, & doctores, quia talibus incumbit prædicare. Primi ratione officij. Secundis ratione scientie, & gradus, prout illis imponitur, cum laureantur. Sed profecto ualde pauci prælati, & pauciores doctores, nisi forsan fuerint de ordinibus mendicantium, porrigit hunc panem Sanctæ Scripturæ populo fidei, sed uacant inertie, & quieti, que rentes delicias suas. Quod quidem malum olim præuidens Hieremias lamentabatur Threno. 4. dicens. Paruali, id est, simplices, & idiotæ, petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. Merito ergo de hoc pane potest hodie dici illud. Nume. 2. 1. Deest panis. Non deflunt tamen, qui se intronittere uolunt de distributione huius panis doctrinæ, ut sunt nonnulli minus docti, & inexperti curati, & uicarij, quibus nō immerito adiungere possumus quosdam minus peritos religiosos mendicantes. Propter quod uenit

T E R T I U S panis dicitur sacramentalis, de quo loquitur Christus Iohan. 6. dicens. Ego sum panis uiuus, qui de celo descendit. Iste panis olim fuit formatus in arca uerti uirginalis ex tribus farinis, id est, substantijs, quæ sunt Christi diuina altas, anima, & corpus. Pistor autem huius panis fuit Spiritus Sanctus, cuius uirtute facta est Incarnatio filii Dei, iuxta ille uerbum Gabrieli ad Mariam, Spiritus Sanctus superue-

Dominica xxv. post Trinit.

niet in te. Luc. i. Fuit autem iste panis postmodum decoctus duplice igne, scilicet, amoris, & doloris. De primo. Luc. 12. Ignem ueni mittere in terra. De secundo Thren. i. O vos omnes, qui transitis per viam, &c. Demum iste panis sic formatus, & decoctus proponitur, & offeratur nobis in escam super mensam altaris. Possent autem hic multa adduci rati de præparatione ad hanc mensam, quædam de dignitate huius panis, atque utilitate, quæ missa facio breuitatis causa.

V A R T V S panis dicitur penitentialis, qui alio nomine appellatur in Scriptura Sacra panis doloris, cõ pœnitentia cum dolore de peccatis debet perfici. Vnde Ps. Surgite, uos supp. penitentes à peccatis ab eis cestando, postquam federitis, id est, in ipsis manseritis, qui manducatis panem doloris. i. pœnitentia. Et quamvis panis iste videatur esse durus, & insipidus exteriori homini. i. corpori, siue appetitui sensitivo, et tamen animæ deuotorum dulcis, suauis, & sapidus, Commune enim proverbiu[m] est, quod ea, quæ sunt amara ori, sunt dulcia cordi, ita in proposito. Confitetur autem iste panis ex tribus farinis, quarum una est tota amara, alia tota dulcis, alia ex prædictis duabus mixta, quia partim dulcis, & partim amara. Hoc est dicere, q[uod] uerus penitens debet habere timorem, amorem, spem. Timor enim, qui procedit in penitente ex consideratione pene eternæ, est quasi farina amara, quæ debet comedi cum dolore, & tristitia. iuxta illud Ezech. 12. Panem tuum in tristitia comedere. Multum enim debet penitens timere, & turbari, quoties cogitat de penis, ad quas se obligavit mortaliter peccando. Amor autem, qui procedit ex consideratione celestis gloria, ad quam quis peruenit per ueram pœnitentiam, est quasi farina dulcis, iuxta illud Psal. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti, &c. Spes uero de uenia peccatorum, que procedit ex consideratione infinitatis diuinæ misericordie, est quasi farina mixta, quia partim dulcis, & partim amara. Dulcis quidem ex parte diuinæ misericordie, cui nō possumus mensuras ponere, nec tempora diffinire, ut haberur 26. q. 6 his qui, amara autem quoties ad memoriam reuocantur commissa peccata, iuxta illud Esa. 3. 8. Recogitabo tibi omnes annos meos in. a. a. m.

Sermo II. de Euang.

365

in. a. a. m. Sed profectò iste panis pœnitentie est apud multos, adeo durus, & rudis, quod nolunt ipsum gustare, quo sit, ut multi impenitentes decedant.

V I N T V S panis dicitur uitalis, cõ quod uitam eoffert. Et ite est panis gratia, quo pascit Deus quemlibet iustum, iuxta illud Eccl. 17. Cibauit illum. s. dominus iustum, pane vi te. i. gratia spiritus sancti, quæ optimam uitam conferit animæ. O quam felix est omnis, qui hoc pane cibatur à domino, & quam infelix omnis, qui hoc pane priuatur. Est autem panis, quasi quedam arra panis celestis, quam nullus gustare potest, qui non pragustauerit in præsenti ipsum panem uitæ. De quo etiam figuratiè legitur 3. Reg. 19. quod Helias inuenit sub capite suo subcinericium panem, de quo comedit, & postmodum ambulauit, usque ad montem Dei Oreb. Per quod designatur, quod pregustato pane uitæ gratia Dei, peruenimus in cœlum, quod est mons in uertice montium.

S E X T V S panis dicitur criminalis, quo pascuntur iniusti, & peccatores, iuxta illud Proverb. 4. Comedunt panem impietatis, suo dicir glo. ordin. quod iniqui in actione seculorum, quasi epulis delectantur, iuxta illud Sapient. 2. Lætantur, cum malefecerint, & exultant in rebus peccatis. Vel dic, ad literam, quod multi peccatores comedunt panem impietatis, cuiusmodi sunt fures, latrones, raptores, simoniaci, usurarij, perituri, mendaces, adulatores, meretrices, mali iudices, aduocati, procuratores, falsi testes, & penè infiniti alij, inter quos præcipue connumerandæ sunt mendaces, qui dicuntur comedere panem mendacij, quoties mentiendo aliquid acquirunt, ut sunt falsi mercatores, & falsi predicatoris. Proverb. 22. Suavis est hominæ panis mendacij. Et cum philosophus dicat, quod omnne finitum per ablationem finiti tandem consumitur, nihilominus iste panis cōtra naturam ueri pani materialis in dies magis, ac magis augetur, quamvis à maxima parte hominum, ac mulierum in dies sumatur in grande periculum animalium suarum. Est enim huiusmodi panis impietatis ueneno suo, & intoxicatiu[s], & per consequens de facili inficit animam, eam spiritualiter, & æternaliter occido[n]e. **Ezechiel**

Dominica x x v. post Trinit.

Ezechias decimo octauo. Anima , quæ peccauerit, ipsa morietur .

S E P T I M V S panis dicitur subcinericialis , per quem intelligitur memoria mortis , quæ reficit quodammodo animam , ne moriatur per peccatum , iuxta illud Ecclesiast. septimo , Memorare nouissima tua , & in eternum non peccabis . Et iste panis fuit figuratus 3. Reg. 17. in illo pane subcinericio , de quo comedit propheta domini Heliias , pariter mulier uidea , cum filio suo . Per quod designatur , quod omnes tam iuuenes , quam senes , tam uiri , quam mulieres , tam boni , quam mali debent sepe refici prædicto pane subcinerciali , idest , memoria mortis sapientia meditando illud domini uerbum Genet. 3. Pultus es , & in puluorem reuerteris . Et Eccl. 17. Omnes homines terra , & cinis . Ita igitur pane reficit se David in praesenti uita . Vnde ait in ps. Cinerem , idest , memoriam mortis , tanquam panem manducabam . Hoc eodem etiam pane reficit olim dominus Hieremias , prout ipsemet testatur Thren. 3. dicens . Cibauit me cinere omnipotens . Cibemus ergo & nos ipsos isto pane subcinericio , cogitando nos morituros .

O C T A V V S panis dicitur legalis , quo Iudei olim utebantur in lege , qualis erat panis azimus , quo utebantur in paschate cum lacrymis agrestibus , ut precepérat illis dominus Exod. 4. i. Per quem prefigurabatur uerius panis sacramentalis , qui debet ab omnibus Christi fidelibus , cum ad annos discretionis peruerentur , sumi in paschate cum lacrymis agrestibus , idest , cum memoria passionis Christi . Sic enim insinuauit Christus esse faciendum , cum in institutione ipsius sacramenti ait , hec quotiescumque feceritis , in mei memoriae facietis .

N O N V S panis dicitur lachrymalis , de quo in psal. Cibabis nos pane lachrymarum , idest , lachrymis , quasi pane . Ita alibi . Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die , ac nocte , dū , &c. super quo dicit Cassiodorus , quod fletus cibus est animarū , refectio mentium , lauacrum culparum . Vnde legitur de beato Augusto , quod post conuersationem suam , & baptismū flebat uberrime in hymnis , & canticis , recognitans pristinos errores , nec satiabatur illis diebus , & noctibus dulcedine mirabili

Sermo 11. de Euang. 366

mirabilis considerare altitudinem consilii diuinæ super salutem generis humani . Notandum tamen , qd non quilibet lachrymæ dicuntur panis , seu refectio animæ , quia non sunt ille , quæ emittuntur propter amissionem temporalium , aut propter lesionem , seu infirmitatem corporis , sive etiam propter mortem amicorum , sed tantum ille , quæ fluunt ex dolore cordis propter Dei offenditam , sive propter retardationem gloriae celestis .

D E C I M V S panis dicitur calamitalis , de quo Esai. 30. Dabit tibi dominus panem arctum . Hunc autem panem calamitalem , & arctum comedunt pauperes agricolæ , & uitiole , ac similes , quoties aduersitatibus prætensis uitæ affliguntur , & premuntur , sive per defectum temporalium , sive per incursum armigerorum , & predonum , sive per nimium grauamen tributorum , & uectigalium , seu talliarum , sive alijs pene infinitis modis , ita ut tales pauperes magis optent mori , quam sic diu languere .

V N D E C I M V S panis dicitur infernalis . Et iste panis est nigerrimus , & summè insipidus , & durus , quem comedunt omnes damnati . In cuius figuram dixit rex Achab servis suis , idest , Christus dæmonibus executoribus iustitie suæ in inferno . Mittite uirum istum Michæam , idest , quemlibet reprobum in carcерem , super inferni , & sustentate eum pane tribulationis . 3. Regum . vigesimo secundo . Et nota , quod isto pane tribulationis reficiuntur in futuro in inferno hi , qui in praesenti uoluerunt refici pane criminali , de quo prius dictum est . Abstineamus ergo charissimi in praesenti à prædicto pane criminali , ne in futuro compellamur edere panem illum tribulationis , & angustie , mirabilis , quem iam comedunt , quotquot in inferno positi sunt .

D V O D E C I M V S panis dicitur celestialis . De quo Luc. decimoquarto ait Christus . Beatus , qui manducabit panem in regno Dei . Ista autem manducatio fiet ab electis uidentendo Deum facie ad faciem , sicuti est in seipso , & fruendo eo sic clarè uiso . De qua etiam manducatione dicit dominus Eccl. 24. Qui edunt me , adhuc esurient , idest , qui uident me intuitu , adhuc desiderabunt magis , ac magis me uidere , & frui diuinitate mea . De ista etiam manducatione loquens Chri-

Dominica xxv. post Trinit.

Christus discipulis suis, & in ipsis omnibus futuris deuotis christianis Luce. 22. ait. Ego dispono uobis, sicut dispositi mihi pater meus regnum, ut edatis, &c. Ex quibus uerbis patet, quod illud cœleste conuiuum erit ualde solenne. Primo ex parte ministrantis, siue magistri domus, quia ego, inquit, Christus. Non ergo Petrus, non Paulus, non Angelus, aut aliqua pura creatura, sed ipse Christus. Nam, ut dicitur Luce. 11. Tunc preceinget se Christus, & faciet beatos discum bere, & transiens ministrabit illis. Secundo ex parte debiti ordinis, quo ad conuiuanzes, quia dispono, inquit, Christus, idest, in diversis ordinibus pono. Nam in uno ordine erunt Patriarchæ, in alio Prophetæ, in alio Apostoli, & sic de alijs statibus. Virgo tamen Maria, tanquam regina erit sola in ordine suo. Et hoc est, quod ait Christus Iohan. decimoquarto. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Tertio ex parte preciositatis cibi, & potus, quia ut edatis, & bibatis, idest, satiemini, psalm. Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Et alibi. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te est fons uitæ. Quartò ex parte dignitatis, & excellentiæ mensæ, quia omnes electi comedent in eadem mensa cum Christo. Et hoc notatur, cum dicitur. Super mensam meam. psalm. Filij tui, sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensa tua. Quinto ex parte amenitatis loci, qui in regno meo. Illa enim aula regia cœlestis erit summè pulchra, & amena, iuxta illud Nume. decimoquarto. Quam pulchra tabernacula tua la cob. Et ideo debemus summè diligere huiusmodi tabernacula, & ad illa toto corde aspirare. Propter quod dicebat psalm. ad dominum. Quam dilecta tabernacula tua domine uirtutum, concupiscit, & deficit anima mea, &c. Pater ergo moralis expositiu duodecim panum Euangelicorum, quorum septem habentur Marc. octauo. alijs autem quinque in hodierno Euangeliō. Et sic pater diffusè de secundò principali.

TERTIÒ principaliter in præsenti Euangeliō fit mentio de fine consequente miraculum de multiplicatione quinque panum hordeaceorum, & duorum piscium. Nempe, ut dicit Euanglista, illi homines, qui fuerant præsentes in

Sermo i i. de Euang. 367

in multiplicatione dictorum panum, cum uidissent signum, quod fecerat Iesus, uidelicet, qualiter ex quinque panibus hordeaceis, & duobus piscibus paucis usque ad saturatem quinque milia uiorum absque mulieribus, & paruulis, insuper quod ex reliquis, quæ superfuerant his, qui manducauerant, collegissent ipsius Christi discipuli. 12. Cophinos fragmentorum, dicebant, quia hic est uerè propheta, qui uenturus est in mundum, scilicet, per manifestationem, quia iam uenerat per carnis assumptionem. Vel loquuntur pro tempore ante aduentum. Et secundum hoc congruè legitur præsens Euangeliū in hac dominica, quæ immedia te præcedit primam dominicam aduentus. Deprecemur igitur charissimi hunc summum Prophetam, imo Prophetarum Doctorem, ut merito sui dignissimi aduentus dignetur ad nos uenire in præsenti per gratiam, ut tandem ad eum ualeamus peruenire per gloriam. Amen.

EXPLICIVNT Sermones Dominicales de Epistolis, & Euangelijs totius anni, editi in Conuentu Ebroycen. Ordinis Fratrum Prædicatorum, per uenerabilem Patrem Gulielmum Pepin, in alma facultate Theologiae Parisiensi profesorem.

F I N I S.



R E G I S T R V M.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R
S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm
Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz.

Omnis sunt quaterniones.

T A B U L A P E R S E P A T E T.

VENETIIS, MDLXXXVIII.

Apud Io. Antonium Bertanum.